
SPQR
SEX
AVRELII VICTORIS
HISTORIA ROMANA
cum
NOTIS INTEGRIS
VARIORVM.
LTRAJECTII.
MD.CXCVI.

College of FortWilliam

SEXTI AURELII VICTORIS
HISTORIÆ ROMANÆ
BREVIARIUM,

ILLUSTRATUM

Trium Virorum Celeberrimorum,

ANDREÆ SCHOTTI, DOMINICI MACHANEI, JANI GRUTERI,

Et Feminæ Præstantissimæ,

ANNÆ TANAQUILI FABRI FILIÆ


COMMENTARIIS INTEGRIS:

UT ET

CÆSARUM & AUGUSTORUM, VIRORUMQUE ILLUSTRIUM iconibus, tum editione in priori exhibitis, tum iteratæ huic de novo additis, ex nummis veteribus expressis, & in æs eleganter incisis.

Contextum recensuit, commentarios suis locis disposuit, & editionum, auctorum laudatorum, explicatorum, emendatorum, notatorum, antiquitatumque & rerum indices copiosissimos & certissimos adjecit


SAMUEL PITISCUS.



TRAJECTI ad RHENUM,

Apud { FRANCISCUM HALMAM, GUILIELMUM VANDE WATER, } Bibliopol.

M. DC. XCVI. 1696




LECTOREM
BENEVOLUM
salvere jubet
SAMUEL PITISCUS.

SEXTUS AURELIUS VICTOR *quis fuerit, Christianus an Ethnicus, aut quo seculo vixerit, ego nullus disputo. Nobiliores has quæstiones commentationibus suis doctissimis discusserunt Johannes Metellus, Andreas Schottus, Johannes Gerhardus Vossius, Martinus Hankius, Anna Fabri, Christophorus Cellarius. Hoc tantummodo moneo, pro seculi, quo vixit, ratione* HISTORIÆ ROMANÆ *non incuriosum edidisse* BREVIARIUM. *Nec mirum. Fuit enim* scriptor prudens & optimus *Barthio*, *imo* prudentissimus in judicando & crebris sententiis *Schotto*, historicus optimus *Annæ Fabri*, nobilissimus Historiæ Augustæ scriptor, ideoque etiam ænea statua a Constantio Imperatore honoratus *Schotto narrante*, *cujus* judicium eximium in sententiis elucet *eadem Anna teste*, *& quod* magni fecit *Gruterus*, *cuique ea de re* bona apud priscos auctoritas fuit, *ut auctorem habemus*

Barthium, & *cujus* libellos *pronuntiant non tantum* elegantissimos Casaubonus, *sed etiam* utilissimos *Anna*, & *ex illis* multa disci posse, *nos docet Barthius. Hinc factum, ut in illum certatim commentati sint eruditissimi utriusque sexus homines. Hinc factum, ut illum vel unius seculi spatio aliquoties typis suis descripserint non unius urbis typographi. Et cum ultimæ editionis exemplaria longo jam a tempore distracta essent, & novam Aurelii editionem dudum desiderasset eruditus orbis, se apud hunc præclare depositurum censuit typographus, si iterata editione novum illum exhiberet. Me itaque consuluit, & quid in illa sibi faciendum esset moneri voluit. Rogatus e loco respondi id quod erat, non tantum commentarios Schotti, Machanei, Vineti, Gruteri & Annæ ipsi contextui esse subjiciendos, verum etiam Lycosthenis & Sylburgii, imo selectiores, quæ in virorum doctorum Observationibus, Miscellaneis, Adversariis, Conjectaneis, Collectaneis Electis, Epistolicis Quæstionibus, Lectionibus Variis aut Antiquis, aliisque, quocunque veniant nomine, diatribis & lucubrationibus invenirentur, operis calci illis esse substernendos: &, quare enim hoc premerem? spicilegium aliquod meum ultimo loco illis omnibus esse addendum. Pulcerrima hæc prima fronte sibi visa esse dicebat, & utroque pollice consilium meum laudabat typographus. Verum cum Lycosthenem, quem ex instructissima sua bibliotheca Vir Clarissimus*

riſſimus & literatiſſimus Thomas Crenius mihi miſerat, evolviſſet, & impenſarum in illo deſcribendo faciendarum rationem iniißet, nimiamque in quam novus hic Aurelius hoc modo excrevißet, molem obſervaſſet, cœpit me rogare, ut conſilium mutarem, & hanc hujus Auctoris, quam moliebar, editionem in aliud tempus differrem. Ut igitur ſcias, quid hac editione, præſtiterim paucis hæc accipe. Andreæ Schotti editionem, qua contentum etiam ſe fuiße propalam fatetur Janus Gruterus, accuratiſſimam ſum ſequutus. Contextum, ut commodius indicibus utaris, in paragraphos diſtinxi. Capitibus ſingulis, ut quid unumquodque tradat primo intuitu videas, breviarium, ſive argumentum, quod vocant præfixi? Ex quatuor commentariis, ne cramben ſæpius coctam tibi apponerem, aut inutili labore typographum fatigarem, ſcriptoribus tum veteribus, tum neotericis idem ſæpe proferentibus (συμπίπτουσι γὰρ ἀλλή..., ut olim de illis in Adagiorum Collectaneis Zenobius) unum confeci: Schotti uno paragrapho plura horum ſcriptorum loca, etiam diverſos vel viros Illuſtres, vel Cæſares deſcribentia, dum quæcunque codex, quem verſabat, illi ſuggeſſit, antequam alium evolveret, congeſſiße videtur, explicantis notas ſeparavi, & loco illis debito collocavi. Auctorum teſtimonia perperam laudata, quæ in alieno labore memoria mihi dictavit, apud quem & quo loco legantur, cum cura notavi. Editionum, au-

ctorum laudatorum, explicatorum, emendatorum, notatorum, antiquitatumque & rerum indices absolutissimos & certissimos adjeci. Commentatorum dedicationes & præfationes, quarum copia mihi fuit, & eruditorum de Aurelio Victore judicia præmisi. Andreæ quoque Schotti Epistolam, hactenus ineditam, Justo Lipsio inscriptam, quam opera Theodori Jansonii ab Almeloveen, Viri Literatissimi & mihi amicissimi mecum communicavit Vir Clarissimus Petrus Deinothus, superioribus subnexui. Hisce, Benevole Lector, *utere & vale.*



AD

ISABELLAM

AUSTRIAM GALLIÆ

REGINAM.

SI priſci illi mortales, Sereniſſima Regina, in Deorum numerum retulerunt, qui ex hominibus nati reperta re aliqua ad communem vitæ uſum, hominumque inter ipſos ſocietatem neceſſaria juverunt; quos Semones & Medioxumos appellabant: certe laude præmiisque digni mihi videntur, qui ut ab aliis inventa, in lucemque producta, illuſtrarent, augerent, melioremque in ſtatum reducerent, eo ſtudium omne diligentiamque contulerunt, maxime vero, qui ea quæ in omnium ignoratione verſabantur, & hactenus latuerant, publice tamen profutura exiſtimarent; in apertum referre voluerunt. Quod cum in iis quæ corporis fortunæque bona Philoſophi vocarunt, verum ſit; tum vero in iis quæ ad animum, divinæ particulam auræ, unde potiſſimum Platonicis homines ſumus; pertinent, longe veriſſimum: puta inventis artibus libero homine dignis, ſcriptiſque & ingenii monumentis editis, unde & animi cultus & immortalitas comparatur: quod hæc tanto illis præſtantiora bona ſint, quanto animus corpori, divina humanis antiſtant. Plurimi

ſane

ſane in illuſtrandis Veterum auctorum monumentis majorum memoria elaborarunt: pauci, quod voluerunt, ſunt aſſecuti: pauciſſimi poſt vindicatas a Gothica barbarie literas, quæ vere humanos efficiant, auctores e tenebris in lucem revocare, & tamquam a fuga retrahere potuerunt. In quæ ego exempla reſpiciens, Bibliothecas luſtrando incidi forte in AURELIUM VICTOREM, deſideratum hactenus, nobiliſſimum Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptorem, ideoque etiam ænea ſtatua a Conſtantio Imperatore honoratum: cujus titulo ſubditicius hactenus libellus circumfertur. Cum itaque hortantibus amicis, viris doctiſſimis ut publici uſus facerem; cui more majorum inſcriberem, cogitanti mihi; nulli potius quam tibi me debere cognovi laborem in emendando meum: multis ſane nominibus. cum quia me in familiam ſuam vocavit honoris mei gratia Augerius Busbequius, quem tu ſpectatæ virtutis ergo rebus tuis in Gallia præfeciſti: tum vero quod patre, avo, majoribus nata, qui Cæſares Chriſtiani orbis clavum tenuerunt. in iis Carolum V. patruum magnum, cui a Carolo Magno poſt hominum memoriam conſtat parem fuiſſe neminem: qui cum Solimano Turcarum tyranno ſigna ſæpe contulit, & profligavit. Nihil enim de Ferdinando avo & Maximiliano patre dicam. Fratrem habes Rodolphum, qui de inſtauranda religione majorum, componendiſque diſcidiis Galliæ Bel-

gicæ,

gicæ, ſedulam operam navat: quæ res bene vertat ipſi, Eccleſiæ Dei totique orbi Chriſtiano: qui pacem incredibili deſiderio optat, armaque potius in Turcam immanem hoſtem converti. Ipſa vero Caroli IX. Galliarum Regi Chriſtianiſſimo nupta, ita imperium temperaſti, ut in omnium oculis verſans, elogium Optimæ Reginæ, abſit verbo invidia, merito ſis adepta: hodieque adeo omnium ſermone votiſque abſens deſiderata, ut te Regina beatam Galliam appellent; orbatam vero hodie deplorent. Vidimus ipſi lacrumantes cives, cum tu, Rege fatis extincto, Viennam cogitares, nec ut maneres induci poſſes: nihilominus Mariam Iſabellam unicam gnatam tuam, qui tibi, ut dicere ſolebas, *mortis ſolatia fructus*, tamquam pignus reliquiſti; quam ſic diſcedens appellabas: *Macte filia, & vive: tamen ut ſis vitalis metuo: quod omen Deus avertat. Cæterum in ea tempora nata es, quibus firmare animum expedit conſtantibus majorum exemplis. Salve & vale.* Hæc tu non ſine lacrumis. Poſt eadem patrem ſecuta & immatura morte prærepta: Gallia interim tuam communemque ſortem dolente. Elata igitur magnifico funere a. d. IV. Non. Apriles, & cum patris majorumque cineribus oſſa compoſita in exſtructo ab avia Regina Catharina Medicea mauſoleo ad Divi Dionyſii. Sed quid ego vulnus, cui jam dies ipſa cicatricem obduxit, refrico? Ad VICTOREM

redeo,

reddo, quem ſpes eſt fore ut libens accipias: & tui nominis auſpicio in Bibliothecis collocari ſinas, cui Imperator doctrinæ cauſſa ſtatuam erexit, & Urbi præfecit. Pollicentur hoc præclaræ virtutes tuæ, quas in te eſſe ſitas tota Gallia teſtis eſt, pietatem, modeſtiam, fidem, liberalitatem. Quæ ægrotos viſere ipſa & conſolari ſolebas: obæratos qui ob grande æs alienum quod ſolvendo non eſſent creditoribus addicti, in compedibus ætatem erant acturi; ære diſſoluto liberali cauſſa manu aſſerere: Virgines nobiles pauperes dotare; ne læſa pudicitia in familiæ dedecora prolaberentur: In omnes denique benefica & benigna, ut omnibus virtutis facem prætuliſſe videaris: Senati columen; præſidium populi; omnium vero commune perfugium: deteſtans Julias, Meſſallinas, Agrippinas & Fauſtinas, infelices Impp. conjuges: laudans atque proponens Plotinam Trajani, optimi Principis: quæ aſſidue increpando effecit, ut maritus exactiones nimias deteſtans, Fiſcum lienem appellaret: quod eo creſcente reliqui artus tabeſcant. Deus O. M. te diu ſuperſtitem R. P. Chriſtianæ ſervet, cui me meaque ſtudia, do dico addico. Lutetiæ Pariſiorum a. d. III. Kal. Januarii, anni a partu Virginis CIↃ. IↃ. LXXIIX.

Tibi addictiſſ. cliens

Andreas Schottus.

SERENISSIMO
DELPHINO
S. P. D.
ANNA TANAQUILLI FABRI FILIA.

POSTQUAM ingenii tui celeritate & maturitate factum est, DELPHINE SERENISSIME, ut studia mea vix jam studiis tuis prodesse amplius possint, illud mihi tantum superest, ut quos Historiæ Romanæ Scriptores invictissimi tui parentis jussu in usum tuum Notis illustravi, eos Augusto tuo nomini nunc inscribam, sub auspiciis tuis Galliarum juventuti profuturos. Tamen, DELPHINE SERENISSIME, si Te subinde Aulicarum deliciarum illecebris, quæ Te circumstant, eripere, & Imperatorum, virorumque illustrium factis perlegendis vacare non dedigneris multa invenias certe, quæ Te mira quadam voluptate perfundant; Quid enim tibi jucundius quam legendo cognoscere Te eo parente natum esse,

Quo nihil majus, meliusve terris,
Fata donavere, bonique Divi;
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priscum.

Tum & illud voluptatis ex Historicis nostris percipies, quod legendo cernes Te ab invictissimo tuo parente excitatum fortissimi

cujus-

cujusque virtutes ante imitatum esse, quam eas lectione cognosceres. Sed ne Te blanditiis tantum allicere videatur Historia, multa erunt quæ pectus tuum omni eruditione imbutum egregie roborare possint, & prudentiam, quam jam assequutus es, alere. Imperatoria illa vere virtute nunc maxime Tibi opus est, DELPHINE SERENISSIME, ut expectationi, quam de Te ingentem commovisti, respondeas; nihil a Te nisi eximium, nihil nisi præter reliquorum omnium Principum consuetudinem postulatur, idque omne Te præstaturum spondet Rex Sapientissimus, qui Te in partem curarum suarum jam vocat, consiliorumque suorum omnium participem facit. Felices itaque Gallias quæ Sapientissimum Lodoicum Regem habeant! Felices quæ Te, DELPHINE SERENISSIME, jamjam tanto oneri subeuntem, eique parem aspiciant. Faxit modo Deus Opt. Max. ut prole Tibi simili sanctissima tua conjux Alma Victoria, earum diuturnæ felicitati cito consultet. Vale diu, DELPHINE SERENISSIME, & vive.

Parisiis Prid. Id. Jun. 1681.

LECTORI S.

QUIDNAM eſſe cauſſæ dicemus, erudite Lector, cur a reperta divina arte typographica pauci in illuſtrandis eruendiſque Veterum auctorum ſcriptis operam poſuerint; plerique vero ſuas ineptias vulgo obtrudere & ſe deridendos præbere maluerunt ſomniis, verſiculis & declamationibus? de iis loquor quisquiliis, quæ ſimul prodeunt ſcombros, thus

Et piper, & quidquid chartis amicitur ineptis (Horat. lib. II. epiſt. 2. Perſ. Sat. I. Catul. & Mart. lib. 13. Epig.)

tunicæ veſtiunt. An quia, cum omnes honoris ſtudio ducantur, in his uberiorem eſſe laudis ſegetem, tamquam propria ſint, opinantur? atqui

nullum jam dictum, quin dictum ſit prius,

inquit Comicus: illic vero, contra atque Poeta canit, non (Terent. Eunu. Prologo. Virgil. IV. Geor. initio.)

In tenui labor; at tenuis ſit gloria?

An quia φιλαυτίᾳ quadam noſtra amamus; vetera alienaque faſtidimus? An potius quia (Juven. Sat. 7.)

---- tenet inſanabile multos

Scribendi cacoëthes, & ægro in corde ſeneſcit,

Hinc tot ἡμερόβιοι libelli, qui, ut Plautinis utar,

Quaſi ſolſtitialis herba, pauliſper ſunt: (Plautus Pſeudolo.)

Repente exorti ſunt, repentino occidunt.

Atque utinam Principum auctoritas temerariam hujuſmodi audaciam licentiamque refrenaret, & Ariſtarchis librorum, ut olim Cenſoribus liberorum, cenſura mandaretur: denique ut Alexander Severus juſtiſſimus Imperator exemplo in Vetronium Turinum, quod incertos eventus vendidiſſet, edito; fumo tollerent, qui fumos vendunt. (Ælius Lampridius Alex. Severo.) Viderat hoc in rem Jurisprudentiæ fore Juſtinianus Imperator, qui, ne quis Commentariis vaſtum Juris Oceanum augeret, ſola Παράτιτλα componi cavit: quamquam neglecta ab ipſis etiam Prudentibus ad (Juſtin. De conceptione digeſtorum, §. 9.)

noſtram

noſtram uſque memoriam Principis Conſtitutis. Equidem in ea ſum hæreſi, ut Amore ſui antiquos ſcriptores, partim etiam Invidia, & ætatis illius imperitia neglegi cœpiſſe putem; quod fontibus relictis rivulos ſectari apud ſæculum prius corrupto quodam judicio maluerunt. Hinc factum, ut Varronis, Ciceronis, Livii, aliorumque multo maxima pars interciderit: Nonnulli integre perierint, quorum præter nomen, nihil ad nos pervenire potuit. Quo in numero Trogus Pompejus, & AURELIUS VICTOR eſt: uterque majorum memoria ob diſpendioſa Compendia, ſi dis placet, deperditus. VICTOR tamen, quod mirere, in manibus doctorum hominum fuit: qui quamobrem presſerint, non aliam cauſſam video (nec enim invidia in eos cadit aut neglegentia) quam quod portentis mendorum, librarii vitio monſtroſus pleroſque a labore deterruerit, & in ingreſſu ſtatim impetum ipſum retardarit, atque infregerit. Quod adeo illis uſuveniſſe, de me domi conjecturam facio, cum oblatum mihi MS. exemplar, (quod ſtudio in illuſtranda Hiſtoria noſtro faveret) a Theod. Pulmanno, eruditiſſimo viro, legere cœpiſſem: ſed de in integrum reſtitutione deſperantem animarunt doctiſſimi aliquot viri quibus oſtenderam, & conjecturis juverunt: nam juvenis ipſe imberbis cum dignus vindice nodus incideret, conſulere eos, a quis numquam niſi doctior diſcederam, ſoleo. In iis (humanitatis eſt enim agnoſcere per quem profeceris) Jo. Olivarius J. C. eloquentiæ doctor apud Duacenates diſertiſſimus: Lutetiæ vero Cl. Puteanus & Nic. Faber, Regii Conſiliarii, & doctiſſimum par fratrum Pithoeorum, non obſcura Galliæ lumina. Horum ego uſu & conſuetudine ita delector, ut me Galliæ, quod præfiſcine dixerim, ſatias capere non

queat,

queat, ob ſingularem conjunctam cum eruditione humanitatem & benivolentiam erga hominem exterum: cui nihil quod in bibliothecis eſſet manu ſcriptorum celare aut negare voluerunt.

Verum quæ de Auctore comperta habeo, operæ eſt referre. Victores plures fuiſſe conſtat: quis vero, & idem ne fetus hiſtoriæ hujus, veteriſque Epitomæ, legitimus pater, non facile demonſtravero. Mihi quidem dubium non eſt, quin hujus verus auctor ſit Victor ille, cujus Amm. Marcellinus honorifice meminit, de Conſtantio loquens, in quem noſter deſinit: *Imperator revertitur Neſſum copioſum opidum: quo inde expedite cuncta diſponeret ſuis utilitatibus profutura: ubi* VICTOREM *apud Sirmium viſum ſcriptorem hiſtoricum, exindeque venire praeceptum, Pannoniæ ſecundæ Conſularem præfecit, & honoravit ænea ſtatua virum ſobrietatis gratia multilaudum, multo poſt Urbi præfectum.* Ex quo libro Conſtantii imperii floruiſſe colligere eſt; a quo ſtat fides auctoritaſque libri manu deſcripti, in quo hic titulus erat: AURELII VICTORIS HISTORIÆ ABBREVIATÆ AB AUGUSTO OCTAVIANO, ID EST, A FINE TITI LIVII USQUE AD CONSULATUM DECIMUM CONSTANTII AUGUSTI, ET JULIANI CÆSARIS TERTIUM INCIPIUNT FELICITER. Quos Coſſ. nominat idem Marcellinus initio libri viceſimi. *Conſulatu*, inquit, *Conſtantii decies, terque Juliani in Britanniis cum Scotorum Pictorumque gentium.* cet. Fuit autem hic poſt U. C. annus opinor CIↃ. CXIII. A partu virginis CCCLXII. ſecundum Euſebii calculum. Manuſcripti vero, cujus apud omnes auctoritas plurimum valere debet, ἐπιγραφὴ hæc, quamvis ad illum de Impp. libellum proprie pertineat, quod ex Epitoma Liviana conſtet

Amm. Marcel. lib. XXI.

in Auguſto ſcriptorem Patavinum finiiſſe Annales, qui Tiberii principatu exceſſerit; præcedebat tamen titulum Commentarii de origine Urbis Romæ, quem his addendum curavimus; & Viros illuſtres, novem eadem manu adſcriptis, hactenus non editis: quos ejuſdem eſſe auctoris ex ſtylo Jovem lapidem jurare liquet, quiſquis ille eſt: nam Aurelio Victori, ſi loco poſita Inſcriptio eſt, attribuit, nec ſtylus abjudicat: ut ἀνακεφαλαιώσει quadam breviter rerum geſtarum memoriam ad Auguſtum uſque repetat: indeque accuratius Impp. vitas recenſeat. Nam Cornelii Nepotis, Plinii Nepotis, Suetonii, aut Æmilii Probi non eſſe, in Prolegomenis Notiſque ad Viros illuſtres & Fragmentis Corn. Nepotis docuimus; eos refellendo qui contra diſputant. Sed ad VICTOREM redeo. De ſe ipſe non obſcure indicat, qua tempeſtate vixerit. Sic enim in Hadriano vulgatæ editionis. *Officia*, inquit, *publica & Palatina, nec non militiæ in eam formam ſtatuit, quæ paucis poſt Conſtantinum immutatis hodie perſeverant.* In nova vero editione in Conſtantino ſic ait: *At memoria mea Conſtantinum* (forte Conſtantium) *quamquam ceteris promptum virtutibus.* cet. In M. Antonino Philoſopho, *Nicomediam ſua ætate terræmotu quaſſatam* ſcribit, *Cereali Coſ.* Excepit autem cum Fabio Tatiano Neratius Cerealis Conſtantii Auguſti Conſulatum IX. qui annus U. C. CIↃ. CXI. hujus Hiſtoriæ finem biennium antecedit. Et in Julio Philippo, *quod annus poſt* CIↃ. *centeſimus ſua tempeſtate ſine ludis ſæcularibus magna rei Romanæ negligentia exceſſerit*, expoſtulat: quæ & apud Zoſimum querela eſt. De vita ſua moribuſque copioſius in Severo: *Quo bonis omnibus ac mihi fidendum magis, qui rure ortus, tenuique indocto patre*

Zoſimus lib. II. Hiſt. novæ init.

tre

tre in hæc tempora vitam præstiti studiis tantis honestiorem. Quod equidem gentis nostræ reor, quæ fato quodam bonorum partu fœcunda, quos eduxit, quemque ad celsa suos habet. Ob quæ merita, credo, ænea statua a Constantio Imperatore cæterisque honoribus auctus, ut ex Amm. diximus, qui cum *sobrietatis gratia multilaudum* vocat. Marcel. lib. 21.
Afrum fuisse hinc conjicias, quod in ea laudanda multus est: alibi *terrarum decus* appellans Nono autem post anno, quam Constantius Aug. x. & Julianus Cæsar III. Consulatum gessere in Fastis Sextum Aurelium Victorem Cos. factum una cum Valentiniano comperi U. C. anno CIↃ CXXII. ab orbe redempto CCCLXXI. quem historicum ipsum videri olim in Adversaria mea retuleram, ambigens tamen utrius historiæ Augustæ, novæ ne an vulgatæ. Post Ant. Augustino J. C. doctissimo, quem honoris caussa libens usurpo, eadem de auctore veteris editionis in mentem venisse magna cum voluptate legi: qui tamen U. C annum CIↃ. CXX. nescio quos Fastos secutus numerat, in præclaro illo opere de Familiis Rom. una cum Fulvii Ursini, viri optime de litteris & Antiquitate meriti utilissimis laboribus, Roma nuper allato: sed ei fortasse nostrum *Victorem* videre nondum contigit. Igitur cum uterque in eandem inciderit ætatem, ut de se ipsi testantur, & Ammianus de alterutro meminerit; uter libellus Consularis illius & Præfecti Urbis sit, disputari potest: Lib. 21. Hist.
præsertim cum VICTORINUS in tribus MSS. vulgatæ editionis quibus usus sum, constanter appelletur, ut in Commentariis docui. Mihi quidem in re tam incerta a memoriaque nostra longe posita tutissimum videtur Varronis morem & consilium sequi, qui Plautinas comœdias ab adulterinis ex stylo jocisque discernebat. Hujus itaque perpetuus Agell. lib. 3. cap. 3.

tionis ductus, ſtylus hiſtoricus ejus ætatis proprius, tamquam filum hærens placet, ac prudentiſſimum eſſe ſcriptorem in judicando crebriſque ſententiis apparet: Illius centones legere videor ex Suetonio, Eutropio, Ammiano, Oroſio, aliis tamquam faſces rude compoſitos, ut ex Notis apparebit. videas ex noſtro Aurelio integras periodos tranſſcripſiſſe, ut ex illo Paullum Diaconum in hiſtoriis. Deprehendi quoque e Severo Spartiani noſtrum integram paginam huc tranſtuliſſe. Quare ſi impetro germanum hunc eſſe Victoris partum, illum vero ſuppoſititium; non me laboris mei diligentiæque pœnitebit: ſin duos cognomines eadem tempeſtate floruiſſe quis aſſerat, non vehementer contra pugnabo: tantum quid ſentio reſtificor. alterum tamen ab altero mutuatum conſtat, verum a noſtro exiſtimo: ſuperſtes enim fuit, quod in Theodoſii filios Arcadium & Honorium hiſtoriam Vulgata
Epiſtola 21. editio perducat. Cæterum laudat Aurelium Victorem Hieronymus epiſt. ad Paullum Concordienſem, qui de perſecutionibus Eccleſiæ ſcripſerit: *Propter memoriam*, inquit *perſecutionum Aurelii Victoris hiſtoriam deſidero.* Hunc Fr. Balduinus eundem eſſe credidit, cujus hactenus Epitoma Hiſtoriæ Auguſtæ circumfertur; ſed vereor (ignoſcant mihi manes Balduini) ne fallatur: nullum enim hic ne Chriſtianiſmi quidem veſtigium. Cum enim in Aureliano de ſuilla carne Victor uterque agat; noſter verò in Conſtantino de antiquiſſimo ſupplicii genere crucibus ſuffigendi, crurumque ſuffringendorum; de Judæorum abſtinentia ab eſu carnis ſuillæ, & CHRISTI Servatoris noſtri morte, ut tamen oportebat, verbum nullum: De perſecutionibus ſub Nerone, Decio, Diocletiano, cæteris multominus. Profecto ſi idem eſſet, hic certe, aut nuſquam veſtigia apparerent: nec ſeorſum

ſeorſum de Perſecutionibus Chriſtianorum ſcripſiſſe veriſimile eſt, quin hic ſe proderet. Adde, quod homo Chriſtianus de ludis ſæcularibus, idolis illis non exhibitis, conqueſtus minime fuiſſet. Quæ cum ita ſint, efficitur plures Victores hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores fuiſſe: unum etiam CHRISTO nomen dediſſe, quod mihi dubium amplius non eſt: Vel ejus ita nomen in Hiſtoria viguiſſe, ut plurimi ſua, quo commendabiliora eſſent, titulo ejus evulgarint, ipſumque intercidiſſe, ut propter Epitomarum ſcriptores Trogus integer, & Livii multo maxima pars. Et certe infinitos libros falſis auctorum nominibus circumferri, aliquando: Deo faciente, ſingulari libro docebimus. Denique quis ſcit an non Harpyæ manus germanum Victorem contaminarint, mireque diſtraxerint? quemadmodum Diaconus Eutropio locupletando, Feſto caſtrando (quod idem ille Verrio Flacco præſtitiſſet) alia pæne nomina formamque induerat. Tantum de Aureliis.

Nunc de aliis videamus, a quibus hic fetus abjudicatur. De *Aurelio Victore*, *Primi* cognomento non neceſſe habeo dicere: quod idoneus, quem quærimus, auctor libelli noſtri eſſe non poſſit: Nam quæ ex eo citat Opilio Macrino Jul. Capitolinus, non hic comparent, ut nec in vulgato Aurelio. & ille Macrini imperio vixit, qui centum amplius annis a Theodoſio afuit. Priſcianus Aurelii cujuſdam hæc laudat lib. VIII. Gramm. *Ab his Gallos adortos, ex inſidiis plurimos necatos*, ἐφονευθέντας. Et lib. I. Victorem Grammaticum citat. Memini quoque videre *Victorem* Epiſcopum Uticenſem de perſecutione Vandalica in Africa. quem eſſe librum a D. Hieronymo deſideratum qui autumant, dupliciter falluntur. Ille enim uni-

Jul. Capitol. in Opilio Macr.

Priſ. lib. 8. Gramm.

Epiſt. XXI. ad Paullum Concord.

versam Ecclesiæ persecutionem a capite arcessiverat: & eam opinionem temporum ratio refellit, cum is Hieronymum longo post tempore sit secutus. Prætereo Victores Episcopos, Mauritaniæ alterum Tunnonensium, ut alii, Tunnonensium Africæ; Gennadio, Isidoro, cæterisque celebratos: nihil enim ad nostrum hunc: quamquam hic ab orbe condito historiam contexuit, Justiniano, ut putatur, familiaris: quem laudat præter Othonem Frisingensem lib. v. cap. vi. Ado Viennensis initio Chronologiæ: sic enim ex veteribus libris ibi legendum: non, ut editi, *Turonensis*. Vale erudite Lector: & nostris candide fruere. quæ si tibi probavero, causam non dico, quin Nepotem, Melam, Frontinum, Curtium, & Sidonium jure stipulationis post exigas.

Ado Viennensis emendatus.

ANNÆ TANAQUILI FABRI FILIÆ

PRÆFATIO

AD

LECTOREM.

UTILISSIMOS Aurelii libellos jussu Invictissimi Regis jam pridem cura mea multis locis & emendatos, & explicatos nunc habebis, Lector. Iis quidem antehac Viri doctissimi, Schottus, Gruterus, Machaneus, Vinetus felicem operam navarunt; sed dum multa vel negligunt, vel in aliud tempus reservant, eos ita elucidare non potuerunt, ut alienæ industriæ nihil reliquerint. Multa itaque vel post illos inveni quæ non meam, sed doctissimorum hominum diligentiam postulassent. Quare illis ego tractandis quum me parum, & ab ingenio, & a doctrina instructam cernerem,

nerem, illud ſtudium & eum laborem adhibui, ut tuto gloriari poſſim hocce totius Hiſtoriæ Romanæ compendio vere aureo puerorum teneras mentes recte jam imbui poſſe, nihil enim mihi prætermiſiſſe videor quod ad rerum explicationem faceret, vel ad locorum emendationem.

De tota autem hac noſtra commentandi ratione nihil eſt, quod tecum agam, Lector. Per totum orbem jam fama percrebuit Sapientiſſimi & Invictiſſimi Regis benignitate, Illuſtriſſimique Montauzerii Ducis conſilio Latinos omnes auctores, & in uſum SERENISSIMI DELPHINI, & in Gallicæ juventutis gratiam Notis & Interpretationibus illuſtrari: tamen ſi plura deſideras, ea tibi petenda ſunt ex iis quæ Floro noſtro præmiſimus.

Nunc de quatuor libellis qui hoc volumine continentur, tecum paucis agendum eſt.

Jam olim viris doctiſſimis perſuaſum fuit libellum DE ORIGINE GENTIS ROMANÆ, non eſſe ejuſdem Victoris qui ſcripſit DE VIRIS ILLUSTRIBUS, ET DE CÆSARIBUS; ſed alius cujuſdam, ſive ante, ſive poſt Aurelium Victorem vixerit. Ante Aurelium vixiſſe exiſtimant, qui eum Aſconium Pedianum dicunt. Sed multa repugnare videntur: Primo ſtilus qui plane diverſus eſt, ſecundo ipſum libelli argumentum; neque enim is mos fuit antiquis ita argumenta librorum ſuorum conficere. Deinde cum ipſe Victorem Afrum laudet, inde facile colligi poteſt eum Aurelii Victoris libellos legiſſe. Nam qui aliter potuiſſet prima fronte ipſe ſe Hiſtoriam ſuam uſque ad Conſulatum decimum Conſtantii perducturum recipere. At, inquies, argumentum illud tantum adulterinum, & ab aliquo exaratum, ut non

magis libello DE ORIGINE GENTIS ROMANÆ, quam reliquis duobus libellis DE VIRIS ILLUSTRIBUS, & DE CÆSARIBUS inservire. Ipsum vero libellum DE ORIGINE GENTIS ROMANÆ, genuinum Asconii fœtum esse. Quod enim Asconius Patavinus fuerit, & hic noster dicat se de Origine Patavina librum edidisse, inde probari Asconium utriusque libelli auctorem habendum. Sed sic etiam nihilo plus agas, quamvis enim daretur Patavinum fuisse Asconium, non inde sequi posset nullum alium de Origine Patavina scribere potuisse. Neque etiam si daretur & Patavinum fuisse Asconium, & eum de Origine Patavina aliquid scripsisse, non ideo verum esset Asconium hunc libellum exarasse DE ORIGINE GENTIS ROMANÆ; sed illud utique, hujus libelli Auctorem, ut sibi fidem conciliaret, verum Asconii nomen falso sibi adscripsisse. Quod & sæpe alias factum est. Jure igitur eruditissimus Gerardus Vossius hunc nostrum Aurelio Victore recentiorem esse asseveravit. Eum tu, vel Asconium dicito, vel alium, ut lubet, modo constet eum post Aurelium Victorem natum esse, quod & plane indicat hic libellus. Fateor me olim in alteram partem ivisse; sed eo me impulerat locus iste ex cap. 23. *Horum omnium opinionibus diversis repugnat nostræ memoriæ proclamans Historia Liviana:* Dum enim verba illa *nostræ memoriæ proclamans*, idem valere censeo quam, *quæ memoria nostra*, vel *nostro tempore scripta est*; inde factum ut cum doctissimo Joanne Metello hujus libelli auctorem Asconium Pedianum crediderim. Nunc vero sententiam demuto, & verba illa interpretor, *Historia Liviana quæ memoriæ nostræ recens est, quæ memoriæ nostræ βοᾷ clamat.* Nunc ad reliquos.

Libellus de Cæsaribus a Sexto Aurelio Victore

vere

vere ſcriptus eſt, qui ſub Imperatoribus Conſtantio & Juliano Conſul fuit cum Valentiniano, anno ab Urbe condita CIƆCXXI. Ipſe plane ſua tempora teſtatur, in Marco Antonino Philoſophe, in Julio Philippo, in Conſtantino, &c.

At de libello DE VIRIS ILLUSTRIBUS, res plane incerta. Eum alii Cornelio Nepoti, alii Plinio Novocomenſi, alii Suetônio vindicant. Nonnulli, & in iis Voſſius Aurelio Victori. Non exiguæ molis eſt tantas lites dirimere, quare eas ne tentabo quidem. Illud tantum mihi monuiſſe ſufficiet, libellum DE VIRIS ILLUSTRIBUS, alio ſtilo ſcriptum videri, quam illum alterum DE CÆSARIBUS, cujus dictio inæqualis, ſæpe ferrea, & crebrioribus etiam ſententiis aſperſa, in quibus tamen eluceat judicium Scriptoris eximium. Igitur, vel hinc ſuſpicari ſaltem licet libellum DE VIRIS ILLUSTRIBUS, ab alio quam ab Aurelio Victore ſcriptum fuiſſe. Nam & eodem modo Marcus Terentius Varro genuinas Plauti fabulas ab adulterinis diſcernebat, ex ſtilo ſcilicet & jocis. Huc accedit etiam, in Viris Illuſtribus, & in Cæſaribus contraria legi, quippe Auctor Virorum Illuſtrium ſcribit Cæſarem Auguſti nomine conſecratum ob res geſtas, poſtquam dictator perpetuus factus eſſet. Aurelius vero in Cæſaribus narrat eum Auguſti nomen accepiſſe ob victoriam partium placide exercitam. Et hæc ſane diſcrepantia me nunc etiam impellit, ut duos hoſce libellos diverſis auctoribus tribuam: etſi contra ſentiant Viri docti. Pergamus igitur ad Epitomen.

Hujus libelli auctorem a ſuperiori diverſum, qui tamen & ipſe Sextus Aurelius Victor dictus & Urbi præfectus fuerit ex hac inſcriptione probare nititur doctiſſimus Voſſius.

JERUM. PRINCIPUM. CLEMENTIAM.
ANCTITUDINEM. MUNIFICENTIAM.
SUPERGRESSO.
D. N. FLAVIO. THEODOSIO PIO. VICTORI.
SEMPER AUGUSTO.
SEXT. AURELIUS VICTOR .V. C. URBI PRÆF.
JUDEX SACRARUM COGNITIONUM.
D. N. M. Q. E.

Sed inde potius colligi poſſe arbitror hunc Aurelium Victorem, cujus in hac inſcriptione mentio, eumdem eſſe ac ſuperiorem qui ſic vitæ ſuæ tempus uſque ad Arcadii & Honorii principatum perduxit. Illud tamen ſcrupulum tibi movere poſſit, cur ſi Aurelius Victor ſub Arcadio & Honorio vixerit, idem in Cæſarum vitis ultra Julianum non pergat : verum multa etiam in cauſa eſſe potuerunt, cur Aurelius Victor in Juliano operi ſuo modum dederit. Nam fortaſſe reliquorum Imperatorum vitas non tam prætermiſit, quam eas ad majorem ſcribendi diligentiam reſervavit, quod de ſe ſcribit Eutropius. Ut vere dicam quod ſentio, libellum DE CÆSARIBUS auctiorem olim fuiſſe reor, & Theodoſii vitam amplexum. Sed paullo poſt quum aliquis ejuſdem fere ætatis ex hoc libello, & aliis nempe Suetonio, Eutropio, Ammiano, Epitomen, vel in ſui ipſius, vel in aliorum uſum texuiſſet, ita factum eſſe ut libellus DE CÆSARIBUS paullatim neglectus in manus hominum venerit, & multis mendis inquinatus & parte ſui etiam mutilus. Hanc iniquam ſortem per Abbreviatores ſuos multi alii experti ſunt, ut Trogus Pompejus per Juſtinum, Livius per Florum, &c.

Hæc ſunt, Lector, quæ tecum communicata volui. Æquo animo feram te aliter ſentire, imo & omnino parata ſum has partes deſerere, ubi primum

mum per te mihi datum fuerit tutiorem ſententiam amplexari. De his utique certius pronuntiare potuiſſem ſi mihi Vir Illuſtris & admodum Reverendus Huetius Abbas Alnetanus ea mihi communicare potuiſſet, quæ jam olim ſuper auctoribus noſtris accurate diſputaverat. Sed ea fatali quadam ſorte, quæ ſemper bellis rebus invidet, periere. Eorum jactura æque tibi mihique dolenda eſt. Vale.

EDITORUM LUGDUNENSIUM
PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

Exit ex officina noſtra, benevole lector, auctor non minus clarus, quam neceſſarius ad Hiſtoriæ Romanæ cognitionem: & quidem ornatu nitidiſſimo ſpecioſiſſimoque, nec habent cæteræ editiones, quo ad hanc noſtram comparari poſſint. Quod ad characteres, imagines, & chartam attinet, nullis ſumptibus pepercimus: quod ad Textum & Notas, multis partibus emendatiores, locupletioreſque damus. Et ut dictis facta exæquemus, hæc in veſtibulo operis te ſcire voluimus. Uſi ſumus duobus exemplaribus, altero, ut vulgo loquimur, in Octavo, altero in Folio. Exemplo eſſe poteſt curæ in emendando noſtræ totus Machaneus nova luce, nova facie conſpicuus. Neque enim ulla fere annotatio eſt ejus, (abſit invidia dicto) in qua non correctum quædam ire neceſſum habuerimus. Quid de Græcis dicam, quæ fœdum in morem literis Latinis & ne ſic quidem ſine mendis exarata erant? Multis autem modis

modis auctiora prodire quibus illustratur Victor, testes erunt Notæ Andreæ Schotti, viri indefessi erga literas laboris: nam in margine editionis primæ nonnunquam Lectores ablegabat ad Notas, quæ nusquam erant. Ergo ex Marnii editione ann. MDCIX. quod ei accesserat huc transferre visum nobis fuit, ita tamen ut ne illa quidem omitteremus, quæ in prima editione habebantur, admissis etiam, quæ Schottus ipse aut addenda aut corrigenda censuit. Hoc igitur ordine discreta ac digesta omnia, quæ hic exhibemus, accipe. *In originem Urbis Romanæ* Notæ Andreæ Schotti. Tum Joannes Metellus Sequanus ad Stephanum Pighium de auctoris nomine disputans. In librum *De Viris Illustribus* Notæ & Commentarii Andreæ Schotti, subjunctis etiam Dominici Machanei Scholiis sed magnam partem in integrum restitutis. Dein Schottus ipse de Auctore. In *Cæsares* Annotationes ejusdem Schotti. Quibus adjecimus & viri celeberrimi, qui quondam decus Germaniæ, Jani Gruteri animadversiones. Sequitur altera pars *De vita & moribus Imperatorum Romanorum* cum continuis quoque Notis & Emendationibus Andreæ Schotti, nec non Clarissimi Viri Eliæ Vineti: nisi quod in calce hujus operis annexos habeas Commentarios minime contemnendos Jani Gruteri. Tot tantorumque virorum Lucubrationes hic omnes integras, & in meliorem ordinem compositas, nonnullas etiam emendatas, & ab operarum admissis liberatas in hunc unum fasciculum collegimus. Sed nec insuper habuimus fragmentum illud nobile de Breviario Imperii Augusti, & quidem cum auxiliis, quæ præstiterunt ei duo lumina patriæ suæ, alterum Belgii, alterum Galliæ, Justum Lipsium dico & Isaacum Casaubonum. Adhæc *Fragmentum* ipsum sua forma lineis-

que

que excudi curavimus, quod Schottus antea continua serie, lineisque parum distinctis publicarat, contra quam in Inscriptionibus fieri amat. His tantis subsidiis nixum Sextum Aurelium Victorem quid est, quod amplius desiderari pateremur; cum nullus fere sit, qui dum Historiæ Romanæ operam dat, illum non in subsidium adsciscat. nec credimus quenquam esse tam inertem aut ignavum, ut non & ipse, quorum quondam a ludimagistris tenuem auditionem acceperit, investigare velit, qui genus, unde domo sint Principes illi populi, terrarum domini, Romani. Vale & dum majora molimur, his in præsens fruere.

VIRORUM ERUDITORUM JUDICIA
DE
SEXTO AURELIO VICTORE.
JOANNES METELLUS
SEQUANUS STEPHANO
PYCHIO S. D.

ACCEPI *a Clarissimo Viro Cornelio Vaeto Gandavo antiquissimum scriptum Codicem. Continet* illustrium Virorum vitas, *quæ Plinii titulo circumferuntur*, & Victoris Aurelii Historiæ abbreviatæ, *inquit*, ab Augusto Octaviano; id est, a fine T. Livii usque ad consulatum decimum Constantii Augusti & Juliani tertium; *de Cæsaribus libellum. Ille Plinii, nullius adscriptum nomen habet: unde & in suspicionem venio, cum de eo quidam dubitent, (non desunt enim, qui eum Suetonio tribuant) ut* Asconii Pediani esse *censeam, non* Cornelii, *ut alii volunt*, Nepotis. *Est editio tertia parte completior. Initium facit ab origine urbis Romanæ & finis sic habet.* Expliciunt nomina Principum Romanorum. *Quamobrem hanc inscriptionem indidit:* Q. ASCONI PEDIANI PATAVINI, DE ORIGINE PRINCIPIBUSQUE GENTIS LIBER. *Dicitur in ejus anonymo titulo collectus & digestus, a quo vero, non scribitur:* nimirum ex Verrio Flacco, Veratio, Fabio Pictore, Licinio, Varrone, Cæsare, Tuberone, & omni priscorum historia.

ria. Proinde, *inquit*, ut quisque Neotericorum asseveravit, hoc est Livius, & Victor Afer. *Victorem addit, non propter hunc librum: sed propter* Aurelium Victorem, *de quo diximus, qui hujus historiam, quæ desinit in Antonio & Cleopatra continuavit, usque in Juliani Consulatum tertium. Hi auctores laudantur hoc libro omnes, præter Varronem, Flaccum, Veratiumque, nec non Victorem Afrum. At ultra illos, etiam nominatim afferuntur, Ennius, Cassius, Pontificalium libri, Alexander Ephesius de bello Marsico, Lutatius, Vulcatius, Acilius Piso, Sempronius, Domitius, Octavius, nec non Cato de origine generis humani, Aulus Postumius de adventu Æneæ, Aufidii epitome, Vennonius, Annius, Sextus Gellius in origine gentis Romanæ. Qui libri non exstant. Ex his quos habemus, adducuntur, Virgilius sæpenumero, Sallustius, Plautus, Homerus, ac Livius. Nullus autem horum omnium (ni fallor) post Asconium vixit. Atque hæc tantum priore libri parte, hoc est, ea, quæ originem urbis Romæ, sive auctores & principes, Romani generis conditores, qui ante constitutam remp. fuere, describit. Nam ea parte libri, quæ edita est, quæ habet principes generis Romani qui post remp. fundatam extiterunt, nullius omnino liber, neque in Victoris epitoma refertur. Cur vero credam, hunc de Viris Illustribus librum esse* Asconii, *moveor, quod paulo post ejus initium sic scribit.* Quare autem addidit Tutus (*de Virgilio nimirum loquitur*) suo loco plenissime adnotavimus in commentatione, quam occœpimus scribere, cognita ex eo libro, qui inscriptus est, de Origine Patavina. *Erat enim Patavinus Asconius, ita ut conjectura sit eum potius, quam alium suæ gentis originem scripsisse, quo eam illustraret, & suis gratum faceret. At vero quæ* de origine urbis, *sic quoque commentationem edidisse. quod & antiquitatis perscrutandæ non solum esset studiosissimus, verumetiam scientissimus. Id quod ex ejus in Ciceronem fragmentis* luce *clarius est. Quæ si quis, cum hoc libro conferet: equidem, agnoscet par in ea emendanda studium, & similis quædam scribendi, illi & huic consuetudo, sive dictionem spectes, sive quid excutiendi rationem, inest & elucet. Eadem & inscriptio.* Commentationes *enim, appellat suas in Ciceronem explicationes. Efficitur præterea ut Asconium hujus* de Viris Illustribus *libri auctorem esse putem, quod Livium in eo æqualem scribit.* Sed horum, *inquit*, opinionibus omnium diversis repugnat nostræ memoriæ proclamans historia Liviana, quæ testatur, quod auspicato Romulus ex suo nomine Romam vocavit. *Et pro Cornelio.* Sunt, *inquit*, tamen qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant. Inter quos Tuditanus & Pomponius Atticus, Liviusque noster. *Tum etiam quod in hoc* de origine, principibusque Rom. *libello, quemadmodum & illis, quæ supersunt, in Ciceronem fragmentis frequenter admodum Virgilii testimoniis utitur cum quid adstruit, & utrobique nonnunquam* nostrum *appellat. Fuit enim* Asconius

adeo

adeo Virgilii studiosus, ut librum contra Virgilii obtrectatores, quemadmodum in vita ejusdem Virgilii Tit. Claudius Donatus adfert, ediderit. Nam Octavium Avitum & Poetilium Faustinum furta Virgilii, unde videlicet quæque carmina surriperentur, notasse, Servius refert. Asconium *itaque Neronis tempore, vixisse Eusebius ait, eique Fabius Latinæ linguæ cultum & auctoritatem attribuit. Plinius vero inter auctores suos eum enumerat. Ætatem ad annum octogesimum quintum perduxit, adeo ut Virgilio notus esse potuerit & Livio. Quæ cum ita sint, his fere conjecturis quinque, quas summatim repeto, adducor, ut auctorem hujus libri* de Viris Illustribus & origine urbis *Asconium faciam. Primo quia sub initium capitis* I. *auctor libri scribit in hæc verba:* Quare autem addidit TUTUS (*de Virgilio* loquitur) suo loco plenissime adnotavimus in commentatione, quam occœpimus scribere, cognita ex eo libro qui inscriptus est de origine Patavina. *Ita cum eum librum* de origine Patavina *scripserit, potuit, & dum eam scriberet, una scribere de Origine gentis Romanæ quod sit prope ejusdem argumenti. Saltem affinis propter Æneam, a quo urbs initium duxit suum, vel non dissimilis quidem. De Patavina vero origine* Asconium *potius, quam alium quemvis, scripsisse iaeo fit verisimile, quia Patavinus esset, quo suæ gentis historiam illustrans, gratum iis faceret. At si* Asconius *ejus* de origine Patavina *libri est auctor, necessarium est fateri ex his proximis superioribus verbis eum hujus auctorem esse libri. Secundo probatur a pari in genere eodem scribendi diligentia.* Asconio *enim consuetum fuit antiquitatis historiam perscrutari potissimum, uti ex ejus in Ciceronem fragmentis constat. In aliis ejus libris generalis argumenti particulares commentationes historicas discutiendi tractandique persimili cum libro nostro consuetudine ac diligentia: neque leviter, sed expensis variis auctorum de iis, ut his sententiis. Cujus antiquitatis fuit omnium sui temporis & doctissimus & diligentissimus: ita ut loca obscura propter ignorantiam antiquitatis abstrusa difficillima explicaret. Id enim ipsius est præcipuum, nempe summa diligentia ex variis auctoribus reconditas historias eruere intelligendo Ciceroni, quod ex parte in Virgilio fecisse, ut in Cicerone ex hoc superiore loco, quo clara faceret duo Latinæ linguæ lumina, credendum; indicatis in iis illis historiis, quæ incognitæ illos aliquibus locis redderent non intellectos, imo impeditos tot etiam, ut historiæ veritas elucesceret, Atque uti his* commentationem *suam illam ille nominat, & illa quoque in Ciceronem sua Commentaria, ipse* Commentationes (*sic enim in vetustis libris legitur*) *vocat. Tertio non solum antiquitatem in specie enodandi studium & consuetudo,* Asconium *hujus auctorem esse libri verisimiliter probat; sed etiam par ejus scribendi cum hoc libro stylus, si quis diligenter attenderit. Quanquam necesse est dissimilitudinem esse quandam in nonnullis propter generis scribendi diversitatem. Nam in fragmentis in Ciceronem etiam Grammaticum*

agere

agere cogitur: hic vero Historicum præcipue, quia vitas breviter ex professo describit, non autem aliquem auctorem, puta poetam vel oratorem exponit. Sed tamen animadverti hoc libro clausulas eum non recte incipere ab his particulis. At vero, Igitur, *id quod in fragmentis illis non observavi fieri, nisi illud tribuatur historiæ diverso generi. At certe uti brevis illic est, & nihil in illis fragmentis, in dicendo redundat; ita hic quoque & quædam verba, quæ Ciceronianis forte non placerent, ut hic usurpat veluti* neotericus, *&c. atque quosdam loquendi modos, qui delicatis auribus duri videri possint. Quarto, verisimile fit Asconium libri auctorem esse, quia hoc libro nullus citatur auctor posterior ætate Asconii; sed omnes ab eo citati, vel ejus ætatem præcesserunt, vel ei certe contemporanei fuerunt. Eum præcesserunt, quos supra enumeravimus, ei vero æqualis fuit Livius, & ejus quoque civis nimirum Patavinus. forte etiam Virgilium videre potuit. Atqui de Livio constant. Nam hoc* libro, capite *de Roma condita:* Sed horum, *inquit*, opinionibus omnium diversis repugnat nostræ memoriæ proclamans historia Liviana, quæ testatur, *&c. At idem in Ciceronis fragmentis Livium appellat* nostrum, *uti hic. Unde merito conjicere liceat Asconium & hic esse, qui suum & hic Livium vel memoria sua historiam conscripsisse. Porro eo tempore & Livium & Virgilium vixisse, quo floruit Asconius, docere poterunt Fabius & Eusebius, qui Asconii mentionem faciunt. Cum igitur Livio is quamfamiliarissimus fuerit, idque hoc libro ostendat supra scriptis verbis, credi par est eum hujus libri & alterius* de origine Patavina *auctorem exstitere. Et quod ad Virgilium attinet, & hoc libro, & in Cicerone* nostrum *etiam adpellat: videlicet cap. de Hercule Recarano:* Quam opinionem, *inquit*, sequi metuit noster Maro. *& capite de Saturno.* Usque eo, *inquit*, ut etiam, cum aliis diis sacrificium, dato thure in altaria Jovis, prior nominetur, cognomento quoque addito Pater, secundum quod noster sic intulit:

Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem.

Quinto, auctorum quos hic liber citat, in testimonium rei quam probare velit, quosdam Asconius etiam laudat in fragmentis in Ciceronem faciendæ fidei, maxime Livium, quem nostrum *adpellat. Et Virgilium, quem sæpissime citat, ac* nostrum *quoque vocat: Ergo hæc ejus utrumque, sic & hoc loco, & fragmentis compellandi tanquam familiares & amicos non infrequens consuetudo, propemodum evincat ipsum auctorem hujus libri credi debere. Citat & Sallustium, Plautumque, ut libet,* nostri *tamen omisso pronomine, adeo ut eo pronomine sibi Livium ac Virgilium familiares amicitia cum iis contracta, & contemporaneos fuisse satis indicet: Non autem* nostros *eos dixerit ratione communionis studiorum, vel alias amoris quo eos non visos complecteretur.*

DE

ANDREAS SCHOTTUS
DE AUCTORIBUS ANTIQUIS VIRORUM ILLUSTRIUM.

LIBET illustres aliquot de Viris domi militiæque illustribus scriptores quos Victor in andos proposuit, recensere, eos potissimum quorum libri interciderunt. De Plutarcho igitur, qui Græcos & Latinos Imperatores comparavit, non necesse habeo dicere, quod ipsius libros vere philosophicos in bibliothecis desiderari nefas putem. Julium Higinum de claris viris, seu de vita rebusque Illustrium virorum laudat Agellius lib. I. cap. XIV. Noct. & Asconius in Pisonianam qui *Lucium* appellat, commutata fortasse I litera in L, librariorum audacia; nisi forte *L. Julium Higinum* dictum videri placet. Suetonius C. Julium Higinum in Illustribus Grammaticis nominat; ejusdem exemplorum libros, forte eosdem, idem citat Agellius lib. X. cap. XVIII. Alphæus Avitus Excellentium virorum libros reliquit Jambico dimetro, ut ex fragmentis quæ a Prisciano IIX. XII. & XIIX. libris Gramm. adferuntur, apparet: De quo æqualis ejus Terentianus Maurus:

Ut pridem Avitus Alphius
Conscripsit Excellentium.

T. quoque Pomponium Atticum de Viris illustribus carmine scripsisse; in ejus vita auctor est Nepos & Plinius Nat. Hist. lib. XXXV. cap. II. atque versibus non amplius quaternis quinisque sub singulorum imaginibus facta, & magistratus eorum descripsisse. Plinii junioris æqualis Titinius Capito exitus Illustrium virorum tradidit, in iis quorundam sibi carissimorum: auctor Plinius lib. VIII. epist. XII. D. quoque Hieronymus in Catalogo eorum qui de scripturis sanctis memoriæ aliquid prodiderunt, ad Dextrum Prætorio Præfectum aliquot enumerat; quorum nomina tantum, eaque vix integra, ad nostram usque ætatem pervenerunt: *Fecerunt*, inquit, *hoc idem apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus doctus vir, & longe omnium doctissimus Aristoxenus Musicus. Apud Latinos Varro, Santra, Nepos, Hyginius, & ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus.* De Varronis autem septingentis Illustribus, quos primos nominasse oportuit, videndus Plin. Natur. Histor. lib. XXXV. cap. II. Lactantius quoque, Christianorum Cicero, Divinar. Instit. lib. I. cap. X. Tarquitium quendam de Viris illustribus laudat auctorem, ubi quis *Tranquillum* esse legendum conjiciat, nisi aliud locus ipse suaderet. Memini legere apud Trithemium, Prosperum Aquitanicum de Viris quoque illustribus scripsisse, sed sacrisne, an profanis, non liquet; neque enim videre contigit.

Cæterum de ratione consilii nostri paucis sic accipe: menda,

quamvis libellus sit, supra quam cuiquam credibile sit, librorum veterum ope sustulimus; nihil tamen temere immutavimus: quod illis judicandum relinquo, qui hæc nostra cum vulgatis comparabunt. Ut vero lucem historiæ darem, annos Consulares ad oram adscripsi, secutus fere Capitolinos Fastos, quos Carolus Sigonius, ac nuper Stephanus Pighius, Hubertus Goltzius nostrates digesserunt; in Augusta vero historia Fastorum libros secundum Onufrii Panvini, hortatu Joannis Olivarii Jurisconsultorum disertissimi: quo Eloquentiæ professore Duacenates merito superbiunt. Notas, quibus emendationum nostrarum ratio explicatur, ne libri moles nimium excresceret, non addimus: & recens eæ editæ Duaci, in gratiam nobilissimi juvenis Philippi La-Noy, Domini Tourconii, mihi sane multis nominibus carissimi. Vale mi Lector, & hæc si studia tua juvabunt; abunde magnum laboris mei præmium consecutum me esse existimabo.

DE AUCTORE

VIRORUM ILLUSTRIUM.

SOLET in Methodo pertractanda hæc primo Quæstio agitari; An sit, qua de rei natura, an subsistat, quærunt differendi artifices: Eadem nos via prius, quam ad rem ipsam veniamus, de auctore hujus libelli Plinius ne, an Cornelius Nepos, an neuter potius sit, breviter sumus disputaturi: de quo variæ sunt doctissimorum hominum, & discrepantes sententiæ: Quidam enim C. Plinio Cæcilio, alii Cornelio Nepoti: nonnulli Suetonio Tranquillo inscripsere; nec defuere qui Æmilio Probo. Nam qui C. Cornelium Tacitum auctorem faciunt, toto cœlo errare mihi videntur: stylus enim, dicendique ratio reclamat, falsi fortasse, quod de Oratoribus illustribus scripsisse Tacitum audivissent: sed eum, qui vulgo circumfertur, libellum Fabio Quinctiliano vero auctori nuper restituit in his literis doctissimus Justus Lipsius noster. Qui Suetonium patrem legitimum affirmare non dubitant, næ illi iniqui familiarum Censores sunt, digni quibus ignominiæ causa non equus adimatur, sed a Catonibus censura ipsa abrogetur. Quod enim D. Hieronymum in eo libro quem & ipse de Viris illustribus conscripsit, auctorem laudant, dicam libere, vere tamen, errant: nec sensum adsequuntur. verba ipsa apponam; *Hortaris, Dexter, ut Tranquillum sequens Ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram: Et quot ille in enumerandis Gentilium literarum viris fecit illustribus; id ego in nostris faciam.* Quibus ipsis, qui hæc objiciunt, refelli & tamquam suo gladio confodi, quis ita cæcus est, ut non videat? Illustres enim Suetonii

Gram-

Grammaticos, qui hodieque in manibus sunt, intelligit. Non infitior tamen Stemma illustrium Virorum Romanorum scripsisse Tranquillum, ut ex Suidæ collectaneis apparet: & de Ventidio Basso Suetonium scripsisse, Agellius auctor est.

Qui Cornelio Nepoti attribuunt plures, iique doctiores, sed vereor ne fallantur, quod bona eorum venia dixerim. Sed age rationes dispiciamus: In primis Catulli illo carmine pugnant, quo Cornelio Nepoti Veronensi poëma suum dedicat, utpote civi suo & municipi, vel, ut cum Plinio majori castrense vocabulum usurpem, conterraneo:

Quoi dono lepidum, novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas,
Jam tum, cum ausus es unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis,
Doctis, Jupiter, & laboriosis.

Fateor equidem de Viris illustribus scripsisse Nepotem: Nam & Agellius, magna scriptorum laverna, lib. XI. cap. IIX. integrum inde caput transscripsit: & Flavius Sosipater librum XV. & XVI. Virorum illustrium citat: aliique quos in eo libro in quem Cornelii Nepotis librorum omnium, qui desiderantur, fragmenta conjecimus, & Corn. Valerio præceptori nuper dicavimus, recenseo. Nunc si quis inferat, libelli istius auctorem esse Nepotem, constanter negabo: nec enim magis consequitur, quam vel Suetonium, vel Æmilium Probum, vel Hyginum, vel alium qvemvis. Huc accedit; capita ipsa, quæ Agellius, Sosipater, Servius, cæterique ex Nepotis Illustribus recitant, ne vestigium quidem libelli nostri præferre. Unum de multis exemplum, quoniam ad rem facit, adferam. Agellius (vel si veterum librorum auctoritatem negligis, A. Gellius) Noct. Attic. lib. XVII. cap. XXI. non obscure hunc esse Nepotis partum negat. *M.* inquit, *Manlius Romæ, qui Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, convictus est consilium de regno occupando inisse: damnatusque capitis e saxo Tarpejo, ut M. Varro ait, præceps datus; ut Corn. autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est.* Noster vero disertim de saxo Tarpejo præcipitatum scribit. Sed nihil agit Catellianus Cotta, qui hæc ad Chronica Nepotis detorquet: nec enim simile vero, tam præstantem historicum tam repugnantia in Viris illustribus dixisse. Verum ut symbolam quoque Græcus auctor conferat, non levis, sed κόμματος μάρτυς Plutarchus, ut ipsi observavimus, de Lucullo longe aliter scripsisse Nepotem refert, atque adulterinus iste Nepos: sic enim ait: *Post cum alienata mente desipere cœpisset, tutela ejus M. Lucullo fratri permissa est.* Plutarchus vero: Νέπως δ' ὁ Κορνήλιος οὐχ ὑπὸ γήρως φησὶν, οὐδὲ νόσου παραλλάξαι τὸν Λεύκολλον, ἀλλὰ φαρμάκοις ὑπό τινος τῶν ἀπελευθέρων

Καλλισθένους διαφθαρέντα. Quæ ſit vertebamus: *Cornelius Nepos neque ſenio, neque morbo, ait, alienata mente fuiſſe, ſed a Calliſthene liberto venenis corruptum.* Calliſthenis nulla apud auctorem noſtrum mentio, neque ſenii, neque morbi aut veneni: Neceſſe eſt igitur alio Nepote uſum Plutarchum; Idem quoque in Tiberio & Cajo-Gracchis: Νέπως ὁ Κορνήλιός φησιν οὐ Κράσσου, Βρούτου δὲ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λυσιτανῶν θυγατέρα γῆμαι Γάϊον. i. *Cornelius Nepos non Craſſi, ſed Bruti ejus qui de Luſitanis triumphaverat, filiam in matrimonio Cajum habuiſſe, ſcribit.* In Nepote vero iſto ſubdititio filiæ, neque Craſſi, neque Bruti ulla mentio exſtat, niſi cæcutiunt oculi. Rurſus in Noctibus Atticis eſt lib. XI. cap. VIII. & Macrobio præfat. Saturn. Plutarcho in Catone M. Catonem juſte A. Albinum reprehendiſſe, quod homo Romanus Græca oratione res geſtas Romanorum cum componeret, veniam ante imperitiæ præfatus eſſet. Porcii quidem Catonis noſter meminit; de Albino vero verbum nullum. Unde relinquitur falli eos qui Nepoti hunc fœtum attribuunt. Porro ad ſtylum quod attinet, Nepoti is abjudicat, quod illuſtres viros copioſius ſcripſiſſe Nepotem apparet ex T. Pomponii Attici vita, & M. Porcii Catonis, quæ dumtaxat ab injuria temporis reliquæ ſunt. Quod & libro, ſi modo illius eſt, de Vita Excellentium (vel ut MSS. quidam legunt, *Externorum*) Impp. probari poſſet. Noſter vero ita conciſus auctor eſt, ut Elogia potius Illuſtrium, quam vitas ſcripſiſſe videatur: qualia verſibus quaternis Atticum contexuiſſe teſtis eſt Nepos ipſe, & Plinius. Plura argumenta ex fragmentis noſtris Nepotianis ingenioſo cuique facile ſuppeditabunt: ſed hæc facient, niſi vehementer fallor, ſatis ei, qui non omnino pertinax falſi patronus defenſorque eſſe voluerit.

Nunc ordine de Plinio Nepote videamus, a quo etiam hæc removenda injuria eſt, ne auctor ejus eſſe videatur, quem, ſi reviviſcat, pro ſuo agnoſcere, ſat ſcio, nollet. Non enim cadit in tam fœcundum ingenium, tam exile, & pluſquam ſordidum aliunde mutuandi ſtudium. Verba illius adſcribere non pigebit ex epiſtola xx. lib. VI. ad Corn. Tacitum, quibus hujus libelli auctorem quidam facere ſe poſſe confidunt, quod annos natus duodeviginti, hiſtoriam ſe ſcribere cœpiſſe affirmet: *Agebam,* inquit, *duodeviceſimum annum. Poſco librum T. Livii & quaſi per otium lego, atque etiam, ut cœperam, excerpo.* Vultiſne igitur dari vobis, res geſtas breviter e Livio decerpſiſſe Plinium, eas, inquam, quæ nunc in manibus ſunt? cur amabo, totiens, a Livio diverſus abit, & pugnantia commemorat; Græcos in pleriſque potius ſecutus, ut Dionyſium, ut Dionem, ut Appianum, ut Plutarchum? His igitur illud Epicharmi occino, μέμνασο ἀπιστεῖν. Quemadmodum ex lineamentis de legitimis liberis & ſpuriis filiis εἰκότως judicare ſolemus; idem hic ſentio faciendum. Certe ſi quod in his judicium meum eſt, non ſapit Plinium

GERARDUS JOANNES VOSSIUS

DE HISTORICIS LATINIS

LIB. II. CAP. VIII.

Aurelii Victoris ætas, dignitas, genus, origo, libri duo genuini. Sed liber de origine gentis Romanæ alterius est, qui & de origine gentis Patavinæ egerit. Religione prior ille gentilis. Duo alii Aurelii Victores, unus hoc antiquior, alter eo junior.

SEXTUS AURELIUS VICTOR, qui beneficio Clarissimi Viri, Andreæ Schotti, prodiit in lucem, ætate vixit Constantii & Juliani imperatorum. Siquidem in Marco Antonino Philosopho ait, *Constrata terræ motu nostra ætate Nicomedia, Cereali consule.* At Neratius Cerealis post IX. Constantii consulatum consul fuit. Ad hæc in Julio Philippo inquit, *Nostra quoque ætate, post mille, centesimus, consule Philippo, excessit, nullis, uti solet, solennibus frequentatus.* Denique in Constantino ait, *Ac memoria mea Constantinum* (malim cum Schotto Constantium) *quamquam cæteris promptum virtutibus, ad usque astra votis omnium subvexere.* Quare nec dubium, quin hic sit ille Aurelius Victor, qui cum Valentiniano consul fuit anno Urbis CIƆCXXII. Ac longe minus ambigo, quin idem sit Victor, de quo sic Ammianus Marcellinus lib. XXI. *Imperator* (Constantius) *revertitur Nassum, copiosum opidum: quo inde expedite cuncta disponeret suis utilitatibus profutura: ubi Victorem apud Sirmium visum, scriptorem historicum, exinde venire præceptum, Pannoniæ secundæ Consularem præfecit, & honoravit ænea statua, virum sobrietatis gratia multilaudum, multo post Urbi præfectum.* Atque eo ex loco simul cognoscimus, quo virtute, & honestarum artium studiis, pertigerit, licet *rure ortus, tenuique & indocto patre*, ut ipse de se Victor in Severo scribit. Exstant hujus Victoris libri duo. Prior est de Viris Illustribus a Proca usque ad Julium Cæsarem, qui vel Cornelio Nepoti, vel Plinio Novocomensi, vel Suetonio etiam falso tribui solet. Alter continet vitas Cæsarum usque ad Juliani tertium consulatum. His libellis præmittitur *Origo gentis Romanæ.* Sed cur commentatiuncula istæc minus credatur ejusdem esse Victoris, verisimile facit titulus ejus: quando istic legas, ex fontibus illis petitum esse, ex quibus sua hausere juniores ipsi, Livius, & Victor Afer. Quis enim sit Victor ille Afer, si non est historicus ille Ammiano memoratus, ac cujus duo sunt libelli, quos dicebamus? Nec obstat Afri cognomen. Nam Aurelium Victorem natione fuisse Afrum, a vero non abhorret,

horret, quandoquidem multus est in ea laudanda, ac alicubi appellat *terrarum decus*. Quamobrem ita colligimus, libellum illum de Origine gentis Romanæ congestum esse ab aliquo, qui fuerit post Aurelium Victorem. Atque idem scripsit *de Origine gentis Patavinæ*: ut ipse initio Libelli de origine gentis Romanæ testatur. Victorem fuisse hominem gentilem, vel inde constat, quod in Hadriani vita eo inclinat, ut Antinoi sacrificium res fuerit pia, religiosaque. Alius ab hoc scriptore est Aurelius Victor, cognomento Primus, de quo sic Julius Capitolinus in Opilio Macrino. *Verba denique Aurelii Victoris, cui Primo cognomen erat, hæc fuerant: Macrinum, libertinum hominem, prostibulum servilibus officiis occupatum*, &c. Nam Julius Capitolinus misit eam Macrini vitam ad Diocletianum Augustum: ut historicum istum laudare non potuerit, qui breviarium suum perduxit usque ad tempora Juliani. Adde quod ea de Macrino neutiquam in hoc Victoris breviario legantur. Alius quoque est Sextus Aurelius Victor, cujus exstat opusculum de vita & moribus Imperatorum Romanorum usque ad Theodosii excessum: de quo postea dicemus. Imo nec semper satis convenit inter hosce Victores historicos: ut cum ille Schotti duos tantum, alter autem tres agnoscit Gordianos.

MARTINUS HANKIUS

De Romanarum rerum scriptoribus I. 29.

I. SEXTUS AURELIUS VICTOR, ille, qui Cæsarum vitas scripsit, hæc cap. xx. de se tradit: *Quo bonis omnibus ac mihi fidendum magis, qui rure ortus tenuique indocto patre, in hæc tempora vitam præstiti, studiis tantis honestiorem. Quod equidem gentis nostræ reor, quo fato quodam bonorum parte fœcunda: quos eduxit, tamen, quemque ad celsa suos habet.*

II. Constantio, Constantini Magni filio, imperante, claruit. Nam cap. XXVIII. cum a Julio Philippo Imperatore annum Urbis millesimum ludis omnium generum celebratum commemorasset, subjungit: *Nostra quoque ætate post mille centesimus, Consule Philippo, excessit, nullis, uti solet, sollennibus frequentatus.* At Urbis annus 1100. est Constantii duodecimus, Christi 348. Et cap. XVI. ait: *Asiæ Ephesus ac Bithyniæ Nicomedia, constratæ terræ motu æque ac nostra ætate Nicomedia, Cereali consule.* Neratius autem Cerealis, post nonum Imperatoris Constantii, consulatum gessit, anno Urbis 1110. Christi 358. cap. ultimo: *At Julius Constantius annos tres atque viginti Augustum imperium regens, cum externis motibus, modo civilibus exercetur, ægre ab armis*

mis abest. quæ cum præcedentibus bene conveniunt. Nam XXIII. annus Constantii, est Urbis 111 Christi 359.

III. Inde colligas, eundem Victorem esse, de quo Ammianus Marcellinus lib. XXI. cap. XVII. loquitur. Nam rebus, quæ Flavio Florentio, & Flavio Tauro Coss. anno Urbis 1113. qui est Constantii ultimus, Christi 361. contigerunt, adjicit. *Imperator revertitur Naissum, copiosum oppidum, quo inde expedite cuncta disponeret suis utilitatibus profutura. Ubi Victorem apud Sirmium visum, scriptorem historiarum, exinde venire præceptum, Pannoniæ secundæ consularem præfecit; & honoravit ænea statua, virum sobrietatis gratia multilaudum, multo post Urbi præfectum.*

I. Sexti Aurelii Victoris de Romanæ gentis origine libellus exstat. Qui tamen, an ejusdem Victoris sit, de quo egimus, ideo, quantum observare licuit, dubitari solet, quod in præscripto titulo dicatur, inter alios, ex Victore Afro desumptus: iste autem Victor Afer non alius videatur, quam qui Cæsarum vitas scripsit, quippe qui in Africæ laudibus copiosior, se Afrum esse subinnuat.

II. De eo quicquid sit; in codicibus ad antiqua MSC. expressis, & huic, & duobus, de quibus mox dicemus, libellis, generalis præmittitur epigraphe: *Origo gentis Romanæ a Jano & Saturno conditoribus, per succedentes sibimet Reges, usque ad consulatum decimum Constantii.* Quod uni, de Romanorum origine, libello nequaquam convenit. Nam hic a Jani, Aboriginum Regis in Italiam adventu, sive ab anno Mundi 2621. ante Romam conditam 577. C. N. 1327. incipit: desinit autem in anno Urbis primo, qui est Mundi 3198. ante C. N. 750.

III. Deinde Sexti Aurelii Victoris de Urbis Romæ viris illustribus liber reperitur. Cujus auctorem, aut Cornelium Nepotem, aut Plinium Novocomensem, aut Suetonium Tranquillum, multi constituunt: meris conjecturis, nullo alicujus momenti argumento, quo fidem prudentioribus quidem lectoribus faciant, instructi.

IV. Certe omnes illos, quibus adscribitur, de viris illustribus aliquid reliquisse contendunt. Id Nepotem A. Gellius lib. XI. cap. VIII. Suetonium fecisse, Hieronymus de scriptoribus Ecclesiasticis cap. I. tradit. De Plinio, ne istud quidem, unde possint ostendere, video. Neque enim, cum lib. VI. epist. XX. ad Cornelium Tacitum scribit: *Posco librum Titi Livii, & quasi per otium lego, atque etiam, ut cæperam, excerpo:* inde quisquam paullo solertior collegerit, illustrium virorum vitas illum excerpsisse.

V. Sed demus, a Plinio perinde, ut a Nepote Suetonioque compositas clarorum virorum vitas; an propterea de simili materia liber, cujus auctor non satis certus sit, illorum uni tribuendus erit? Ut nihil de styli differentia, quæ inter nostrum, &

lauda-

laudatos auctores intercedit, dicam; Nepotis cur hoc opusculum habendum non sit, subjiciam. I e M. Manlio A. Gellius lib. XVII. cap. XXI. *Qui Gallos*, inquit, *in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, convictus est, consilium de regno occupando iniisse: damnatusque capitis, e saxo Tarpejo, ut M. Varro ait, præceps datus est: ut Cornelius autem Nepos scriptum relinquit, verberando necatus est.* At Victor ait cap. XXIV. *Damnatus est de saxo Tarpejo præcipitatus.* Hæc inter se pugnantia Nepotem, nobilem Historicum, asseruisse, non est vero simile.

VI. Quæ cum ita sint; præstiterit, meliorum codicum, præsertim ex ipsis MSC. publicatorum, in quibus liber hic Aurelii Victoris nomen præfixum habet, auctoritatem sequi. Solicitos vero cujus Aurelii Victoris hoc de viris illustribus opusculum sit, certiores facit, qui de Cæsaribus sequenti libro præmittitur titulus: *Aurelii Victoris historiæ abbreviatæ pars altera.* Nam inde probabiliter colligere licet, cujus posterior est, ejusdem Victoris priorem esse partem.

VII. Cæterum, primus inter illos illustres viros est Proca, Rex Albanorum, qui regnum suum filiis Amulio & Numitori, annuis vicibus habendum reliquit, anno Mundi 3155. ante Romam conditam 43. ante C. N. 793. Ultimus est Cn. Pompejus, cujus mors in annum Urbis 705. Mundi 3902. ante C. N. 46. incidit.

VIII. Ad hos illustres viros additamentum, in quibusdam antiquis libris MSC. repertum (quod ejusdem videtur auctoris esse) incipit a Julio Cæsare, qui Prætor in Lusitaniam anno Urbis 693. Mundi 3890. ante C. N. 58. abiit. Desinit in Cleopatra, Ægypti Regina, quæ victo M. Antonio marito, ipsa mortem sibi acceleravit anno Urbis 723. Mundi 3920. ante C. N. 28.

IX. Præterea Sexti Aurelii Victoris de Cæsaribus librum habemus. Horum primus est Octavianus Augustus, a cujus principatu, quem ad annum Urbis 722. id est, ante C. N. 29. refert, incipit. Ultimus est Constantius, Constantini Magni filius, in cujus anno XXIII. qui est Urbis 1111. Christi 359. desinit.

ANDREAS SCHOTTUS

Justo Lipsio εὖ πράττειν.


UNAS dumtaxat literas tuas vidi, amicissime Lipsi, quamdiu Gallia me habuit, magna & negligentia tua & dolore meo. Scaliger Europæ ocellus instigante me has ad te dedit, fuitque hic mensibus aliquot. •Editus Manilius: quem D. Busbequius meus, vel potius noster, dono ad te mittit: ut boni consulas rogat. Literasque tuas avet videre vir tui studiosissimus.

 Plau


Plautum Scaliger de manibus depoſuit, tibi lampada tradit, pollicitus etiam exemplar miſſurum ſe, ſi volet, collatum, ex Bibliotheca Duareni. Hippocratis ille libellus magnam illi invidiam peperit apud medicos noſtros, mendicos pæne exciderat mihi. Grammaticum (ſic enim tantum virum appellant) medica tractare clamant in cathedra, falcem in alienam meſſem jacere. Circumfertur calumniis plena oratio Jo. Martini, quam etiam ad te mitto, ut videas ineptias quas oppedere nititur Thraſo ille. Huic alii duo erudite reſpondent e Pictavis & Biturigibus. Nec defuere Manilio calumniatores inepti, & indigni qui nominentur: quos egregie refellit vir extra omnem ingenii aleam poſitus, non tamen extra invidiam. Henricus Stephanus quoque hic menſes aliquot hæſit. Plinii epiſtolas cum Panegyriſtis edidit, ſuo more ſcoliis ſuis implens; Theocritum quoque, in quibus auctoribus Græcis magnus eſt, in Latinis hoſpes. Ciceronem molitur cum ſcholiis, qualia in Horatium edita ab illo. Taceo inepta de lingua vernacula ſuppreſſo tamen nomine nuper edita, qualia molitur adhuc in gratiam regis Gallorum; qui Scaligeri Manilium grate accepit, & annuam penſionem bis mille Francicorum dedit. Bene res habet ſi ſolvitur fide non Gallica, ſed Græca, vel oculata manu. En tibi de altero ſi videre vacat. Meminiſti legere Apologiam illius in Herodotum, πάρεργα, ut ſolet, nimis multa. Etiam Plautini ſectores zonarii in ſcenam veniunt. Nuper etiam edito illo Gallico libello, in aulicos, qui Italorum ſimiæ videri volunt, calamum ſtrinxerat; at quamvis fraudes illorum præcognitas detexiſſet, evitare tamen ipſe non potuit; Crumena enim ab hujus ordinis homine furtim ſurrepta ducentis coronatis, ut ipſe affirmat, referta. Vera narro. Hinc illi lacrymæ & ſuſpiria in mundo: aliis doctis jocus & ludibrium. Ille ringere. Materia profecto novi libri. Inviſit me his diebus, ſed facile perſpexi hominis ingenium illiberale & ſordidum. De Panegyricis, quos Cl. Puteanus molitur, ſcripſi ad Plantinum & Pulmannum. Brevi Biturigas cogito, ut quemadmodum hic Græcis me doctoribus dedi, ita Cujacium poſthac audiam: quare fac quam maturrime literis tuas accipiam, quas Plantinus, ut mihi reddantur, curabit. Salvebis a Busbequio, Scaligero, Puteano, Paſſeratio, Pithœis duobus. Habes quoque a P. Daniele fragmentum T. Livii una cum literis familiaris mei & illius Jac. Bodæi. De Servio illo præſtantiſſimo excudendo cum Henrico Stephano ſtipulari cœpit: nihil credo effectum. Et illum & Servium vidi. Caſſiodorum quoque credo abs te viſum recens editum. Cujacii Paratitla Codicis & Obſervationum libri aliquot ſub prælo madent, Legeſque Viſigothorum ex Pithœi Bibliotheca, quas Metellus Sequanus moliebatur. Salutem a me Douzæ, cæteris literatis, apud quos noſtrum in Victorem Aurelium conatum ut tuearis à calumniis, etiam atque etiam oro obteſtorque:

quem


quem fetum tamquam abortivum cur feſtinarim, juſtæ cauſæ ſunt, quas tu ſpero, probabis; de Metello enim nota res tibi, & Cujacius præſens, cui negare nihil nec poſſum, nec debeo, a me ut tranſcribendi poteſtaten facerem, extorſerat: unde plagiarios metuebam: & certe publice intereſt tam præſtantem auctorem non diutius latere. Plantinus ut ſpero in Majo abſolutum dabit. Vale & nos ama. Lutetiæ Pariſior. a. d. III. Non April. Anni CIↃ. IↃ. LXXIX.


TR POT
COS II



ET IMPERIO
ROMAE

HERC ROM COND
COS VIIII


ROMA

ORIGINI AVG

TR POT COS III

ROMVLO CONDITORI



1 SEXTI AURELII VICTORIS
ORIGO GENTIS ROMANÆ,

A Jano & Saturno conditoribus, per succedentes sibimet Reges, 2 usque ad consulatum decimum Con-

SCHOTTUS.

1 NOn dubito fore plerosque qui hæc Aurelii Victoris esse negabunt, ejus qui concise Viros illustreis; copiosius vero atque elegantius Augustos pertractavit. Stylus enim, non malus auctorum index, repugnare videtur. Quoniam tamen in veteri codice MSC. eidem tribuuntur, quod Aurelii nomen & ἐπιγραφὴ, quod in Prolegomenis posui, libelli titulum præcederet, eademque manu scripta omnia essent, & ante Historiam Augustam, *Secunda pars Aurelii Victoris*; fidem meam liberare volui, & integrum, ut reperi, Victorem repræsentare. Illud forte movebit, quod initio T. Livium vocet recentiorem; & *memoriæ nostræ proclamans historia*, inquit extremo. Atqui Constantii & Juliani æqualis Victor, qui aliquot seculis a Livio absunt. Dein, quem Victorem Afrum nominet, quæro. an seipsum, more Græcorum? ut Herodotus initio Historiæ. Sed de his docti judicabunt. Cujus cujus tamen est fragmentum, visum est non indignum, quod in manus hominum veniret, propter & veterum, qui interciderunt, auctorum reliquias hic inspersas, & Annalium Pontificum fragmenta: quæ omnia temporis injuria deperdita quotidianis pæne conviciis efflagitant homines eruditi. Tum quia Virgilio illustrando erit: quare cum illo & Dionysii Halicarnassei & Livii libro 1. diligens lector componet. Nihilo certe meliora sunt, quæ falso Messallæ Corvini nomine circumferuntur de progenie Octaviani Augusti & Donati titulo, vita Virgilii, Terentii, & de Comœdia Rhapsodiæ.

GRUTERUS.

1 Quæcumque ad hujus auctoris potissimam emendationem illustrationemque faciunt, petenda omnino ab amicissimo nostro Andrea Schotto. adeo enim uberrimis notis Victorem egregie adornavit: ut nihil mihi fere reliquerit, nisi ut industriæ ipsius faveam atque adplaudam: tanto quidem magis quod bina modo haberem ad manum hujus scriptoris exemplaria, eaque notæ non nimium electæ; certe scripturæ recentis: quæque solummodo continerent *Viros illustres*, non etiam *Cæsares*, aut istud de *Origine urbis*.

ANNA.

2 *Usque ad consulatum decimum Constantii.*] Ergo titulus iste non pertinet tantum ad hunc libellum, qui inscribitur *Origo gentis Romanæ*, sed etiam ad duos illos sequentes qui de *Viris Illustribus*, & de *Cæsaribus* inscripti sunt. Quorum posterior usque ad consulatum decimum

Constantii, digesta ex auctoribus [3] Verrio Flacco Antiate [4] (ut quidem idem Verrius maluit dicere quam Antia) tum ex [5] Annalibus Pontificum; dein [6] Cnæo Egnatio Veratio, [7] Fabio Pictore, [8] Licinio [9] Macro, [10] Varro-

mum Constantii Augusti & Juliani Cæsaris tertium perducitur. Unde liquet quartum illum *de vita & moribus Imperatorum Romanorum*, qui *Epitomes* nomine circumfertur, ab alio Victore scriptum fuisse, quippe qui in Theodosii morte desinat. Sed de hoc postea dicetur, cum ad eum ventum erit.

SCHOTTUS.

3 *Antiate.*] P. Valerium forte intelligit, quem nescio quamobrem *Antiam* non *Antiatem* cognominari voluit. Meminit illius C. Plinius in præfatione Naturalis historiæ (tametsi Turnebus aliud subjiciat) Livius, cæteri. Nam de patria Verrii Flacci, Antias ne fuerit mihi N. L.

ANNA.

3 *Verrio Flacco Antiate.*] Quid. an Verrium Antiatem vocat? dubito. Neque satis liquet Antiasne fuerit Verrius. Forsan sic distinguendum. *Verrio Flacco*, *Antiate.* Ita ut per *Antiatem* Q. Valerius intelligendus sit qui Antias fuit, & Annales reliquit, quorum librum LXXIV. citat Priscianus in IX. & LXXV. Gellius lib. VII. cap. IX. ex quo etiam multa Livius.

4 *Ut quidem idem Verrius maluit.*] Verrius *Antiatem* maluit dicere quam *Antiam*: utinam ad nos pervenisset locus ille Verrii ubi de hoc disputabat: neque enim apud ullum usquam scripsorem me *Antias*, *æ*, legisse memini, sed semper *Antias*, *Antiatis*. Livio & aliis ab Antium, quæ urbs est in Latio, est *Antias Antiatis*, ut ab Arpinum Hirpinorum urbe, est *Arpinas*, *atis* Ciceroni, Plinio, &c.

5 *Annalibus Pontificum.*] Annales Pontificum monumenta erant quædierum, & totius anni rerumque in eo gestarum descriptionem continebant, a Pontifice Maximo scripta, quæ & ideo Annales maximi nominantur. Cic. de Oratore: *Erat initio historia nihil aliud nisi Annalium confectio. Cujus rei memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum, usque ad P. Mucium Pontificem Maximum, res omnes singulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus, referebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi, ii qui etiam nunc annales maximi nominantur.* Dicebantur etiam ii Annales, *Pontificalium libri*, & *indigitamenta*, & *Commentarii Pontificum.*

6 *Cnæo Egnatio Veratio.*] Aliis Cnæus Egnatius Verrinus; hic semel tantum in hujusce operis fine laudatur. *Contra*, inquit, *Egnatius libro primo, in ea contentione non modo Remum, non esse occisum, sed etiam*, &c. Quare male Joannes Metellus asseveravit Veratium in hoc opere non laudari, qui non vidit ibi Egnatium eum esse, qui hic Cnæus Egnatius Veratius dicitur.

7 *Fabio Pictore.*] Historico, qui Quinctus Fabius Pictor dictus est. Annales scripsit & historiam, sed ejus Annales tantum laudat Victor. Hunc & Livius & Dionysius Halicarnasseus sequuti sunt.

8 *Licinio.*] Qui C. Licinius Macer dictus est. Annales scripsit ex quibus multa Livius. Quædam etiam Nonius in voce *lues*, *luculentum*, *patibulum.* In veteri libro scriptum erat *Licinio*, *Marco Varrone*, sed melius aliter.

SCHOTTUS.

9 *Marco Varrone.*] Sic vetus liber, sed ego *Licinio Macro* legendum putabam.

ANNA.

10 *Varrone.*] Is est M. Terentius Varro, cujus libri sex de lingua Latina,

[10] Varrone, [11] Cæsare, [12] Tuberone, [13] atque ex omni priscorum historia; proinde ut quisque [14] neotericorum asseveravit: hoc est, & Livius & [17] Victor Afer.

tina, & de re rustica libri tres ad nos pervenerunt. Multa alia scripserat; sed hic ejus Annales tantum, vel etiam librum de gente Populi Romani a Victore signari verisimile est.

11 *Cæsare.*] Quis sit iste *Cæsar* incertum videri queat, quippe qui in totius operis serie nunc *Cæsar*, nunc *Julius Cæsar*, nunc *Lucius Cæsar* dicitur. Dubitavit doctissimus Vossius utrum pro *Lucio*, *Cajus*, an pro *Cajo*, *Lucius* debeat reponi: Nam multi fuere Lucii Cæsares. Ut Lucius Cæsar Augusti ex Julia nepos; Item atavus Cæsaris dictatoris, & atavi hujus pronepos, & pronepotis ejus filius, & alii quos a Victore signari non puto. Sed potius C. Julium Cæsarem dictatorem, quem, cum tam multa scripserit, ut vel ex Suetonio certum est, non mirum videri debet quædam etiam de *origine gentis Romanæ* edidisse, quando Julia gens ortum suum ducere credita est ab eodem Julo, sive Ascanio, a quo urbis conditor Romulus genus traxit. Pro hac sententia facit, quod hic modo Cajus Cæsar, modo Julius Cæsar dicitur. Nam de locis, ubi *Lucius* scriptum est, in iis *Julius* rescribendum esse me doctis probaturam puto, cum tam proclivis sit corruptio i. in l. & vice versa l. in i.

12 *Tuberone*] Hic est Q. Aelius Tubero qui historiam conscripsit, quam hic signat, qui hæc scripsit. Ex ea quædam etiam Livius, lib. IV. & X. Charisius, Gellius, Nonius, &c.

13 *Atque ex omni priscorum historia.*] Velut ex Ennio, Cassio Alexandro, Ephesio, Lutatio, Vulcatio, Acilio Pisone, Sempronio, Domitio, Octavio Catone, A. Postumio, Aufidio, Vennonio, Annio, Gellio, qui omnes in hoc opere laudantur.

14 *Neotericorum.*] Id est *recentiorum*, vox Græca *Neotericus*, sed hanc in veteribus frustra quæras.

17 *Victor Afer.*] Quærunt viri docti an ista scripserit *Victor* ille *Afer*, qui sequentes duos libellos *de Viris Illustribus*, & *de Cæsaribus* exaravit, qui se ipsum Victorem Afrum vocet, more Græcorum; sed multa repugnant: quare cum doctissimo Vossio cogitandum est argumentum istud & libellum de *origine gentis Romanæ* ab aliquo congestum fuisse, qui post Aurelium Victorem fuerit, sive is sit Asconius Pedianus, sive alius quis.

CAPUT I.

ARGUMENTUM.

Saturnum primum credi in Italiam venisse: quantaque antiquorum hominum simplicitas fuerit. Certum tamen esse, Janum in Italiam priorem advenisse. Virgilii locus illustratus. Primus *apud Poëtam aliquoties pro principe.*

PRIMUS in Italiam creditur venisse Saturnus, ut etiam Maronis Musa testatur illis versibus:

Æneid. VIII. vers. 319.

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
[1] *Arma Jovis fugiens, & regnis exsul ademtis.* &c.

TANTA autem usque id tempus antiquorum ho- 2
minum traditur fuisse simplicitas, ut venientes ad
se advenas, qui modo consilio ac sapientia præditi,
ad instruendam vitam, formandosque mores aliquid
conferrent, quod eorum parentes, atque originem
ignorabant; [2] cœlo & terra editos, non solum ipsi
crederent; verum etiam posteris affirmarent. [3] velu-
ti hunc ipsum Saturnum, quem [4] Cœli & Terræ fi-
lium esse dixerunt. Quod cum ita existimetur, cer- 3
tum tamen est [5] priorem Janum in Italiam devenisse:
[6] ab eoque postea venientem exceptum esse Saturnum.
Unde

ANNA.

1 *Arma Jovis.*] Qui eum regno fugaverat.

SCHOTTUS.

2 *Cœlo & terra editos.*] Qui illustre aliquod beneficium primo mortalium generi præstitissent, ut Cererem repertis & frugibus & agricultura, ἀποθεώσει quadam homines illi consecrarunt, cœloque donarunt: quod inde originem traxisse, & tanquam numina cœlo delapsa mortalium bono, stulte crederent, eorumque parentes ignorarent; aut ex inopinato ipsi apparuissent. Tertull. Apologetico. Sed ne aliorum scrinia compilare videar, lege Erasmum Chiliasten & Cæl. Rhodig. lib. XX. cap. XXIIX. Illud addam ex eodem Tertulliani libro: *Saturnum, inquit, quantum literæ docent, neque Diodorus Græcus* (sic enim leg. alii docuerunt, non *Theodorus*) *aut Thallus: neque Cassius Severus, aut Corn. Nepos, neque ullus commentator hujusmodi Antiquitatum, aliud quam hominem promulgarunt.* Quod Minutius Felix in Octavio exscripsit, & Lactantius lib. I. cap. XIII. Divinar. Institut. ut in Fragmentis Corn. Nepotis diximus.

ANNA.

2 *Cœlo & terra.*] Quos tantum Deos tunc noverant homines. Cæterum non tantum apud antiquos illos homines rudes & agrestes invaluit mos iste, ut eos quorum originem ignorarent, quique grande aliquod beneficium hominibus præstitissent, Deos & a Diis ortos esse crederent: nam idem Lystreni de D. Paulo & Barnaba; Idem & alii credidere, ut ex sacris literis notum est.

3 *Veluti hunc ipsum Saturnum.*] Qui cum homo esset & a Creta veniret, ob vitæ integritatem & a Diis ortus, & a Cœlo lapsus creditus est.

4 *Cœli & terræ filium.*] Orpheus de Saturno.

Γαίης τε βλάστημα καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

Id est, terræque incrementum & cœli lucidi. Quamvis cum alii Oceani & Tethyos filium dicant.

5 *Priorem Janum in Italiam devenisse.*] Imo & ante Saturni adventum Janiculum condiderat. Vid. Ovid. lib. I. Fast.

6 *Ab eoque postea, &c.*] Ovidius loco supra laudato sic Janum loquentem inducit.

Hac ego Saturnum memini tellure receptum,
Cœlitibus regnis ab Jove pulsus erat.

Inde

4 Unde intelligendum est Virgilium quoque [7] non ignoratione veteris historiæ, sed suo more, *primum* dixisse Saturnum, non ante quem nemo, [8] sed *principem*: ut

—— [9] *Trojæ qui primus ab oris.* Æneid. l. 1.

5 CUM procul dubio constet ante Æneam [10] priorem Antenorem in Italiam esse pervectum, eumque non in ora littori proxima; sed in interioribus locis, id est, Illyrico [11] urbem Patavium condidisse, ut quidem idem Virgilius illis versibus ex persona Veneris, apud Jovem de ærumnis Æneæ sui conquerentis:

[12] *Antenor potuit mediis elapsus Achivis* Æneid. l. 1.
[13] *Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus.* &c. vers. 246.

6 QUARE autem addiderit *tutus*, suo loco plenissime

Inde diu genti mansit Saturnia nomen:
Dicta quoque est Latium terra, latente Deo.
Ipse solum colui, cujus placidissima lævum
Radit arenosi Tibridis unda latus.
Hic, ubi nunc Roma est, incædua sylva virebat.
Tantaque res paucis pascua bubus erat.
Arx mea collis erat, quem vulgus nomine nostro
Nuncupat, hæc ætas Janiculumque vocat.

7 *Non ignoratione veteris historiæ.*] Nam & veterem historiam non ignorasse Virgilium testatur locus ille VII. Æneid. vers. 178. de Regia Pici, ubi veterum avorum effigies e cedro stabant ex ordine.

---- *Italusque, paterque Sabinus,*
Vitisator, curvam servans sub imagine falcem,
Saturnusque senex, Janique bifrontis imago
Vestibulo astabant, aliique ab origine reges, &c.

8 *Sed principem.*] Hoc est, inter primos, eodem modo Græci dicunt Δῖα θεάων, πρώτιστα θεάων, divina Dearum, prima Dearum, id est, inter primas Deas.

9 *Trojæ qui primus.*] Initio lib. I. Æneid. quanquam ibi *Primus* ad *Lavinaque littora*, referri posse videatur, ut Virgilius dicat Æneam primum venisse Lavina littora. Nam alio alii appulere. Sed melius primus, *princeps* inter primos, ut supra, sic eodem lib. vers. 27.

Id metuens, veterisque memor Saturnia belli,
Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis.

Prima, id est, in primis, nam ante Junonem primus ad Trojam bellum gesserat Hercules. Sic semper Virgilius, & optime noster supra dixit *more suo*.

10 *Priorem Antenorem.*] Neque tantum Antenorem, sed Capyn, Politem, &c.

11 *Urbem Patavium.*] Quam de suo nomine *Antenoriam* vocavit, civesque *Antenoridas*; sed mox *Patavium* & postremo *Padua* fuit appellata.

12 *Antenor.*] Lib. I. Æneid. vers. 246. locum adi.

13 *Illyricos penetrare sinus.*] In mari Adriatico. Sinus autem pluraliter, quia mare illud ob diversa promontoria in plures distribuitur sinus.

me annotavimus in commentatione, [14] quam hoc
scribere cœpimus, cognita ex eo libro, qui inscri-
ptus est, [15] De origine Patavina. Itaque nunc, *Pri-* 7
mus, ex ea quoque significatione est, e qua illud in
secundo Æneidos, de enumeratione eorum, qui [16]
equo Durio digrediebantur. [17] Nam cum nominasset 8
(* Tisandrum *Virg. Æn.* II. *vers.* 261.) * Thessandrum, Sthenelum, Ulyxem, Athamanta,
Thoanta, Neoptolemum; post intulit, *Primusque*
Machaon. De quo quæri potest, Quomodo po- 9
test *primus* dici, post tantos qui supra dicti sunt?
Verum intelligemus *primum* pro principe, vel quia
(fort. redundat.) is [18] (ad perfectum) illis temporibus circa peritiam
medicæ artis [19] præcipuus fuisse traditur. CA-

14 *Quam hoc scribere cœpimus.*] Mihi hic locus corruptus videtur: neque enim ita quemquam loquutum arbitror, *quam hoc scribere cœpimus* pro *antequam hoc*, &c. Fuere qui legerent *quam scribere occepimus.* Id est, *quam commentationem.* Sed quomodo cognitam commentationem diceret, quæ tantum scribi cœpta sit? Dicet quis eam in plures partes dividi & primam vulgari potuisse, id vero nil aliud est quam se argutum facere. Suspicor scriptum fuisse: *Quum hoc scribere cœpimus*, &c. in commentatione illa cognita quum libellum hunc scribere cœpimus, ex eo libro, &c.

15 *De origine Patavina.*] Ex hoc loco conjecit Joannes Metellus hujus libelli auctorem esse Asconium Pedianum. Erat enim Patavinus Asconius, quo nomine eum potius quam alium suæ gentis originem scripsisse verisimile est. Sed de his judicium suum ferre nimis periculosum est. Hoc unum dicam non satis liquere Patavinum Asconium fuisse. Nunc ut ad librum de origine Patavina revertamur, eum jam olim periisse necesse est, cum nullam ejus ullibi mentionem factam reperias, ne apud Commentatores quidem Virgilii: qui si librum illum vidissent nihil equidem de Commentatione illa, quæ ad vocem *tutus* scripta fuerat, tacuissent. Nihilominus tamen cuivis in aperto est, cur Virgilius addiderit *tutus*, scilicet ad augendam invidiam, quasi diceret: Antenor proditor ille patriæ, non modo sinus Illyricos & intima regna Liburnorum penetravit, sed & *tuto* penetravit. Æneas vero, ille pius Æneas non modo Italis longe disjungitur oris, sed infandum, navibus amissis tempestati obnoxius huc & illuc misere vagatur. His similia in Commentatione illa scripta fuisse certum est.

16 *Equo Durio.*] *Durio*, id est, *ligneo.* Δούρειος *ligneus*, δόρυ enim *lignum.*

17 *Nam cum nominasset.*] Lib. 2. Æneid.

--- *Lætique cavo se robore promunt*
Tisandrus, Sthenelusque duces & dirus Ulisses,
Demissum lapsi per funem: Athamasque, Thoasque,
Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon,
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.

18 *Ad perfectum.*] Quid hoc? *Præcipuus ad perfectum circa peritiam medicæ artis?* dele modo *ad perfectum.*

19 *Præcipuus fuisse traditur.*] Nam & Æsculapii filius erat.

ANNA

CAPUT II.

ARGUMENTUM.

Jani nativitas, & in Italiam adventus. Janiculum urbs ab eo condita.

1 SEd ut ad propositum revertamur, [1] ferunt Creusam Erechthei Regis Atheniensium filiam speciosissimam, stupratam ab Apolline enixam puerum, eumque Delphos olim educandum esse missum: ipsam vero a patre istarum rerum nescio, * [2] Xipheo
2 cuidam comiti † collocatam. Ex qua cum ille pater non posset existere, Delphos eum petiisse ad consulendum oraculum, quomodo pater fieri posset: Tum illi Deum respondisse, ut quem postero die
3 obviam habuisset, eum sibi adoptaret. Itaque supra dictum puerum, qui ex Apolline genitus erat,
4 obviam illi fuisse, eumque adoptatum. Cum adolevisset non contentum patrio regno, cum magna classe in Italiam devenisse; occupatoque monte, urbem ibidem constituisse, eamque ex suo nomine [3] Janiculum cognominasse.

* Xutho alii.
† al. copulatam.

CA-

ANNA.

1 *Ferunt Creusam.*] Nescio sane unde hanc fabulam hausit Scriptor noster. Ea certe perquam ridicula est. Quis enim Erechtheum Atheniensium regem & Apollinem ante Janum. Imo & Janum Apollinis filium ferat. Quid ergo Janus apud Ovid. 1. Fast.

Me Chaos antiqui, nam res sum prisca, vocabant.

GRUTERUS.

2 *Xipheo.*] Si libri ulli sunt in quibus restat *Xutho*, utique sequendi. Fabula autem isthæc, non tam enucleatur ex Pausaniæ Atticis atque Achaicis, quam ex Euripidis Ione; quæ necessario consulenda.

ANNA.

2 *Xipheo cuidam.*] Lege *Xutho.* Xuthus enim Hellenis & Orseidos Nymphæ filius, Creusam Erechthei filiam duxit. Apollod. lib. 1. Ἕλληνος δὲ καὶ νύμφης Ὀρσηΐδος, Δῶρος, Ξοῦθος, Αἴολος. Αὐτὸς μὲν οὖν ἀφ᾽ αὑτοῦ, τοὺς καλουμένους Γραικοὺς προσηγόρευσεν Ἕλληνας. τοῖς δὲ παισὶν ἐμέρισε τὴν χώραν. καὶ Ξοῦθος μὲν λαβὼν τὴν Πελοπόννησον, ἐκ Κρεούσης τῆς Ἐρεχθέως Ἀχαιὸν ἐγέννησε, καὶ Ἴωνα, ἀφ᾽ ὧν Ἀχαιοὶ καὶ Ἴωνες καλοῦνται. Id est. *Ex Hellene autem & Orseide Nympha nati sunt Dorus, Xuthus & Æolus. Is quidem de se Hellenas, qui postea Græci vocati sunt, nominavit: filiis vero loca partitus est. Xuthus adeptus Peloponnesum ex Creusa Erechthei filia Achæum genuit & Ionem, a quibus Achivi & Jones nuncupantur.*

3 *Janiculum.*] In regione Transtiberina, ad lævum latus Tiberis.

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Saturni profugi in Italiam adventus. Saturnia arx condita Agriculturæ inventio, ferique homines ad vitam compoſitam reducti a Saturno. Uſus ſignandi æris, & monetæ cudendæ repertus: ejusque prima forma. Caput, *aut* navem, *aleatorum optio unde exorta. Ærarium Saturni. Saturno tam bene merito de priſcis* Italis, *cur tamen Jano in ſacris omnibus primus locus delatus.*

IGitur Jano regnante apud indigenas rudes, incultoſque; Saturnus regno profugus, cum in 1
Italiam veniſſet, benigne exceptus hoſpitio eſt: ibique haud procul a Janiculo arcem ſuo nomine [1] Saturniam conſtituit: Iſque primus agriculturam edocuit, 2
feroſque homines & rapto vivere aſſuetos, ad compoſitam vitam * eduxit. unde Virgilius in octavo ſic ait:

† *Hæc nemora [2] indigenæ Fauni, Nymphæque tenebant,*
Genſque virûm [3] truncis, & duro robore nata:
[4] *Queis neque mos, neque cultus erat: nec jungere tauros,*
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
[5] *Sed rami [6] atque aſper victu venatus alebat.*

* *forte* traduxit. *verſu* 314. † Hæc loca *v. eod.*

OMIS-

ANNA.

1 *Saturniam.*] In regione Ciſtiberina, in monte Tarpejo, Varr. lib. IV. de L.L. *Antiquum oppidum in hoc monte Tarpejo fuiſſe Saturniam ſcribitur.* Hic mons *Saturnius* etiam dictus fuit.

2 *Indigenæ.*] αὐθιγενεῖς, id eſt. Ibi nati, geniti, nec aliunde advecti.

3 *Truncis & duro robore.*] Quod homines primum in cavis arboribus & ſpeluncis habitarent. Lucret. lib. v.

Necdum res igni ſcibant tractare, nec uti
Pellibus, & ſpoliis corpus veſtire ferarum:
Sed nemora, atque cavos montes, ſilvaſque colebant;
Et frutices inter condebant ſqualida membra.

Inde eos Poëtæ arborum truncis & duris quercubus natos fabulati ſunt.

4 *Queis neque mos, neque cultus.*] Lucret. Ibid.

Nec commune bonum poterant ſpectare, nec ullis
Moribus inter ſe ſcibant, nec legibus uti.

5 *Sed rami.*] Lucret. Ibid.

Quod ſol atque imbres dederant, quod terra crearat
Sponte ſua, ſatis id placabat pectora donum.

6 *Atque aſper victu.*] Junge *victu* cum

3 OMISSOQUE Jano, qui nihil aliud quam ritum colendorum Deorum religionesque induxerat; [7] se Saturno maluit annectere: qui vitam moresque feris etiam tum mentibus insinuasse [8] (dicitur, &) ad communem utilitatem, ut supra diximus, disciplinam colendi ruris edocuit; ut quidem indicant illi versus: *deest in m. s.*

Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit, legesque dedit; [9] *Latiumque vocari*
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Æneid. VIII. vers. 321.

4 [10] ISTUM etiam usum signandi æris, ac monetæ in
formam incutiendæ ostendisse traditur: in qua ab
una parte [11] caput ejus imprimeretur: altera navis, qua
5 vectus illo erat. Unde hodieque aleatores [12] posito nu-
mo opertoque, optionem collusoribus ponunt enun-
tiandi quid putent subesse, caput aut navem: quod
6 nunc vulgo corrumpentes [13] naviandi dicunt. Ædes
quo-

cum *alebat:* & *alebat victu*, nil aliud est quam *alebat.*

7 *Se Saturno maluit annectere.*] Quis se maluit annectere? Gens illa virum truncis & duro robore nata? vix hanc scribendi rationem probabunt eruditi.

8 *Dicitur, &c.*] Verba semicirculis inclusa in MSS. deesse significantur. Quare forte vera sit doctissimi Scriverii conjectura qui legit. *Qui vitam moresque feris etiam tum mentibus insinuans ad communem, &c.*

9 *Latiumque vocari.*] Ovid. I. Fast.

Dicta quoque est Latium terra, latente Deo.

10 *Istum.*] *Saturnum* scilicet.

GRUTERUS.

10 *Istum.*] Ex hac voce binæ faciendæ videntur. *Is tum.*

ANNA.

11 *Caput ejus.*] *Jani*, non Saturni. De hoc ære, ubi ab una parte forma Jani biceps, & ab altera ratis erat impressa, Ovid. I, Fast.

--- *Sed cur navalis in ære*
Altera signata est, altera forma biceps?
Noscere me duplici posses in imagine, dixit;
Ni vetus ipsa dies extenuaret opus.
Causa ratis superest. Tuscum rate venit in amnem
Ante pererrato falcifer orbe Deus.
At bona posteritas puppim formavit in ære
Hospitis adventum testificata Dei.

12 *Posito numo opertoque.*] Non solum posito, & operto, sed & in altum jacto. Utroque modo hodieque fit.

SCHOTTUS.

13 *Naviandi dicunt.*] Aut deest vox, aut *naviam* legendum, qua de Festus Pompejus: *Navia ex uno ligno exsculpto; ut navis, quo utuntur alveo in vindemia.* & Macrob. lib. I. Saturn. cap. 7. his gemina refert. *Janus*, inquit, *cum Saturnum classe pervectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas victum in* me-

quoque ſub clivo Capitolino, in quo pecuniam conditam habebat; [14] Ærarium Saturni hodieque dicitur. Verum quia, ut ſupra diximus, prior illuc Janus advenerat, cum eos poſt obitum divinis honoribus cumulandos cenſuiſſent; in ſacris omnibus primum locum Jano detulerunt; uſque eo, ut etiam cum aliis Diis ſacrificium fit, dato thure in altaria, [15] Janus prior nominetur, [16] cognomento quoque addito Pater, ſecundum quod noſter cognomento ſic intulit:

Æneid. VIII. verſ. 357.

Hanc Janus Pater, hanc Saturnus condidit arcem.

Ac ſubindit:

Janiculum huic; illi fuerat Saturnia nomen.

[17] EIQUE (eo quod mire præteritorum memor, tum etiam futuri) dixerit:

Rex

melius redegiſſet, regni eum ſocietate muneravit. Cum primus quoque æra ſignaret, ſervavit & in hoc Saturni reverentiam, ut quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte ſui capitis effigies, ex altera vero navis exprimeretur, quo Saturni memoriam etiam in poſteros propagaret. Aes ita fuiſſe ſignatum hodieque intelligitur in aleæ luſu, cum pueri denarios in ſublime jactantes, capita aut naviam, luſu teſte vetuſtatis, exclamant. Sic enim in MSS. quatuor integre legi, non *navim*, teſtantur Pithoei fratres doctiſſimi. Hodieque in uſu eſt ille luſus: Galli vocant *jover a croix ou pile*. Cæterum de ſignato ære primum a Jano, vel, ut alii, a Saturno, Athenæus lib. xv. Plutarchus Problematis: Plinius lib. XXXIII. cap. 3. Ovid. 1. Faſtor. & Lactantius lib. 1. Divin. Inſtit. De Quadrante Ratilo M. Terent. Varro lib. IV. de LL. & Feſtus Pompejus.

ANNA.

14 *Ærarium Saturni.*] Cave credas ærarium fuiſſe Saturni tempore, nam ejus ædem primus ærarium fecit Valerius Publicola.

15 *Janus prior nominatur.*] Horat. Epiſt. lib. 1. 16.

Quandocumque Deos vel porco vel bove placat
Jane Pater, clare, clare cum dixit, Apollo,
Labra movet metuens audiri

Vide Ovid. 1. Faſt. & Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 9.

16 *Cognomento quoque addito Pater.*] Ut & Deos omnes PATRES appellabant. Quamvis Janum propria appellatione, non honoris tantum gratia, *Patrem* appellatum veriſimile eſt, cum ab eo omnia initium duxiſſe crederentur. Imo & innuit Athenæus lib. ult. Ἴανος, ὁ παρ' ἡμῶν θεὸς, ὃν πατέρα προσαγορεύομεν, id eſt. *Janus, qui nobis Deus eſt, quem Patrem vocamus.*

17 *Eique, eo quod,* &c.] Quorſum hæc pertineant non video, nil tamen vel corruptum, vel deperditum auſim pronuntiare, cum de iis nihil Interpretes, quibus opinor prona omnia & facilia viſa ſunt. Videant acutiores.

1 *Quo*

Rex arva Latinus, & urbes *Lib.* VII. *Æneid. verſ.* 45.
Jam ſenior longa placidas in pace regebat.

CAPUT IV.

ARGUMENTUM.

Aborigines. Unde appellati. Picus Rex Italiæ. Poſt eum Faunus. Verſus Saturnii. Faunus & Silvanus dictus, & Inuus, & Pan.

1 [1] QUO regnante, [2] Trojanos refert in Italiam devenisse. [3] Quæritur quomodo Salluſtius dicat, *Catil. c.* 6.
Cumque his Aborigines, genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio liberum atque ſolutum. Qui-
2 dam autem tradunt terris diluvio coopertis, paſſim multos diverſarum regionum in montibus, ad quos confugerant, conſtitiſſe: ex quibus quoſdam ſedem quærentes, pervectos in Italiam, [4] Aborigines appellatos, [5] Græca ſcilicet appellatione, a cacuminibus
3 montium * qui illi oræ faciunt: Alii volunt eos, * *f.* quæ illi ὄρη vocant.
[6] quod errantes illo venerint, primo Aberrigines, poſt mutata una litera, altera ademta, Aborigines
4 cognominatos. Eos advenientes [7] Picus excepit, per-
5 miſſos vivere ut vellent. Poſt Picum regnavit in Italia

ANNA.

1 *Quo regnante.*] Latino.

2 *Trojanos.*] Ænea duce.

3 *Quæritur quomodo Salluſtius dicat: Cumque his.*] Hoc eſt: quo tempore Æneas cum profugis Trojanis Italiam appulit, tum Aboriginum rex erat Latinus. Quomodo igitur Salluſtius dicere potuit, Aborigines ſine imperio fuiſſe? Solutionem hanc dedit Zanchius: Quia inquit, tunc Latinus prælio dverſus finitimos Rutulos collato deceſſerat. Sed vix huic objectioni ita occurrendum eſſe judico: Aborigines enim ſine legibus, ſine imperio, quippe genus agreſte, nulli obtemperare ſuetum, ſed quod pro libidine ſe cuicumque vellet addiceret.

4 *Aborigines.*]Sed ridiculum *Aborigines* ἀπὸ τῦ ὄρεος dicere.

SCHOTTUS.

5 *Græca ſcil. appellatione.*] ἀπὸ τῦ ὄρεος, a monte, quod montes ipſi incolerent. Dion. Halicarn. l. 1. Lege igitur, *quæ illi ὄρη vocant:* vel, *qui illis oras faciunt.*

ANNA.

6 *Quod errantes.*] Ridiculum; idem tamen Feſtus Pompejus & Dionyſius Halicarnaſſeus. Aborigines, qui ab origine ibi fuerunt, non ex ſtirpe adventitia.

7 *Picus.*] Saturni filius, Fauni pater. Virg. VII. Æneid.

— *Fau-*

Italia Faunus, [8] quem a fando dictum volunt, quod is solet futura præcinere versibus, [9] quos Saturnios dicimus: quod genus metri in vaticinatione Satur-
f. versus. niæ primum proditum est. [10] Sed * urbem Saturnus, 6
cum in Italiam venisset, condidisse traditur. Ejus rei Ennius testis est, cum ait:

[11] *Versibus, quos olim Fauni vatesque canebant.*

HUNC Faunum plerique eundem Silvanum a sil- 7
vis, [12] Invium deum: Quidam etiam Pana, vel Pan esse dixerunt.

--- *Fauno Picus pater, isque parentem*
Te Saturne refert, tu sanguinis ultimus auctor.

8 *Quem à fando dictum volunt.*] Varro lib. VI. de LL. *Fauni Dei Latinorum, ita ut Faunus & Fauna sint in versibus quos vocant Saturnios; in silvestribus traditum est solitos fari, a quo fando Faunos dictos.*

9 *Quos Saturnios.*] A Saturno versus Saturnii dicti sunt: eorum lex adeo soluta fuit, ut non metrum, sed simplex cum rythmo cantus fuerint.

GRUTERUS.

10 *Sed urbem Saturnus.*] Nihil certius est, quam verba perperam digesta sic ordinanda: *proditum est. Ejus rei Ennius testis, cum ait:*
Versibus, quos olim Fauni vatesque canebant.
Sed & urbem Saturnus, &c.

SCHOTTUS.

11 *Versibus, quos olim*] Laudat Cicero hæc Enniana.

--- *scripsere alii rem*
Versibus, quos olim Fauni vatesque canebant,
Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat ---

in Bruto, Oratore, & lib. de Divinatione, & Varro lib. VI. de L. Lat.

12 *Invium deum.*] Corruptum pro *Inuum Deum.* T. Livius lib. I. *Pana Romani post Inuum vocarunt.* & Servius ad illud Virg. VI. Æn.
Pometios, Castrumque Inui, Bolanique, Coramque.
Inuus, inquit, *Latine appellatur, Græce* Πᾶν. *Item* ἐφιάλτης *Græce, Latine Incubus. Idem Faunus: Item Fatuus Fatuelis. Dicitur autem Inuus ab ineundo passim cum omnibus animalibus; unde & Incubus dicitur.* Male quoque in vulgatis Servii exemplis *Inus* pro *Inuus* excusum.

CAPUT V.

ARGUMENTUM.

Euandri Arcadis cum Carmenti matre in Italiam adventus. Carmenta a carminibus, vel hæc ab illa dicta potius. Euander ob eruditionem facile se apud Faunum insinuat. Palanteum mons post Palatium dictus. Ibi Pani fanum ab Euandro dedicatum. Pan Deus Arcadiæ. Literas Itali primum ab Euandro edocti, & alia ad terræ cultum.

Igitur

1 IGitur regnante Fauno, [1] ante annos circiter sexaginta, quam Æneas in Italiam deferretur, [2] Euander Arcas Mercurii & Carmentis Nymphæ filius, si-
2 mul cum matre eodem venit: Quam quidam memoriæ prodiderunt, primo Carmentim dictam: post Nicostraten, [3] de carminibus; eo quod videlicet omnium literarum peritissima, futurorumque prudens, versibus canere sit solita: adeo ut plerique velint, non tam ipsam a carmine Carmentam; quam
3 carmina, a qua dicta essent, appellata. [4] Hujus admonitu transvectus in Italiam Euander, ob singularem eruditionem atque scientiam literarum, brevi tempore in familiaritatem Fauni se insinuavit: atque ab eo hospitaliter benigneque exceptus, non parvum agri modum ad incolendum accepit: quem suis comitibus distribuit, exædificatis domiciliis in eo monte, quem primo tum illi [5] a Pallante [6] Pallanteum, [7] postea nos * Palatium diximus: [8] Ibique

* *al.* Palatinum.

ANNA.

1 *Ante annos circiter sexaginta.*] Si vere rationem putes, anni sunt 67. Euander enim colonos in Latium deduxit anno mundi 2698. Æneas vero Laurentum venit anno 2769.

SCHOTTUS.

2 *Euander Arcas.*] Arcades se indigenas esse, non advenas, gloriari solebant: eaque causa lunulas in calceis gestabant, antiquitatis insignia, quod se cum luna natos jactarent, homines lunatici: Plutarchus ἐν αἰτίοις. Cicero pro Fundanio, quem Servius in II. Georgicorum testem advocat. *Arcades se esse* προσελήνους *asserunt*, & Apollonius lib. IV. Argonaut.

> Ἀρκάδες οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέοντο.

Ovidius I. Fast.

> *Orta prior Luna (de se si creditur ipsi)*
> *A magno tellus Arcade nomen habet.*
> *Hinc fuit Euander,* &c.

ANNA.

3 *De carminibus.*] Carmentam dictam de carminibus. Ovid. I. Fast.

> *Ipsa mone, quæ nomen habes a carmine ductum.*

4 *Hujus admonitu.*] Vid. Ovid. I. Fast. v. 475. qui hanc historiam fuse persequitur.

5 *A Pallante.*] Euandri filio.

6 *Pallanteum.*] Virg.

> --- *Et nobile Pallanteum.*

Item:

> *Pallantis proavi de nomine Pallanteum.*

7 *Posteá nos Palatium.*] Solin. cap. I. *Palatium nemo dubitaverit quin Arcadas habeat auctores, a quibus primum Pallanteum oppidum,* &c. *Sunt qui velint a balatibus ovium, mutata litera, vel a Pale pastorali Dea; aut, ut Silenus probat, a Palanthe Hyperborei filia.* Vide Festum in voce *Palatium.* 8 *Ibi-*

[8] Ibique Pani Deo fanum dedicavit: quippe is familiaris Arcadiæ Deus est, teste etiam Marone, qui ait:

Georg. III. *vers.* 392.

Pan Deus Arcadiæ captam te Luna fefellit.

Et item:

Ecloga IV. *vers.* 58. *ubi* certet, *legitur.*

Pan etiam Arcadia mecum si judice cantet.

PRIMUS itaque omnium Euander Italicos homines legere & scribere edocuit, [9] literis, partim quas ipse antea didicerat: Idemque fruges [10] in Græcia primum inventas ostendit; serendique usum edocuit, terræque excolendæ gratia primus boves in Italia junxit.

8 *Ibique Pani fanum.*] Fuit & silva eidem Pani consecrata.

9 *Literis partim quas ipse.*] Partim, quia & ipse quasdam invenisse traditur.

10 *In Græcia.*] Athenis. Ideo eas *frugum parentem* vocat Florus.

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Recarani, qui & Hercules, in Italiam adventus: cui Cacus, servus Euandri, boves subripit, ideoque ei noxæ datur ab Euandro. Ara maxima ab Hercule consecrata. Unde mos Herculi profanandi decimam tractus sit. Plautus explicatus. Cur feminæ ab ara maxima arceantur.

EO regnante, forte [1] Recaranus quidam, Grææ originis, ingentis corporis, & magnarum virium pastor, quia erat forma & virtute cæteris antecellens, Hercules appellatus, eodem venit. Cumque armenta ejus circa flumen [2] Albulam pascerentur, Cacus Euandri servus, [3] nequitiæ versutus, & præter cætera

SCHOTTUS.

1 *Recaranus quidam.*] De Carano Heraclida, id est, posteritate Herculis, Alexandri Macedonis genere paterno, Livius lib. XLV. Plutarchus Alexandro, Solinus 15. cap. Polyhistoris, Justinus lib. VII. M. Vellejus Paterculus lib. I. & Suidas. De *Recarano* vero nihil adhuc compertum habeo.

ANNA.

2 *Albulam.*] Qui *Tibris* postea dictus est.

3 *Nequitiæ versutus.*] Mira locutio. Nequitiæ, in dandi casu.

4 Noxæ

cætera furacissimus, Recarani hospitis boves subri-
puit: ac ne quod esset indicium, aversas in spelun-
3 cam attraxit. Cumque Recaranus vicinis regionibus
peragratis, scrutatisque omnibus ejuscemodi latebris,
desperasset inventurum; utcumque æquo animo dis-
pendium ferens, excedere his finibus constituerat:
4 At vero Euander excellentissimæ justitiæ vir, post-
quam rem, uti acta erat, comperit, servum [4] noxæ
5 dedit, bovesque restitui fecit. Tum Recaranus sub
Aventino [5] Inventori patri aram dedicavit, [6] appella-
vitque Maximam, & apud eam decimam sui pecoris
6 [7] profanavit. Cumque ante moris esset, uti homines
decimam fructuum regibus suis præstarent; æquius
sibi ait videri Deos potius illo honore impartiendos es-
se, quam reges; inde videlicet tractum, ut Herculi de-
cimam profanari mos esset, secundum quod Plautus
[8] *In partem*, inquit, *Herculeaneam*, id est, decimam.
7 Consecrata igitur ara Maxima, profanataque apud
eam decima, Recaranus, eo quod Carmentis invi-
tata, ad id sacrum non affuisset; sanxit ne cui femi-
næ fas esset vesci ex eo, quod eidem aræ sacratum
esset: [9] atque * ab ea re divina feminæ in totum
remotæ.

In Sticho, ubi tamen legitur Detraxi partem Hercul. *& in Truculento. Act.* II.

* *f.* ob ea, *vel* itaque ab ea.

CA-

4 *Noxæ dedit.*] Noxæ dedere, est in delicti pœnam dare.

5 *Inventori patri.*] Jovi.

6 *Appellavitque maximam.*] Sive quod ingens esset, sive quod maximæ dignationis. Serv. VIII. Æneid. *Ingens enim est ara Herculis, sicut videmus hodieque post januas Circi Maximi. Alii maximam ideo dicunt quia illo tempore omnibus erat honore potior.*

7 *Profanavit.*] Id est, polluxit, propalam exposuit. Varr. lib. V. de LL. *Profanatum quod in sacrario pollutum.*

8 *In partem*, inquit, *Hercul.*] Nullibi apud Plautum legitur *in partem Hercul.* Sed in Trucul. --- *Mihi partem detraxi Herculaneam.*

GRUTERUS.

9 *Atque ab ea re.*] Forte, *atque eam rem*, &c. sed præstaret notari tempus, ex quo remotæ mulieres ab Herculaneo sacrificio. itaque videsis num legendum, *atque ab eo*, ut subintelligatur, *tempore.*

ANNOTA.

9 Falli Gruterum puto. Nihil enim mutandum. Ait Victor ab ea ara Maxima scilicet, remotas mulieres re divina. Quippe cum duæ essent aræ Herculis, altera in foro Boario, altera ad portam trigeminam in regione Circi Maximi, ab ista tantum mulieres prohibebantur. Plutarch. in Quæst. Rom. *διὰ τί δυοῖν βωμῶν Ἡρακλέους ὄντων, οὐ μεταλαμβάνουσι γυναῖκες*

οὐδὲ

οὐδὲ γευόνται τῶν ἐπὶ τοῦ μείζονος θυομένων; *Cum duæ sint Aræ Herculis cur mulieres prohibentur participes eorum* fieri *quæ apud majorem sacrificantur?* Et inde fortasse error eorum, qui duas aras maxim s esse contendunt, &c.

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Alia e libris Pontificalium de Hercule, ejusque boum grege, & cæde latronis Caci.

HÆc Cassius lib. I. At vero [1] in libris Pontifica- 1
lium traditur Hercules, Jove atque Alcmena genitus, superato [2] Geryone, agens [3] nobile armentum, cupidus ejus generis boves in Græcia instituendi; forte in ea loca venisse, & ubertate pabuli delectatus, ut ex longo itinere homines sui & pecora reficerentur, aliquamdiu sedem ibi constituisse: Quæ cum in valle, 2
[4] ubinunc est Circus maximus, pascerentur; neglecta custodia, quod nemo credebatur ausurus violare Herculis prædam, [5] latronem quendam regionis ejusdem magnitudine corporis & virtute cæteris prævalentem, octo boves in speluncam, quo minus furtum vestigiis colligi posset, caudis abstraxisse. Cum- 3
que inde Hercules proficiscens, reliquum armentum casu præter eandem speluncam ageret; forte quadam inclusas boves transeuntibus admugisse, atque ita furtum detectum: Interfectoque Caco, 4
Euandrum, re comperta, hospiti obviam ivisse, gratantem, quod tanto malo fines suos liberasset: com-

ANNA.

1 *In libris Pontificalium.*] Quos sequuntur Virg. lib. VIII. Ovid. I. Fast. Liv. lib. I. aliique.

2 *Geryone.*] Chrysaoris & Callirrhoes filius fuit Geryon trium hominum corpore præditus. Habitabat Erytheam Insulam non procul ab Oceano, quam nunc Gadera nominant. Apollod. lib. II.

3 *Nobile armentum.*] Quod fuit coloris punicei.

4 *Ubi nunc est Circus.*] Palatini latere meridionali, quod Aventino oppositum est, non longe a Tiberi.

SCHOTTUS.

5 *Latronem quendam.*] Virgil. VIII. Æn. nunc semiferum, nunc semihominem appellat, qui hic segendus.

6 *Quam*

compertoque, quibus parentibus ortus esset Hercules, rem ita, uti erat gesta, ad Faunum pertulisse: tum eum quoque amicitiam Herculis cupidissime appetisse. [6] Quam opinionem sequi metuit noster Maro.

6 *Quam opinionem sequi metuit.*] Metuo ne & Harpyjarum ungues hunc locum contaminarint, cum prius *maluit* legeretur: recte, nam Virgiliana lib. VIII. Æneid. versu 193. cum iis, quæ ex Annalibus Pontificum hic leguntur, gemina sunt.

GRUTERUS.

6 Bene monitum reponendum vel, *sequi maluit*, vel, *haud sequi metuit*. Nisi si fuit, *sequi meruit*, pro non est dedignatus sequi, dignam duxit quam sequeretur, satis nove.

CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

De Potitiis & Pinariis.

1 CUm ergo Recaranus, [1] sive Hercules, patri Inventori aram Maximam consecrasset; duos ex Italia, quos eadem sacra certo ritu administranda
2 edoceret, [2] adscivit, Potitium & Pinarium. Sed eorum Potitio, [3] qui prior venerat, ad comedenda exta admisso; Pinarius, eo quod tardius venisset, posterique ejus submoti: unde hodieque servatur: Nemini * Potitio Pinariæ gentis in eis sacris vesci licet: Eosque alio vocabulo prius appella-
3 tos nonnulli volunt. Post vero [4] Pinarios dictos

[5] ἀπὸ

* *Quid si* Patritio?

ANNA.

1 *Sive Hercules.*] Quidam tamen non ipsum Herculem, sed Euandrum aram dicasse contendunt. Alii aliter. Neque convenit inter auctores.

2 *Adscivit Potitium & Pinarium.*] *Sacrum Herculi, adhibitis ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis, quæ tum familiæ maxime inclytæ ea loca incolebant, facturo.* Liv. lib. I. Sect. 7.

3 *Qui prior venerat.*] Idem Livius ibidem. *Forte ita evenit, ut Potitii ad tempus præsto essent, iisque exta apponerentur. Pinarii extis adesis ad cæteram venirent dapem. Inde institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, ne extis sollennium vescerentur.*

SCHOTTUS.

4 *Pinarios dictos.*] Mirum vocis *Potitiorum* originem non attulisse. Dubitari enim potest an a potiendo, an a potando, ἀπὸ τοῦ πολίζειν, dicti. Illa enim familia huic ministrare debebat. Vide Pet. Nannium Συμμίκτων lib. V. & de

B Appio

[5] ἀπὸ τοῦ πεινᾷν, quod videlicet jejuni, ac per hoc esurientes ab ejusmodi sacrificiis discedant. Isque mos 4
permansit usque Appium Claudium Censorem, ut Potitiis sacra facientibus, vescentibusque de eo bove quem immolaverant, postquam inde nihil reliquissent, Pinarii deinde admitterentur. Verum postea Appius 5
Claudius accepta pecunia [6] Potitios illexit, ut administrationem sacrorum Herculis servos publicos edocerent, nec non etiam mulieres admitterent. Quo facto, ajunt, [7] intra dies triginta omnem fa- 6
miliam Potitiorum, quæ prior in sacris habebatur, exstinctam: atque ita sacra penes Pinarios * resedisse, eosque tam religione, quam etiam pietate edoctos, mysteria ejusmodi fideliter custodisse.

* *f.* rediisse.

Appio Claudio Livium lib. IX. Valerium Maximum lib. I. cap. I. & Victorem nostrum de Viris Illustribus cap. 34.

ANNA.

5 *'Ἀπὸ τοῦ πεινᾷν.*] Id est: a verbo *πεινᾷν*, *esurire*: sed ridiculum: illis enim & *Potitiis* & *Pinariis* nomen fuit ante Herculis sacrum institutum.

6 *Potitios illexit.*] Infra in libello de viris illustribus cap. 34. *Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, ut sacra Herculea servos publicos edocerent: unde cæcatus est: gens Potitiorum funditus periit.*

7 *Intra dies triginta.*] Livius lib. IX. Sect. 29. intra annum omnes cum stirpe exstinctos dicit.

CAPUT IX.

ARGUMENTUM.

Æneæ, Ilio ab Antenore prodito, in Italiam adventus. Æneæ pietas. Ænus condita. Lavinia Æneæ uxor. Misenos urbs appellata ab interitu Miseni, gubernatore, an tubicine Æneæ.

POst Faunum Latino ejus filio in Italia regnante, Æneas, Ilio Achivis prodito [1] ab Antenore, aliisque Principibus, cum præ se Deos Penates, patremque Anchisen humeris gestans, nec non & parvulum filium manu trahens, noctu excederet; [2] ta

Luce

ANNA.

1 *Ab Antenore.*] *Antenorem* patriæ proditorem fuisse scribunt Cornelius Sisenna & Serv. Sed contra Liv. lib. I. Sect. I.

2 *Tanta*

luce cognitus ab hoſtibus, eo quod [2] tanta onuſtus pietatis ſarcina erat, non modo a nullo interpellatus; ſed etiam a rege Agamemnone, quo vellet, ire permiſſus, [3] Idam petit: ibique navibus fabricatis, cum multis diverſi ſexus, oraculi ammonitu Italiam petit: ut docet [4] Alexander Epheſius lib. I. belli Mar-
2 ſici. [5] At vero Lucatius non modo Antenorem,
[6] ſed etiam ipſum Æneam proditorem patriæ fuiſſe
3 tradit: Cui cum a rege Agamemnone permiſſum
eſſet ire quo vellet, & humeris ſuis, quod potiſſimum putaret, hoc ferret; nihil illum præter Deos Penates, & patrem, duoſque parvulos filios, ut quidam tradunt, ut vero alii, unum, [7] cui Julo cognomen, poſt etiam Aſcanio fuerit, ſecum extuliſſe. Qua

2 *Tanta onuſtus pietatis ſarcina.*] Vix quemquam ita loquutum puto de eo, qui propter *pietatem* ſuum patrem humeris ferat.

3 *Idam petit.*] Virg. lib. III. verſ. 5.

--- Claſſemque ſub ipſa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

4 *Alexander Epheſius.*] Qui *Lycnus* fuit cognominatus. Hiſtoriam ſcripſit & carmina. Ovidius, Strab. lib. XIV.

SCHOTTUS.

5 *At vero Lucatius.*] Puto *Lutatius* per *t* legendum. Nihil tamen affirmo. Hoc tantum: videri corruptum hoc nomen in Servio, qui Livium falſo citat auctorem proditæ patriæ ab Ænea & Antenore: cum ille diſerte in iis, quæ vulgo exſtant, libris affirmet. in neutrum vetuſto jure hoſpitii & quia pacis, reddendæque Helenæ ſemper auctores fuerant, ſævitum. Ea enim librariorum audacia ſemper fuit, ut quæ ipſi ignorarent in notiora pervenerent, ut *Lutatium* in *Livium*, quod de illo ne fando quidem audiviſſent.

GRUTERUS.

5 Inclinat in *Vulgatius* Sylburgiana conjectura; cujus hominis mentio iterum infra capite decimo. quod ſi admittimus, idem nomen rurſus mutandum capite undecimo. ſed locum ſuum utrobique tueri poſſet *Lutatius*, ut ſit Grammaticus ille de familia Q. Catuli, cujus meminit Suetonius, libello de illuſtribus Grammaticis.

ANNA.

5 Sylburgius abunde refellitur ab iis ſcriptoribus, qui *Lutatii* non minus quam *Vulcatii* meminerunt. Hic autem Q. *Lutatius* diverſus eſt ab illo Q. *Lutatio*, cui cognomen fuit *Catulus*, de quo Cicero in Bruto. Hujus opus *communes hiſtorias* vocat Servius IX. Æneid.

6 *Sed ipſum Æneam.*] Hoc refellit Livius primulo initio lib. I. ut ſupra dictum eſt.

SCHOTTUS.

7 *Cui Julo cognomen.*] Livium & Virgilium ſecutus eundem Aſcanium & Julum fuiſſe dicit, ſic enim Poeta:

Aſcaniuſque puer, cui nunc cognomen Iulo.

f. permiſ. Qua pietate motos Achivorum principes * [8] remiſiſſe ut reverteretur domum, atque inde omnia ſecum quæ vellet, auferret. Itaque eum magnis cum opibus, pluribuſque ſociis utriuſque ſexus a Troja digreſſum, longo mari emenſo per diverſas terrarum oras in Italiam deveniſſe: ac primum Thraciam appulſum, [9] Ænum ex ſuo nomine condidiſſe: 4
Dein cognita [10] Polymneſtoris perfidia ex Polydori nece, inde digreſſum, pervectumque ad inſulam Delum, atque illinc ab eo [11] Laviniam Anii ſacerdotis Apollinis filiam in matrimonium adſcitam, ex 5

Ovidius quoque binominem vocat Aſcanium. Dionyſius tamen, Euſebius, alii rectius Julum Aſcanii filium faciunt. Male Livius Silvium Aſcanii filium appellat, cum eſſet Æneæ poſtuma proles, ut Virgilius VI. Æneid. ait & Servius. Inf. tamen Victor tanquam ſui oblitus, Julum Aſcanii filium nominat.

GRUTERUS.

8 *Remiſiſſe.*] Divinant alii, *permiſiſſe*; at idem omnino notat vox altera, ut pluribus exemplis notificavi in Suſpicionibus.

ANNA.

9 *Ænum ex ſuo nomine.*] *Ænum* oppidum littorale Thraciæ. Ubi ſepultus Polydorus. Sed falſum eſt Æneam *Ænum* urbem condidiſſe. Nec ſi condidiſſet, ab Ænea *Ænus* umquam vocata fuiſſet. Æneas non *Ænum*, ſed *Ainejan* condidit. Quæ diverſa eſt ab *Æno*. Sed utramque Veteres confuderunt. *Ænus* contra Cherroneſon Thracicam in Melane ſinu ad oſtia Hebri fluminis. longe ante Æneam condita, utpote quæ auxilia ad Trojam miſerit, Homero teſte. Callimachus & Euphorion a ſocio Ulyſſis dictam ſcripſere illic ſepulto eo tempore, quo miſſus eſt ad frumenta portanda, ut refert Servius. Hæc *Ænos* in propinquo Polydori tumulum habuit. *Ænea* vero urbs ab Ænea nominata, & ab eodem extructa in Cherroneſo, quæ Pallene vocatur ad Thermæum ſinum, haud longe a Theſſalonica, ut luculenter teſtatur gravis auctor Dionyſius. Græci ſcriptores diſertim diſtinguunt Αἶνον & Αἰνείαν, ut & duas illas peninſulas Thracicas, quarum una ad Melana ſinum; altera ad Thermæum, quæ & Macedonica. Hæc diſcrimina Latini auctores ſtrenue confundunt. Nam Virgilius *Aineadas*, vel *Æneam*, in eo loco condi facit ab Ænea profugo, ubi erat *Ænus*. Et Mela: *Eximia eſt Ænos ab Ænea profugo condita.* Perperam: diverſa enim oppida *Ænus* & *Ænea*. Sed *Æneja* apud Geographos nulla mentio, quia, ut Dionyſius & Strabo teſtantur, cum aliis oppidis vicinis contributa eſt a Caſſandro in nomen Theſſalonicæ, cum ab eo conderetur. *Ænus* vero uſque ad extrema Græciæ tempora permanſit. Plura vide apud Salmaſium Exercitationibus Plinianis.

10 *Polymneſtoris perfidia.*] *Polymneſtor* Thraciæ rex fuit, apud quem Priamus, periclitante Troja, Polydorum filium miſit cum magna auri copia, ut ad meliora fata ſervaretur. Sed capto Ilio *Polymneſtor* eum auri cupiditate trucidavit.

11 *Laviniam Anii Sacerdotis.*] Neſcio quos hic auctores noſter ſequutus

6 ex cujus nomine [12] *Lavinia littora* appellata. Postquam is multa maria permensus, appulsus sit ad Italiæ promontorium, quod est in Bajano, circa Averni lacum; ibique gubernatorem Misenum [13] morbo absumptum, sepultum ab eo: ex cujus nomine [14] urbem Misenon appellatam, ut etiam scribit Cæsar Pontificalium libro I. qui tamen hunc Misenum non gubernatorem, sed tubicinem fuisse tradit. Inde non immerito utramque opinionem sequutus Maro sic intulit:

At pius Æneas ingenti mole sepulcrum
Imponit, suaque arma viro, [15] remumque, tubamque. — *Æneid.* VI. *vers.* 232.

8 QUAMVIS [16] auctore Homero quidam asserant, tubæ usum Trojanis temporibus etiam * tunc ignoratum. — * *f.* tum.

quutus sit, qui Laviniam non Latini regis, sed Anii Sacerdotis filiam facit, eamque in Delo, non in Italia ab Ænea ductam.

12 *Lavinia littora appellata.*] Quidam tamen ea hoc nomen ante Æneæ adventum habuisse contendunt. Vide quæ de ea re Erythræus.

13 *Morbo absumptum.*] Imo: *Indigna morte peremptum*, qui scilicet sub aquis mersus fuit.

14 *Urbem Misenon.*] Montem etiam, Virgilius:

Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo, &c.

Miseni urbis meminit Joseph. XIX. Antiquitatum.

15 *Remumque, tubamque.*] Quod remex & tubicen fuerat. Male qui per *remum* lorum intelligunt, quod continet tubam.

16 *Auctore Homero quidam asserant.*] Tubam priscis ignotam fuisse argumento est, quod cum eam Homerus noverit, nunquam tamen Heroibus tribuat. Eustath. Iliad. VI. p. 1139. editionis Romanæ. Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ὡς οἶδε μὲν ὁ ποιητὴς σάλπιγγας, ἥρωας δὲ οὐκ εἰσάγει χρωμένους αὐτῇ, οὐδὲ εἰδότας. Id est. *Ajunt autem veteres tubam novisse quidem Homerum, Heroas vero neque ea utentes, neque ejus usus peritos inducere.*

CAPUT X.

ARGUMENTUM.

Euxinii sinus appellatio. Æneas Sibyllam adit, deque futuris consulit. Prochytæ insulæ appellatio; & portus Cajetæ. Laurens ora: ubi Æneas cum suis egressus accubuit consumptoque cætero jam cibo, crustam de farreis mensis sacratis comedit.

ADdunt præterea quidam Æneam in eo littore 1
[1] Euxini cujuſdam comitis matrem, [2] ultimo
ætatis affectam, [3] circa ſtagnum, quod eſt inter Mi-
ſenon Avernumque [4] extuliſſe, atque inde loco no-
men inditum, qui [5] etiam nunc Euxinius ſinus di-
citur: cumque comperiſſet ibidem Sibyllam morta-
libus futura præcinere, in oppido quod vocatur [6] Cim-
barionis, veniſſe eo ſciſcitatum de ſtatu fortunarum
ſuarum: aditiſque fatis, vetitum ne is cognitam in
Italia ſepeliret [7] Prochytam, cognatione ſibi conjun-
ctam, quam incolumem reliquerat. Et poſtquam 2
ad claſſem rediit, repperitque mortuam, [8] in inſula
proxima ſepeliſſe, [9] quæ nunc quoque eodem eſt
nomine, ut ſcribunt [10] Vulcatius, & Acilius Piſo.
Inde profectum perveniſſe in eum locum qui nunc 3
Virg. VII. Æn. initio. [11] portus Cajetæ appellatur, [12] ex nomine nutricis
ejus, quam ibidem amiſſam ſepeliit. At vero Cæſar 4
& [13] Sempronius ajunt, Cajetæ cognomen fuiſſe,
non nomen: ex eo ſcilicet inditum, quod ejus con-
ſilio

ANNA.

1 *Euxini cujuſdam.*] De *Euxino* Æneæ comite nil compertum habeo, de eo enim alii ſcriptores tacent.

2 *Ultimo ætatis affectam.*] Id eſt. *Ultima ætate* domitam, ſenectute affectam dixiſſet Cicero.

3 *Circa ſtagnum quod.*] An Lucrinum lacum intelligit?

4 *Extuliſſe.*] Ad ſepulturam, proprie.

5 *Etiam nunc Euxinius ſinus.*] Tamen de *Euxinio ſinu* nil uſquam reperias. Dubitavit Ortelius, num legendum ut, *Auſonius*: quod fieri nequit, niſi etiam ſupra pro *Euxini* legatur *Auſonii*. Quod nemini probabitur.

6 *Cimbarionis.*] Nomen iſtud nullibi apud alios auctores legitur, quare corruptum putavit Ortelius, legendumque *Cimmerium*, quod oppidum juxta lacum Avernum agnoſcit Plinius.

7 *Prochytam.*] De *Prochyta* muliere, Æneæ cognatione conjuncta nil reperire potui.

8 *In inſula proxima.*] In ſinu Puteolano.

9 *Quæ nunc quoque.*] Prochyta, melius alii Prochytam ab effuſione dictam volunt, quippe quæ ab Ænaria ſit profuſa. Græcis προχύτη a προχύω *profundo, effundo.* Vide Plin. lib. III. cap. 6.

10 *Vulcatius.*] Neſcio an is ſit *Vulcatius Terentianus.*

11 *Portus Cajetæ.*] Hodie *Gajeta.*

12 *Ex nomine nutricis.*] Virgil. lib. VII. Æneidos initio.

Tu quoque littoribus noſtris Æneja nutrix
Aeternam moriens famam, Cajeta, dediſti.

13 *Sempronius.*] Sempronius Aſellio, ut puto, qui rerum Romanarum libros ſcripſit. Fuit & alter

silio impulsuque matres Trojanæ tædio longi * navigii classem ibidem incenderint, Græca scilicet ap-
5 pellatione ἀπὸ τοῦ καίειν, quod est incendere. Inde ad eam Italiæ oram, quæ [15] ab arbusto ejusdem generis, Laurens appellata est, Latino regnante, pervectum [16] cum patre Anchise, filioque & cæteris suorum; navibus egressum, in littore accubuisse, comsumptoque quod fuerat cibi, [17] crustam etiam de farreis mensis, quas sacratas secum habebat, comedisse.

* *pro*, navigationis longæ. *Vide Virg.* v. *Æneid.*

alter Sempronius, C. Sempronius Tuditanus dictus, quem hic signari non puto.

14 *Classem ibidem incenderint.*] Virgilius tamen in Sicilia classem incensam dicit, non in Italia, & hortatu Iridis, non Cajetæ.

15 *Ab arbusto ejusdem generis, Laurens.*] Laurens, vel Laurentum a laurea silva. Varr. lib. IV. de L. L. *Laurentum ab eo quod ibi sepultus est T. Tatius rex, qui a Laurentibus interfectus est, ab silva laurea, quod ea ibi excisa, & ædificatus vicus.*

16 *Cum patre Anchise.*] Quem longe ante vita functum tradit Virgilius.

17 *Crustam etiam de farreis mensis, quas sacratas.*] Mensas intellige: quæ ex frumento confectæ Diis Penatibus consecrabantur. Vide Virg. Æneid. lib III. vers. 257. & lib. VII. vers. 114.

CAPUT XI.

ARGUMENTUM.

Anchises inde erroris finem conjicit. Aliud portentum. Lavinium conditum. Aliter de mensis devoratis ex Domitio narratum. Posteris unde traditus mos velandi inter sacrificandum.

1 TUm Anchisa conjiciente illam esse miseriarum errorisque finem; quippe meminerat, [1] Venerem sibi aliquando prædixisse, cum in externo littore esurie compulsi, sacratasque mensas invasissent,
2 illum condendæ sedis [2] fatalem locum fore: [3] Scrofam etiam incientem; quam cum e navi produxissent,

ANNA.

1 *Venerem sibi aliquando.*] Apud num harpyarum una, *Celæno* nomine, hanc famem prædicit lib. III.

2 *Fatalem locum.*] *Fatis* destinatum.

SCHOTTUS.

3 *Scrofam incientem,*] Sic emendavi,

ſent, ut eam immolarent, & ſe miniſtrorum manibus eripuiſſet; recordatum Æneam, quod aliquando ei reſponſum eſſet, urbi condendæ quadrupedem
futuram ducem : [4] Tum ſimulacris Deorum Pena- 3
tium, proſequutum, atque illum, ubi illa procubuit, enixaque eſt porculos triginta, ibidem auſpicatum; * poſtquam [5] Lavinium dixit: ut ſcribit Cæſar lib. I. & Lucatius lib. II.

* ſ poſtque.

davi, pro partui vicinam. In veteri codice *intimentem*, unde *enitentem* primo divinaram. Sed Feſtus Pompejus libro de verborum ſignificatione VII. extremo nos manu duxit. *Gravida eſt*, inquit, *quæ jam gravatur conceptu: Prægnans velut occupata in generando, quod conceperit: Inciens propinqua partui, quod incitatus ſit fœtus ejus.*

ANNA.

4 *Tum ſimulacris Deorum Penatium.*] Hic certe aliquid videtur deſiderari. Saltem horum verborum non alius eſſe ſenſus poteſt quam hic: Porcam etiam parturientem quam cum e navi eduxiſſent ut eam mactarent, & *ea* ſe miniſtrorum manibus ſubtraxiſſet, inſequutum *eſſe* Æneam repetentem quod illi quandoque reſponſum eſſet quadrupedem ducem fore urbi condendæ, tum *etiam monitum* ſimulacris Deorum Penatium, atque eum, ubi illa jacuit, peperitque porculos triginta, ibidem incepiſſe *urbem*, poſtque eam Lavinium vocaviſſe.

GRUTERUS.

5 *Lavinium dixit.*] Aliquid deſit; & legendum, *ibidem urbem auſpicatum, poſtque eam Lavinium*, vel ſimili modo, ut jamdudum annotatum aliis.

CAPUT XII.

ARGUMENTUM.

Quænam referat ſuper his portentis Domitius, quænam Cato, traditum.

AT vero [1] Domitius non orbes farreos, ut ſu- 1
pra dictum eſt, ſed menſarum vice ſumendi cibi gratia apium, cujus maxima erat ibidem copia, fuiſſe ſubſtratum, quod ipſum conſumptis aliis eduliis eos comediſſe: ac poſt ſubinde intellexiſſe illas eſſe menſas, quas illos comeſturos prædictum eſſet.
Cum interim immolata ſue in littore ſacrificium 2
perage

ANNA.

1 *Domitius.*] Hiſtoriam ſcripſit. Grammatici cujuſdam *Domitii* meminit Gellius lib. XVIII. p. Sed dubitari poteſt an idem hic laudatur.

2 *Caput*

peragerer; traditur forte advertiſſe Argivam claſſem,
in qua Ulyxes erat: cumque vereretur ne ab hoste
cognitus periculum ſubiret; itemque rem divinam
interrumpere ſummum nefas duceret, [2] caput vela-
mento obduxiſſe, atque ita pleno ritu ſacra perfe-
ciſſe: inde poſteris [3] traditum morem ita ſacrifican-
3 di, ut ſcribit [4] Marcus Octavius libro I. At vero
Domitius libro I. docet ſorte Apollinis Delphici
monitum Æneam, ut Italiam peteret, ubi duo ma-
ria inveniſſet, prandiumque cum menſis comeſſet,
4 ibi urbem uti conderet. Itaque egreſſum [5] in agrum
Laurentem, cum paullulum e littore proceſſiſſet,
perveniſſe ad duo ſtagna aquæ ſalſæ, vicina inter ſe:
ibique cum ſe laviſſet, ac refectum cibo cum apium
quoque, quod tunc vice menſæ ſubſtratum fuerat,
conſumpſiſſet, exiſtimantem procul dubio illa eſſe
duo maria, quod in illis ſtagnis aquæ marinæ ſpecies
eſſet, menſaſque, quæ erant ex ſtramine apii, com-
eſtas; urbem in eo loco condidiſſe, eamque, [6] quod
in ſtagno laverit, Lavinium cognominaſſe. Tum
deinde a Latino rege Aboriginum, data ei, quæ
5 incoleret, jugera quingenta. At Cato in Origine
generis Romani ita docet: [7] Suem triginta porculos
peperiſſe in eo loco ubi nunc eſt Lavinium: cum-
que Æneas ibi urbem condere conſtituiſſet, propter-
que

2 *Caput velamento obduxiſſe.*] Ex præcepto Heleni Virg. III. Æneid. verſ. 405.

3 *Traditum morem ita ſacrificandi.*] Capite velato Diis omnibus ſacrificabant excepto Saturno & Hercule, quibus capite aperto.

4 *Marcus Octavius.*] Hujus *Octavii* nemo, quod ſciam, meminit præter hujus libelli auctorem, niſi idem ſit *Octavius Herſennius*, qui innotuit libro de Saliaribus Tiburtium ſacris. Quem memorat Macrob. lib. III. Saturnal. cap. ult. Eo ſane inclinare videtur Voſſius.

5 *In agrum Laurentem.*] Vide ſupra.

6 *Quod in ſtagno laverit.*] Supra: *Ibique cum ſe laviſſet.*

SCHOTTUS.

7 *Suem* XXX. *porcos.*] Libet elegans Caſſii fragmentum e Diomede I. Grammat. proferre: *Grundiles lares a grundio antiquo verbo dictos accepimus, quos Romulus conſtituiſſe dicitur in honorem Scrofæ, quæ triginta pepererat porcos. Hoc ita eſſe affirmat Caſſius Hiſt.* II. *Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo præfecerant æqualiter imperio Remum & Romu-*

que agri sterilitatem metueret; [8] per quietem ei visa Deorum Penatum simulacra, adhortantium ut perseveraret in condenda urbe quam cœperat: [9] nam post annos totidem, quot fœtus illius suis essent, Trojanos [10] in loca fertilia atque uberiorem agrum transmigraturos, & [11] urbem clarissimi nominis in Italia condituros.

Romulum, ita ut de regno pares inter se essent, monstrum fit sus: parit porcos triginta, cui rei fecerunt Laribus grundiles. Vide & Nonium Marcellum Grundire.

ANNA.

8 *Per quietem ei visa Deorum Penatum.*] Hæc superioribus lucem dabunt. *Tum simulacris Deorum Penatium.* Ubi vocem *monitum*, vel aliam similem deesse non temere sum suspicata.

9 *Nam post annos totidem.*] Post annos triginta, nam trigesimo anno exacto post conditum Lavinium Albam longam condidit Ascanius.

10 *In loca fertilia.*] Ubi Alba condita.

11 *Urbem.*] Albam.

CAPUT XIII.

ARGUMENTUM.

Latinus adversus Trojanos suas copias educit: sed mox cum eis fœdere contracto Laviniam, Turno antea desponsatam, Ænea in uxorem dat. Amatæ Reginæ interitus. Æneæ & Latini cum Turno bellum, in quo Latinus cadit: Turnus mox vero ab Ænea interemptus.

IGitur Latinum Aboriginum regem, cum ei nuntiatum esset, multitudinem advenarum classe advectam, occupavisse agrum Laurentem: adversum subitos inopinatosque hostes incunctanter suas copias eduxisse: Ac prius quam signum dimicandi daret, animadvertisse Trojanos militariter instructos: cum sui lapidibus ac sudibus armati, tum etiam veste aut pellibus, quæ eis integumento erant, [1] sinistris manibus involutis, processissent: itaque suspenso certamine, [2] per colloquium inquisito, qui essent, quid-

1 (margin, beside "IGitur … nun-")
2 (margin, beside "eduxisse: … daret,")

e

ANNA.

1 *Sinistris manibus involutis.*] Scilicet ut pelles illæ sibi essent pro clypeis.

GRUTERUS.

2 *Per colloquium inquisito.* Sic recte habet locus, ut sit ablativus absolutus; cum *inquisisset per colloquium.*

ve peterent: utpote qui in hoc conſilium auctoritate numinum cogebatur: [3] namque extis ac ſomniis ſæpe ammonitus erat, tutiorem ſe adverſum hoſtes fore, ſi copias ſuas cum advenis conjunxiſſet. Cum-
3 que cognoviſſet Æneam & Anchiſen bello * patrio * ſ. patria.
pulſos, cum ſimulacris Deorum errantes ſedem quærere; amicitiam fœdere iniſſe, dato invicem jurejurando, ut [4] communes quoque hoſtes, amicoſve ha-
4 berent. Itaque cœptum a Trojanis muniri locum, quem Æneas ex nomine uxoris ſuæ, Latini Regis filiæ, quæ jam ante deſponſata [5] Turno Herdonio
5 fuerat, Lavinium cognominavit: [6] At vero Amatam Latini Regis uxorem, cum indignè ferret, Laviniam, repudiato Turno [7] conſobrino ſuo, Trojano advenæ collocatam, Turnum ad arma concitaviſſe, eumque mox coacto [8] Rutulorum exercitu, tetendiſſe in agrum Laurentem, & adverſus eum Latinum pariter cum Ænea progreſſum, inter prælian-
6 tes circumventum occiſumque. Nec tamen amiſſo ſocero Æneas Rutulis obſiſtere deſiit, namque &
7 Turnum interemit. Hoſtibus fuſis fugatiſque victor, Lavinium ſe cum ſuis recepit, conſenſuque omnium Latinorum Rex declaratus eſt: ut ſcribit [9] Luca-

quium. itaque minime opus aliorum, *inquiſiiſſe.*

ANNA.

3 *Namque extis ac ſomniis.*] Fauni patris oraculis & augurum reſponſis. Vide Virg. lib. VII. v. 254.

Et veteris Fauni volvit ſub pectore ſortem.

GRUTERUS.

4 *Communes.*] Nec heic quidquam mutandum cum Sylburgio. vox enim *communes* ſatis indicat de utraque parte intelligendum. S[illegible] & Livius libro XXIX. cap. 23. *So[illegible]eta[illegible] int[illegible] populum Carthaginenſi[illegible] Reg[illegible]nque, data ultro citroque fide[illegible] dem amicos inimicoſque habi[illegible]os, jurejurando adfirmatur.*

ANNA.

5 *Turno Herdonio.*] Ab *Herdonia* Apuliæ urbe.

6 *At vero Amatam.*] Vide Virg. VII. v. 241.

SCHOTTUS.

6 Sic & Virgo Veſtalis a Pontifice Maximo capta appellari ſolet, quoniam, quæ prima capta eſt, hoc nomine fuiſſe traditum eſt. Agellius lib. I. c. 12. Noctium Atticarum.

ANNA.

7 *Conſobrino ſuo.*] Hoc eſt ſororis ſuæ filio: Turnus enim Veniliæ, quæ Amatæ ſoror erat, filius fuit.

8 *Rutulorum.*] *Rutuli* populi in Latio, qui & Dauni dicti.

9 *Lu-*

[9] Lucatius lib. III. Piso quidem Turnum [10] matruelem Amatæ fuisse tradit : interfect[illegible] L[illegible]ino, [11] mortem ipsam sibimet conscivis[illegible].

9 *Lucatius.*] Qui & *Lutatius* supra.
10 *Matruelem.*] *Matruelis* ex matris fratre natus.
11 *Mor[illegible]em ipsam sibimet.*] Laqueo vi[illegible]m finivit. Virg. XII.

CAPUT XIV.

ARGUMENTUM.

Æneas rerum potitus Rutulos bello persequi instituit, qui sibi auxilium Regis adsciscunt Mezentii. Æneæ apotheosis. Post eum Rex appellatus filius ejus Ascanius, qui & Euryleo.

IGitur Æneam, occiso Turno rerum potitum, 1
cum adhuc irarum memor Rutulos bello persequi instituisset, illos sibi ex Etruria auxilium [1] Mezentii Regis Agillæorum adscivisse, ac imploravisse, pollicitos, si victoria parta foret, omnia quæ Latinorum essent, Mezentio cessura. Tunc Æneam, 2
quod copiis inferior erat, multis rebus, quæ necessario tuendæ erant, in urbem comportatis, castra sub Lavinio collocasse: præpositoque his filio [2] Euryleone, ipsum electo ad dimicandum tempore, copias in aciem produxisse, [3] circa * Numici fluminis stagnum : ubi cum acerrime dimicaretur, subitis turbinibus infuscato aëre, repente cœlo tantum imbrium

* *al.* Numicii.

SCHOTTUS.

1 *Mezentii Regis Agillæorum.*] Livius : *Ad Mezentium Etruscorum Regem confugiunt, qui Cære opulento tum oppido imperitans,* &c. Urbs enim eadem *Agilla* a Catone & *Cære*, facta voce de χαῖρε appellabatur, teste Servio in VIII. Æneidos, qui historiam narrat, ut & Strabo. Hinc Cæritum tabulæ, de quibus Agellius libr. XVI. 13. & Asconius in Divinationem. Unde colligere est, aut aliter olim diphthongum *Ai* pronuntiari solitam; aut non recte hodie Græcæ linguæ pronuntiationem restitui, ut literæ, quæ scribuntur, eædem omnes clare distincteque efferantur : quod tamen probo : non recte enim *æ* cum *e* sono confunditur.

ANNA.

2 *Euryleone.*] Ascanio, qui & *Euryleon* dicebatur. Infra *Ascanius* idem *qui Euryleo*; quamqu[illegible]m hujus Ascanii nominis [illegible]mo qu[illegible]d sciam meminit.

SCHOTTUS.

3 *Circa Numici*] *Numicii* [illegible]ibendum

imbrium effusum tonitrubus etiam consequutis, flammarumque fulgoribus, ut omnium non oculi modo [4] præstinguerentur, verum etiam mentes quoque confusæ essent: [5] cumque universos utriusque partis dirimendi prælia cupiditas inesset, nihilominus in illa tempestatis subitæ confusione interceptum Æneam,
3 nusquam deinde comparuisse. Traditur autem non proviso, quod propinquus flumini esset, ripa depulsus, forte in fluvium decidisse, atque ita prælium diremptum: dein post [7] apertis fugatisque nubibus cum serena facies effulsisset; creditum est vivum eum
4 cœlo adsumptum. Idemque tamen post ab Ascanio, & quibusdam aliis visus affirmatur super Numici ripam, eo habitu armisque quibus in prælium processerat. Quæ res immortalitatis ejus famam confirmavit. Itaque illi eo loco templum consecratum, ap-
5 pellarique placuit [8] Patrem indigetem. Dein filius ejus

bendum hic, & post paullo videtur. *Numicius* enim a Plinio libro III. cap. 5. & Ovid. Metamorph. fluvius ille vocatur. Ab Halicarnasseo ποταμὸς Νομίκιος, cujus mediam syllabam *mi* Horatius Epist. 1. 18. 20. præter Grammaticorum legem corripuit, quam alibi idem extendit.

Brundisium Numici melius via ducat an Appi.

ANNA.

4 *Præstinguerentur.*] Hoc est, obscurarentur, a *præ* & *stinguo*; male vero qui *præstinguere* confundunt cum *perstringere*. Istud enim longe aliud notat.

SCHOTTUS.

4 Proprietatis credo ignoratione exsulavit hæc vox hactenus, nunc a variis in veterem possessionem ex Asconio restituta. Lucret.

Præstinxit stellas exortus uti ætherius sol.

ANNA.

5 *Cumque universos.*] Certe legam *universis*: neque enim dicitur *me inest*. Quod si *universos* retineas, necessario legendum *incesset*, quod est *incessisset*, quod Sylburgio & Grutero video placuisse. Tamen cum veteres dixerint *illum instat magnum exitium*, amplius deliberandum est, num etiam *universos inest cupiditas*, &c. dicere potuerunt.

6 *Non proviso.*] Ablativus absolutus, ut supra *per colloquium inquisito*.

7 *Apertis fugatisque.*] *Apertis*, quia dum *fugantur* nubes, eæ quodammodo videntur *aperiri*.

SCHOTTUS.

8 *Patrem indigetem.*] Qui *indigetes* dii dicantur, Servius in duodecimo Æneidos & Sext. Pompejus.

ANNA.

8 *Indigetes*, qui ex hominibus Dii facti sunt ab *indigitando*, hoc est, invocando, quod cum cæteris Diis invocentur. Vel *Indigetes* sunt, qui certum aliquem locum colunt, ab *indu*, hoc est, in, & ago, dego, maneo. Idque verum est. Æneas enim non solum

Pater

ejus Aſcanius, idem qui Euryleo, omnium Latinorum judicio Rex appellatus.

Pater indiges, ſed Pater Deus *indiges* dictus. Quod probat τὸ *indiges* eſſe adjectivum, & *indigetem* eſſe quaſi incolam. Quare Dionyſius nomen iſtud Æneæ ita Græce interpretatus [illegible], πατὴρ θεὸς χθόνιος. Eſt ergo *indiges*, χθόνιος, ἐπιχώριος, indigena. *Indigetes* Dii topici [illegible] locales, qui ad alias regiones nunquam tranſeunt.

CAPUT XV.

ARGUMENTUM.

Mezentius a Latinis fugatus, Lauſo filio ejus interfecto. Cum Mezentio dein ſocietas inita. Aſcanii inſignis virtus: unde Jobus, & poſtea Julus appellatus.

IGitur ſummam imperii Latinorum adeptus Aſca- 1
nius, cum continuis præliis Mezentium perſequi
inſtituiſſet, filius ejus Lauſus collem Laviniæ ar-
cis occupavit. Cumque id oppidum circumfuſis 2
omnibus copiis Regis teneretur, Latini legatos ad
Mezentium miſerunt ſciſcitatum, qua conditione in
deditionem eos accipere vellet: cumque ille inter
alia oneroſa illud quoque adjiceret, ut omne vinum
agri Latini aliquot annis ſibi inferretur; conſilio at-
que auctoritate Aſcanii placuit ob libertatem mori
potius, quam illo modo ſervitutem ſubire. [1] Ita- 3
que vino ex omni vindemia Jovi publice voto, conſe-
cratoque, Latini urbe eruperunt; fuſoque præſidio,
interfectoque Lauſo, Mezentium fugam facere coë-
gerunt. Is poſtea per legatos amicitiam ſocietatem- 4
que Latinorum impetravit; ut docet [2] Lucius Cæſar
lib.

ANNA.

1 *Itaque vino ex omni vindemia Jovi.*] Hinc Feſtus Pompejus. *Ruſtica vinalia appellantur menſe Auguſto quarto decimo Kalendas Septembris Jovis dies feſtus, quia Latini bellum gerentes adverſus Mezentium omnis vini libationem ei Deo dedicarunt.*

SCHOTTUS.

2 *Lucius Cæſar.*] Poſt paullo *Cajus Cæſar*, & infra *Julius* nominatur: quare vereor, ut recte habeat ſcripta lectio, legendumq; [illegible] ſit *Julius Cæſar.* Cert[illegible] procli[illegible] is error, traductis nonni[illegible] lit[illegible] is pæne iiſdem. Et vero C. J[illegible] [illegible] Cæſarem Auguralium libros [illegible] [illegible]pſiſſ[illegible]

lib. I. Itemque [3] Aulus Posthumius in eo volumine, quod de adventu Æneæ conscripsit atque * dedit. * *f.* edidit.
5 Igitur Latini Ascanium ob insignem virtutem non solum Jove ortum crediderunt, sed etiam per diminutionem, declinato paullulum nomine, primo Jobum, [4] dein postea Julum appellarunt: a quo [5] Julia * filia manavit; ut scribunt Cæsar libro II. & Cato in Originibus. *f. familia.

psisse inter doctos convenit, laudatos a Prisciano lib. VI. & VIII. Gram. Auspiciorum sextum decimum Macrobius I. Saturn. citat, & Pontificalium libros auctor noster sup. quos, licet non nominet, perpetuo citari puto.

ANNA.

3 *Aulus Posthumius.*] *A. Posthumius* Albinus, qui Consul fuit cum L. Licinio Lucullo. Historiam Græcam scripsit, & Annales Latinos, quos laudat Macrob. lib. II. Saturnal. cap. 16.

4 *Dein postea Julum.*] Alii a prima barbæ lanugine *Julum* dictum tradunt, quæ Græce ἴουλος, cum is Mezentium in singulari certamine occidisset. Cato apud Servium.

GRUTERUS.

5 *Julia filia.*] Procul dubio reponendum, *Julia familia.*

CAPUT XVI.

ARGUMENTUM.

Lavinia metu Ascanii in silvam profugit, ubi parit Silvium. Ascanii apud Latinos invidia, quasi Laviniam necasset: cujus tandem reditu, populo reconciliatur. Paullo aliter de his ex aliis narratum.

1 INterim Lavinia ab Ænea gravida relicta, metu, veluti insequuturi se Ascanii, in silvam profugit, ad magistrum patrii pecoris, [1] Tyrrhum, ibi- * *al.* Tyrrhenum.
que enixa est puerum, qui [2] a loci qualitate Silvius
2 est dictus. At vero vulgus Latinorum existimans clam ab Ascanio interfectam, magnam ei invidiam conflaverat, usque eo, ut armis quoque ei vim de-
3 nuntiaret. Tum Ascanius jurejurando se purgans, cum

ANNA.

1 *Tyrrhum.*] *Tyrrhenum* vocat Dionysius, qui hanc historiam narrat.

2 *A loci qualitate Silvius.*] Liv. lib. I. *Silvius deinde regnat Ascanii filius, casu quodam in silvis natus.* Ubi *Silvium* Ascanii, non Æneæ filium facit. Cum nostro consentiunt Dionysius, Eusebius, Servius, qui Æneæ filium dicunt.

3 *Sex-*

cum nihil apud eos proficeret, petita dilatione ad inquirendum, iram præsentem vulgi aliquantulum fregit; pollicitusque est, se ingentibus præmiis cumulaturum eum, qui sibi Laviniam investigasset: mox recuperatam cum filio in urbem Lavinium reduxit, dilexitque honore materno. Quæ res rur- 4
sum ei magnum favorem populi conciliavit, ut scribunt Cajus Cæsar, & [3] Sextus Gellius in Origine gentis Romanæ. At vero alii tradunt, quod cum 5
Ascanius ab universo populo ad restituendam Laviniam cogeretur, juraretque se neque interemisse, neque scire ubi esset, Tyrrhum petito silentio in illa concionis frequentia professum indicium, si sibi, Laviniæque, pueroque ex ea nato fides incolumitatis daretur; tumque eum accepta fide Laviniam in urbem cum filio reduxisse.

3 *Sextus Gellius.*] Hujus nemo alius meminit: forsan non *Sextus*, sed *Cnæus Gellius* legendum sit, qui annales scripsit, & memoratur Gellio, Dionysio, Vopisco, Macrobio, Prisciano.

CAPUT XVII.

ARGUMENTUM.

Alba Longa condita. Ascanii obitus. Contentio inter Julum ejus filium, & Silvium posthumum Æneæ filium, de imperio, quod obtinet Silvius. Cujus posteros Silvios Albæ regnasse, usque ad conditam Romam. Coloniæ deductæ regnante Latino Silvio.

POst hæc Ascanius completis in Lavinio triginta 1
annis, recordatus novæ urbis condendæ tempus advenisse ex numero porcorum, quos pepererat sus alba, circumspectis diligenter finitimis regionibus, speculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe, quæ in eo condita est, [1] Albanus nuncupatur, civitatem

ANNA.

1 *Albanus nuncupatur.*] Liv. lib. 1. *Novam ipse aliam* (urbem) *sub Albano monte condidit, quæ a situ porrectæ in dorso urbis Longa Alba appellata.*

2 Nesci

civitatem communit: eamque ex forma, quod ita in longu pe.. est, Longam; ex colore suis Albam
2 cognominavit. C.mque illuc simulacra Deorum Penatium transtulisse ; postridie apud Lavinium apparuerunt: rursusque lata Albam, appositisque custodibus [2] nescio * quantis, se Lavinium in pristinam * quat's. f. quatenus.
3 sedem identidem receperunt. Itaque tertio nemo ausus est amovere ea, ut scriptum est in Annali Ponti-
4 ficum lib. IV. Cincii & Cæsaris II. Tuberonis I. At Ascanius postquam excessisset e vita, [3] inter Iulum filium ejus, & Silvium [4] Postumum, qui ex Lavinia genitus erat, de obtinendo imperio orta contentio est, cum dubitaretur an Æneæ filius, an nepos potior esset; permissa disceptatione ejus rei * ab universis Rex * f. deest plebi, vel, nobilibus.
5 Silvius declaratus est. [5] Ejusdem posteri omnes cognomento Silvii, usque ad conditam Romam, Albæ regnaverunt: ut est scriptum Annalium Pontificalium
6 lib. IV. Igitur regnante [6] Latino Silvio [7] coloniæ deductæ sunt [8] Præneste, [9] Tibur, [10] Gabii, [11] Tusculum, [12] Cora, [13] Pometia, [14] Locri, [15] Crustumium, [16] Ca-

GRUTERUS.

2 *Nescio quantis.*] Malim *nescio quomodo*, sed id nimis divertit a characteribus & pronuntiatione vocis alterius. quare verius Schottus, *nescio quatenus*, ex veteri scriptura, quæ habebat, *quat's*. verum neque id satis adhuc facit.

ANNA.

2 *Nescio quantis.*) Puerile est. Forsan *nescio queis*.

3 *Inter Julum.*] Idem Dionysius.

4 *Postumum.*] *Postumi* dicuntur, qui mortuo patre nascuntur, & qui post factum testamentum. Item *postumus*, qui post alios omnes liberos ultimus natus est.

5 *Ejusdem posteri.*] Liv. lib. I. *Mansit Silviis postea omnibus cognomen qui Albæ regnarunt.*

6 *Latino Silvio.*] *Ab eo* (Latino Silvio) *coloniæ aliquot deductæ.* Liv. lib.

SCHOTTUS.

7 *Coloniæ deductæ.*] qui *prisci Latini* dicti sunt, inquit Livius. de Præneste & Pometia dixi in Notis Illustrium.

ANNA.

8 *Præneste.*] Latii urbs mediterranea, hodie *Pilastrina*.

9 *Tibur.*] Latii urbs ad Anienem, hodie *Tivoli*.

10 *Gabii.*] Inter Romam & Præneste.

11 *Tusculum.*] Latii urbs.

12 *Cora.*] Volscorum urbs.

13 *Pometia.*] Latii urbs non longe a foro Appii.

14 *Locri.*] In Brutiis.

15 *Crustumium.*] Vel *Crustumerium* in Latio.

16 *Camena.*] *Camenam* urbem ignorant Geographi: legebat Ortelius *Capena*, quæ Tusciæ urbs est

[16] Camena, [17] Ronillæ, cæteraque oppida circumquaque.

GRUTERUS.

17 *Ronillæ.*] Potius locum heic habuerit, *B villæ*, ut jam indicavit optimus v. rorum Sylburgius.

CAPUT XVIII.

ARGUMENTUM.

Post hunc Rex Tiberius Silvius. Tiberis appellatio. Inde Aremulus Silvius, ejusque superbia & pœna. Post quem Rex Aventinus Silvius: a cujus sepultura Aventinus mons appellatus.

* *al.* Tiberinus.

* *alii* Remulum *appellant*. Romulum *Livius.*

POst eum regnavit [1] Tiberius * Silvius, Silvii fi- 1
lius. Qui cum adversus finitimos bellum inferentes copias eduxisset, inter præliantes depulsus in Albulam flumen, deperiit; [2] mutandique nominis exstitit causa: ut scribunt [3] Lucius Cincius lib. I. Lu-
catius lib. III. Post eum regnavit * [4] Aremulus Sil- 2
vius, qui tantæ superbiæ non adversum homines modo, sed etiam Deos fuisse traditur, ut prædicaret se superiorem esse ipso Jove; ac tonante cœlo militibus imperaret, ut telis clypeos quaterent: dictaretque cla-
riorem sonum se facere. Qui tamen præsenti affectus 3
est pœna; [5] nam fulmine ictus, ruptusque turbine in Albanum lacum præcipitatus est; ut scriptum est Annalium Lib. VI. & Epitomarum [6] Pisonis II.

[7] Aufi

ANNA.

1 *Tiberius Silvius.*] Lege *Tiberinus Silvius.* Is autem Calpeti filius fuit.

2 *Mutandique nominis.*] Nam postea Tiberis vocatus fuit. Liv. lib. I. Ovid. IV. Fastorum & XIV. Metamorphoseon, & alii.

3 *Lucius Cincius.*] *L. Cincius* Alimentus. Cujus sæpe meminit Livius. Eumque *maximum auctorem* vocat. Multa scripsit. Historias, libros de re militari, Fastos. Quos hic signari suspicor.

4 *Aremulus Silvius.*] Hunc Livius & Messala Corvinus *Romulum* appellant, *Remulum* Ovidius, Cassiodorus & Orosius *Aremulum.* Is Agrippæ Silvii filius fuit, Alladius vocatur Dionysio, quem Fasti sequuntur.

5 *Nam fulmine ictus.*] Ovidius, Dionysius, Eusebius, Cassiodorus anno captæ Trojæ CCCXXX. regni sui XIX.

6 *Pisonis.*] Is fuit L. Calpurnius *Piso*, qui *Frugi* dictus est. Annales reliquit, quos *exiliter scriptos* dicit Cicero.

7 Au

4 [7] Aufidius ſane in Epitomis, & [8] Domitius lib. I. non [illegible]ctum, ſed terræ motu prolapſum, ſi-
5 mul cum eo regiam in Albanum lacum tradunt. Poſt illum regnavit Aventinus Silvius: iſque finitimis bellum inferentibus in dimicando circumventus, ab hoſtibus proſtratus eſt, ac ſepultus circa radices montis, cui ex ſe nomen dedit; ut ſcribit Julius Cæſar lib. II.

7 *Aufidius.*] An *Baſſus Aufidius*, vel *Aufidius Modeſtus?* dubito. Hic inter Grammaticos, ille vero inter hiſtoricos refertur.

8 *Domitius.*] Jam ſupra.

9 *Aventinus Silvius.*] Decimus tertius Latinorum Rex. Monti, quo ſepultus, *Aventino* nomen impoſuit. Livius, Ovidius, Varro, & alii. Regnavit annis XXXVII.

CAPUT XIX.

ARGUMENTUM.

Ab hoc Silvius Procas Rex. Filii ejus Numitor, & Amulius. Amulius regnum obtinet. De Rhea Silvia, natiſque Romulo & Remo.

1 POſt eum [1] Silvius Procas Rex Albanorum, duos filios Numitorem & Amulium æquis partibus
2 hæredes inſtituit. Tum Amulius in una parte regnum tantummodo, in altera totius patrimonii ſummam, atque omnem paternorum bonorum ſubſtantiam poſuit, fratrique Numitori, qui major natu erat, o-
3 ptionem dedit, ut ex his, utrum mallet, eligeret. Numitor cum privatum omne cum facultatibus regno
4 prætuliſſet; Amulius regnum obtinuit: Quod ut firmiſſime poſſideret, Numitoris [2] fratris ſui filium in venando interimendum curavit: Tum etiam Rheam Silviam ejus ſororem [3] ſacerdotem Veſtæ fieri juſſit, ſimu-

ANNA.

1 *Silvius Procas.*] Regnavit annis XXIII.

SCHOTTUS.

Fratris ſui filium.] *Egeſtum* Halicarnaſſeus, Plutarchus *Ænitum* in [illegible] num. 69. Eutropius *Sergeſtum* appellat, alii etiam *Lauſum*.

ANNA.

3 *Sacerdotem Veſtæ fieri juſſit.*] Non tantum ſacerdotem Veſtæ fieri juſſit, ſed & Veſtæ ſacerdotio præfecit, ut optime infra in Viris Illuſtribus in Proca. Locum adi.

ſimulato ſomnio, quo ammonitus ab eadem Dea eſſet,
ut id fieret: cum re vera ita faciundum ſibi exiſtima-
ret, periculoſum ducens, ne quis ex ea naſceretur,
qui avitas perſequeretur injurias: ut ſcribit [4] Valerius
Antias lib. 1. At vero [5] Marcus Octavius, & Lici- 5
nius Macer tradunt Amulium patruum Rheæ ſacerdo-
tis, amore ejus captum, nubilo cœlo obſcuroque aë-
re, cum primum illuceſcere cœpiſſet, in uſum ſa-
crorum aquam petenti inſidiatum, in luco Martis
compreſſiſſe eam: tum exactis menſibus geminos edi-
tos. Quod cum comperiſſet, celandi facti gratia per 6
ſcelus concepti, [6] necari juſſit ſacerdotem; partum
ſibi exhiberi: Tumque Numitorem ſpe futurorum, 7
quod hi, ſi adoleviſſent, injuriarum ſuarum quando-
que ultores futuri eſſent, alios pro eis ſubdidiſſe, il-
loſque ſuos veros nepotes Fauſtulo paſtorum magiſtro
dediſſe nutriendos.

4 *Valerius Antias.*] Vide notata in argumento.

5 *Marcus Octavius, & Licinius Macer.*] Jam ſupra.

SCHOTTUS.

6 *Necari juſſit ſacerdotem.*] Quidam vivam humi defoſſam ajunt, ut Veſtales delinquentes ſolent. Vide Plutarch. probl. 96.

CAPUT XX.

ARGUMENTUM.

Alia ex aliis de Romuli & Remi nativitate & educatione narratio. Lupus & picus unde in tutela Martis. Arbor Ruminalis.

AT vero [1] Fabius Pictor lib. 1. & [2] Vennonius
[3] ſolito inſtitutoque egreſſam virginem, in uſum 1
ſacrorum aquam petitum ex eo fonte, qui erat in luco
Martis,

ANNA.

1 *Fabius Pictor.*] De quo ſupra.

2 *Vennonius.*] Male *Vennonius*, qui *Venonius* dicendus eſt. Eſt enim id nomen a *Venox* factum, ut optime Voſſius: hujus non ſemel meminit Cicero.

3 *Solito inſtitutoque.*] Non ſolum *ſolito egreſſam* Veſtalem dicit, ſed etiam *inſtituto*. Ubi morem & ritum notat. Vid. Plutarchum. Ovid. III. Faſt.

Sacra lavaturas mane petebat aquas.

De Silvia.

Martis, ſubito imbribus tonitrubuſque, quæ cum illa erant, [illegible]ctis, a Marte compreſſam, conturbatamque; mox recreatam conſolatione Dei, nomen ſuum indicantis, affirmantiſque ex ea natos dignos pa-
2 tre evaſuros. Primum igitur Amulius Rex, ut comperit Rheam Silviam ſacerdotem peperiſſe geminos, protinus imperavit deportari [4] ad aquam profluentem,
3 atque eo abjici. Tum illi, quibus id imperatum erat, [5] impoſitos alveo pueros, circa radices montis Palatii in Tiberim, qui tum [6] magnis imbribus ſtagnaverat, abjecerunt: ejuſque regionis ſubulcus Fauſtulus, ſpeculatus exponentes, ut vidit relabente flumine alveum, in quo pueri erant, obhæſiſſe ad arborem fici, puerorumque vagitu lupam excitam, quæ repente exierat; primo lambitu eos deterſiſſe, dein levandorum uberum gratia mammas præbuiſſe; deſcendit ac ſuſtulit, nutriendoſque [7] Accæ Larentiæ uxori ſuæ dedit:
4 ut ſcribunt [8] Ennius lib. I. & Cæſar II. [9] Addunt quidam Fauſtulo inſpectante, picum quoque advolaſſe, & ore pleno cibum pueris ingeſſiſſe: inde videli-

cet

4 *Ad aquam profluentem.*] *Pueros in profluentem aquam mitti jubet.* Liv. lib. I. *In profluentem* Florus.

SCHOTTUS.

5 *Impoſitos alveo pueros.*] Livius *fluitante alveo expoſitos* pueros dicit, quem pro navigio rudi capit Gyraldus, nam Plutarch. in Romulo ſcapham vocat.

ANNA.

6 *Magnis imbribus ſtagnaverat.*] Hoc eſt, propter *magnos imbres* quietus factus erat & placidus, ut ſolet. Et hoc explicat Liv. lib. I. *Forte quadam divinitus ſuper ripas Tiberis effuſus lenibus ſtagnis, nec adiri uſquam ad juſti curſum poterat amnis: & poſſe quamvis languida mergi aqua infantes, ſpem ferentibus dabat.*

SCHOTTUS.

Accæ Larentiæ.] In MSS. connter *Accelerantiæ*: emendavi *Accæ Larentiæ* tranſpoſitis literis, quod propius abeſt a ſcripta lectione, quam quod in vulgatis fere *Accæ Laurentiæ.*

ANNA.

7 Optime. Nam Faſti ELAR. NP. *Larentinalia Neſaſtus primo.*

8 *Ennius lib. I.*] Quinctus *Ennius* Poëta celebris, qui Annales ſcripſit & Satyras, quorum fragmenta tantum ſuperſunt. Periere etiam quæ huc pertinebant. In ſerie tamen ejus Annalium ex hoc loco Paullus Merula hoc quaſi genuinum Ennii fragmentum reponit. *Acca Larentia.*

9 *Addunt quidam.*] Ovid. III. Faſt.

Lacte quis infantes neſcit creviſſe ferino,
Et picum expoſitis ſæpe tuliſſe cibos.

Vide Plutarchum in vita Romuli.

cet lupum picumque Martiæ tutelæ eſſe: arborem quoque illam, [10] Ruminalem dictam, ci pueri abjecti erant; quod ejus ſub umbra pecus acquieſcens meridie [11] ruminare ſit ſolitun

SCHOTTUS.

10 *Ruminalem dictam.*] Hujus fici meminit Cor. Tacitus XIII. Annali extremo. De Lupa eadem in Euſebii Chronicis leguntur.

ANNA.

11 *Ruminare ſit ſolitum.*] Melius Varr apud Feſtum. *Ruminalis ficus dicta, quod ſub ea arbore lupa mammam dedi Remo & Romulo. Mamma autem rumis dicitur, unde & ruſtici appellant hœdos ſubrumos, qui adhuc ſub mammis habentur.*

CAPUT XXI.

ARGUMENTUM.

Aliter iterum de Romulo & Remo relatum. Lupanaria unde dicta. Amulii cædes. Romulus & Remus unde dicti.

AT vero [1] Valerius tradit, pueros ex Rhea Sil- 1
via natos Amulium Regem Fauſtulo ſervo ne-
candos dediſſe: ſed eum a Numitore exoratum ne pue-
ri necarentur, Accæ Larentiæ amicæ ſuæ nutriendos
dediſſe: quam mulierem, eo quod pretio corpus eſſet
vulgare ſolita, [2] lupam dictam. Notum quippe ita 2
appellari mulieres quæſtum corpore facientes: unde
& ejuſmodi loci, in quibus hæ conſiſtunt, lupanaria
dicta. Cum vero pueri liberalis diſciplinæ capaces fa- 3
cti eſſent, Gabiis [3] Græcarum Latinarumque litera-
rum ediſcendarum gratia commoratos; Numitore avo
clam omnia ſubminiſtrante. Itaque ut primum ado- 4
leviſſent, Romulum indicio educatoris Fauſtuli com-
perto, qui ſibi avus, quæ mater fuiſſet, quidque de
ea factum eſſet; cum armatis paſtoribus Albam proti-
nus perrexiſſe, interfectoque Amulio Numitorem
avum

ANNA.

1 *Valerius.*] *Valerius* Antias, ſupra.

2 *Lupam dictam*] Liv. lib. 1. *Sunt qui Larentiam vulgato corpore lupam inter paſtores vocatam putent, inde locum fabulæ ac miraculo datum.*

3 *Græcarum Latinarumque literarum.*] Contra alii ſcriptores eos in montibus educatos tradunt. Vid. Liv. lib. 1. cap. 4.

4 *Re-*

avum in regnum restitutum: Romulum autem a virium magnitudine appellatum; nam Græca lingua ῥώμην virtutem dici certum est: Alterum vero Remum dictum, videlicet a tarditate; quippe talis naturæ homines ab antiquis [4] remores dicti.

4 *Remores dicti.*] A remorando. Inde & aves *remores* dictæ, quæ impediebant, remorabantur.

CAPUT XXII.

ARGUMENTUM.

Lupercal. Fabii. Quintilii. Quomodo Amulius fuerit oppressus, ex libro Pontificalium. Manipulares unde dicti.

1 IGitur actis, quæ supra diximus, re divina facta eo in loco, qui nunc [1] Lupercal dicitur, [2] ludibundi discurrerant, [3] pellibus hostiarum occursantes quosque sibimet verberantes: utque [4] sollemne sacrificium sibi, posterisque id esset, sanxerunt, separatimque suos appellaverunt, [5] Remus Fabios; Romulus Quintilios: quorum utrumque nomen etiamnum [6] in
2 sacris manet. At vero lib. II. Pontificalium proditur, missos ab Amulio, qui Remum pecorum pastorem attraherent: cum non auderent ei vim afferre, opportunum tempus sibi ad insidiandum nactos, quod tum Romulus aberat, genus lusus simulasse, quinam eorum manibus post terga ligatis, [7] lapidem, quo lana pensitari

ANNA.

1 *Lupercal dicitur.*] In colle Palatino.

2 *Ludibundi discurrerant.*] Luperci nudi per jocum & lasciviam discurrentes obvios quosque caprinis pellibus terrebant.

3 *Pellibus hostiarum.*] Caprarum, nam iis Fauno faciebant.

4 *Sollemne.*] Scribo *Sollenne*, id est, annuum. Tibullus.

Hoc sollenne sacrum, cunctos hoc sumet in annos.

5 *Remus Fabios; Romulus Quintilios.*] Vid. Ovid. lib. II. 3. *Julios* de suo nomine addidit Julius Cæsar. Dio lib. XLIV.

6 *In sacris manet.*] Romani enim in sacris nomina quædam dicis causa solebant proferre, in nuptiis *Caiam Cæciliam & Talassionem*, in Vestali capienda *Amatam*, in Saliari carmine *Luciam Volumniam & Mamurium Veturium*, sic in Lupercalibus *Fabios & Quintilios*.

7 *Lapidem.*] *Lapidibus* enim Veteres ad ponderandum utebantur, ut ex libris sacris notum est, & ita hodieque quibusdam in locis rustici.

pensitari solebat, mordicus sublatum, quam longissime perferret. Tum Remum fiducia virium & Aventinum usque se perlaturum spopondisse : [8] dein postquam vinciri se passus est, Albam obstractum. Quod postquam Romulus comperisset, oacta pastorum manu, [9] eaque in centenos homines distributa ; [10] perticas manipulis fœni varie formatis in summo junctas, dedisse : quo facilius eo signo suum quisque ducem sequeretur. Unde institutum, ut postea milites, qui ejusdem signi essent, manipulares dicerentur. Itaque ab eo oppresso Amulio, fratrem vinculis liberatum, avum regno restitutum.

3 (me perferret) · 4 (quam vinciri) · 5 (sequeretur) · 6 (ejusdem)

8 *Dein postquam vinciri.*] Livius narrat Remo & Romulo Lupercalibus deditis latrones ob iram prædæ amissæ insidiatos, Romulum se vi defendisse, Remum captum & Amulio Regi traditum.

SCHOTTUS.

9 *Eaque in centenos homines.*] Contra Livius: *Non cum globo juvenum (nec enim erat ad vim apertam par) sed aliis alio itinere jussis certo tempore ad regiam venire pastoribus.*

ANNA.

10 *Perticas manipulis fœni.*] Nota *manipulorum* originem ante urbem conditam. Ovid. III. Fast.

Illaque de fœno, sed erat reverentia fœno,
Quantam nunc aquilas cernis habere tuas.
Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Unde maniplaris nomina miles habet.

CAPUT XXIII.

ARGUMENTUM.

Romuli & Remi contentio de urbis appellatione. Ea augurio cur empta. Remi cædes.

1 CUm igitur inter se Romulus & Remus de condenda urbe tractarent, in qua ipsi pariter regnarent, Romulusque locum, qui sibi idoneus videretur, in monte Palatino designaret, [1] Romamque appellari vellet: contraque item Remus [2] in alio colle, qui aberat a Palatio millibus quinque, eundemque locum ex suo

ANNA.

1 *Romamque appellaret.*] Non solum *Romam* appellari voluit ; Sed & *Romam quadratam* vocavit. Vide Festum in *Quadrata Roma.*

2 *In alio colle.*] Aventino. Infra.

3 Re-

ſua nomine [3] Remuriam appellaret, neque ea inter eos finiretur contentio, avo Numitore arbitro adſcito, placuit diſceptatores ejus controverſiæ immortales Deos ſumere; ita ut utri eorum priori ſecunda auſpicia obveniſſent, urbem conderet; eamque ex ſuo nomine nuncuparet, atque in ea regni ſummam teneret.

2 Cumque auſpicaretur [4] Romulus in Palatio, Remus in Aventino, [5] ſex vultures pariter volantes, a ſiniſtra Remo prius viſos: tumque ab eo miſſos qui Romulo nuntiarent, ſibi jam data auſpicia, quibus condere urbem juberetur: itaque maturaret ad ſe venire.

3 Cumque ad eum Romulus veniſſet, quæſiſſetque quænam illa auſpicia fuiſſent, dixiſſetque ille, ſibi auſpicanti ſex vulturios ſimul apparuiſſe: at ego, inquit Romulus, jam tibi [6] duodecim demonſtrabo: ac repente duodecim vultures apparuiſſe, ſubſequuto cœli

4 fulgore pariter tonitruque. Tum Romulus, Quid, inquit, Reme affirmas priora, cum præſentia intuearis? Remus poſtquam intellexit ſeſe regno fraudatum; multa, inquit, in hac urbe temere ſperata atque præſumpta

SCHOTTUS.

3 *Remuriam appellaret.*] Ennius apud Cicer. I. de divinat.

Certabant, urbem Romam, Remoramne vocarent:
Omnis cura viris, uter eſſet Induperator.

ANNA.

3 Feſtus in voce *Remurinus*: *Sed & locus*, inquit, *in ſummo Aventino Remoria dicitur, ubi Remus de urbe condenda fuerat auſpicatus.* Unde patet ætate Feſti *Remuriam* exſtitiſſe.

4 *Romulus in Palatio.*] Ennius tamen in Aventino Romulum de cœlo ſervaſſe dicit lib. I.

--- *At Romulus polcer in alto*
Quærit Aventino, ſervans genus altivolantum.

Quem videtur ſequutus Ovid. IV. Faſt.

--- *Alter init nemoroſi ſaxa Palati:*
Alter Aventinum mane cacumen adit.
Sex Remus; hic volucres bis ſex videt ordine, &c.

Sed hiſtorici omnes cum noſtro conſentiunt.

5 *Sex vultures.*] Avem tantum commemorat Ennius lib. I.

Hinc Remus auſpicio ſe devovet, atque ſecundam
Solus avem ſervat.

Sed ibi avem pro avium auſpicio, niſi ea avis fuerit *ſex vulturum* prænuntia, ut infra de Romulo.

6 *Duodecim.*] Ennius lib. I.

Et ſimul ex alto longe polcerrima præpes
Læva volavit avis: ſimul aureus exoritur ſol.
Cedunt ter quatuor de coelo corpora ſancta
Avium, præpetibus ſeſe, polcriſque locis dant.

sumpta felicissime proventura sunt. At vero Li- 5
nius Macer lib. I. docet contentionis illius pernicio-
sum exitum fuisse; namque [7] ibidem obsistentes Re-
mum & Faustulum interfectos. Contra [8] Egnatius 6
lib. I. in ea contentione non modo Remum non esse
occisum, sed etiam ulterius a Romulo vixisse tradit.
Sed horum omnium opinionibus diversis repugnat 7
[9] nostræ memoriæ proclamans historia Liviana, quæ
testatur quod auspicato Romulus ex suo nomine Ro-
mam vocavit: cumque muniret mœnibus, edixit,
[10] ne quis vallum transiliret: quod Remus irridens
transilivit, & [11] a Celere centurione rutro, [12] vel ra-
stro fertur occisus. [13] Romulus asylum convenis &c.

7 *Ibidem obsistentes Remum.*] De Remo Liv. lib. I. *Inde cum altercatione congressi, certamine irarum ad cædem vertuntur, ibi in turba ictus Remus cecidit.*

8 *Egnatius lib.* I.] De Egnatio supra dictum est, Ennius etiam Remum a Romulo non fuisse occisum videtur innuere, quum ait.

Necpol homo quisquam faciet impune animatus
Hoc, nisi tu, nam mi calido dabi sanguine pœnas.

Quare Paullus Merula pro *Egnatius* supra legebat *Ennius*, frustra quidem, cum neque de Ennii vera scriptura, neque quo pertineat ejus fragmentum, satis constet.

9 *Nostræ memoriæ proclamans.*] An ad *memoriam nostram* pertinens? Imo potius quæ *memoria nostra*, nostro tempore scripta est, *qui a este ecrite de nos jours.* Auctor enim hujus libelli æqualis fuit Livio: unde non temere conjecit doctissimus Joannes Metellus, eum esse Asconium, qui Livium suum dixit in fragmentis Ciceronis. Sed de hoc jam supra.

SCHOTTUS.

10 *Ne quis vallum transiliret.*] Livii verba sunt: *Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros: inde ab irato Romulo interfectum.* quomodo melius legi quam *transilivisse Diomedes* Gramm. I. admonuit. Muros tamen non recte appellat, cum Tarquinius Priscus primus urbem muro lapideo cinxerit; nisi muri fundamentum & designationem aratro factam intelligas. Illud non prætermittendum primum Virorum Illustrium caput de Proca in MSS. afuisse; sequebatur enim perpetua serie *Romulus asylum convenis.* nam vulgatæ editionis illa de origine urbis hinc concinnata.

ANNA.

11 *A Celere.*] A Fabio, qui postea *Celer* dictus. V. V. J. I. 4. §. 19.

12 *Vel rastro*] Imo *rutro*, non *rastro*. *Rutrum* a ruendo, quod eo terram ruerent. Et longe aliud *rastrum*.

13 *Romulus asylum convenis* &c.] Hic desinit hujus libelli auctor, ubi Viri Illustres exordium sumunt, is tantum quæ de Proca & Silvia infra leguntur, repetit, quippe quæ ad Remum & Romulum pertinerent. Unde augetur suspicio libellum hunc ab alio scriptore profectum. Quidni enim hic una serie pergeret, si idem ambos scripsisset. Sed notarunt viri docti, primum virorum illustrium caput de Proca a MSS. afuisse, sequebatur enim perpetua serie, *Romulus asylum convenis patefecit*, &c.

SEXTUS AURELIUS VICTOR
DE
VIRIS ILLUSTRIBUS
URBIS ROMÆ.

CAPUT. I.

ARGUMENTUM.

Filiis regnum relinquit Proca. Fratri illud non dat, fratris filiam Vestæ sacerdotem præficit. Vestalis compressæ liberos in Tiberim abjicit Amulius. Amulium interficiunt, Numitori avo regnum restituunt, civitatem condunt Romulus & Remus. Civitatis conditæ vallum transilit, & occiditur Remus.

ANNO A CAPTA TROJA.

1 PROCA Rex Albanorum Amulium, & Numitorem filios habuit, quibus regnum annuis vicibus habendum [a] reliquit; & ut alternis imperarent: sed Amulius fratri
2 imperium non dedit: &, ut cum subole privaret,
3 Rheam

Non comparet in M. S. opt. Aur. Vict. Historiæ Romanæ a Proca fere, Græcæ a Nino auspicantur, Orosius lib. II. cap. 2. & l. I. ca. I.
a CCCXXCIX.

MACHANEUS.

1 Proca *in frontispicio legendum, ut Virgilius in VI. Æneidos,*

Proximus ille Proca Trojanæ gloria gentis.

Præpostere in aliquibus codicibus *Procas* legitur: nam jambus est in tertio, nec Latinum nomen in *as* primæ invenitur. Eusebius etiam, Divo Hieronymo interprete, in serie regum Latinorum ita scribit, *Janus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus, Aventinus, Ascanius, Silvius, Æneas Silvius, Latinus Silvius, Tiberinus Silvius, Agrippa Silvius, Romulus Silvius, Proca Silvius, Amulius, qui regnavit annis quadraginta quatuor.* Hanc autem historiam etiam Ovidius poëtice in Fastis auspicatus est, ut dulcedini quoque poetarum aliquid in hoc opusculo tribuamus:

Silvia Vestalis, quid enim vetat inde moveri?
Sacra lavaturas mane petebat aquas.

2 *Imperium non dedit.*] Plutarchus Amulio pecunias, & aurum Troja advectum forte contigisse refert, quibus opibus fretus ipsum fratrem, cui regnum evenerat relictum a patre hæreditarium, expulit. Tacet Cornelius de morte fratris Silviæ, de qua Livius: *addit sceleri scelus, stirpem fratris virilem interfecit.* Quem Halicarnasseus Egestum appellat.

3 *Rheam*

ANNO A CAPTA TROJA. *b* CDXV.

[3] Rheam Silviam filiam ejus, [4] Vestæ [5] sacerdotem præ-
fecit: ut virginitate perpetua teneretur: quæ a Mar-
te compressa Romulum & Remum [b] edidit. Amu- 2
lius ipsam [6] in vincula compegit: parvulos in Tibe-
rim abjecit: quos aqua in sicco reliquit. Ad vagi- 3
tum [7] lupa accurrit, eosque uberibus suis aluit: Mox
Faustulus pastor collectos [8] Accæ Laurentiæ conjugi
educandos [9] dedit. Qui postea, [10] Amulio interfe- 4
cto,

SCHOTTUS.

3 *Rheam Silviam.*] Constanter in antiquis *Rea Silvia* scribitur, more Latino, qui fere aspirationes auferunt, unde Cicero in Orat. se more majorum diu *Triumpos*, non *Triumphos*, & fortasse *Tropæa*, non *Trophæa* pronuntiare solitum affirmat. Cur etiam *Silvia* & *suboles* a subolesco scripserim, ne quis forte calumnietur, studio a me factum sciat, sequutumque veterum librorum auctoritatem & analogiam: quod ubique facturum me semel monuisse sufficiat. De Martis stupro vide Prudent. I. adv. Symmachum.

MACHANEUS.

3 Hanc alii *Iliam*, alii *Ream*, alii *Silviam* appellant.

SCHOTTUS.

4 *Vestæ.*] Abest in MSC. nostro L. Annæi Flori initio: & certe Justinus lib. XLIII. in Martis luco sacerdotem fuisse ait. & Plutarchus in Parallelis extremo Junonis diserte ex Aristide Milesio. Et infra noster ad Numam referre videtur.

ANNA.

5 *Sacerdotem præfecit.*] Non dicit *Vestæ sacerdotem fecit*, *Vestæ sacerdotem fieri jussit*, ut auctor libelli superioris; sed, *Vestæ sacerdotem præfecit*. Intelligit ergo ipsam fuisse virginem *maximam*, quam hodie dicimus *une Abesse*, & sic virginem regiam decebat.

SCHOTTUS.

6 *In vincula compegit,*] Sic Justinus lib. XVI. *Igitur Clearchus LX. Senatores comprehensos (nam cæteri in fugam dilapsi erant) in vincula compegit.* Plautus Amphitruone: *Quid faciam nunc si Tres-viri me in carcerem compegerint.* Sic idem in Menæchmis & Rudente loquitur. Similes dicendi formas in melioris notæ auctoribus observare licet. *In catenas conjecit* Cæsar I. Comm. Gallico. *In compedes conjecit* Suetonius in Vitell. cap. 12.

MACHANEUS.

7 *Lupa accurrit.*] Eusebius Faustulum regii armenti pastorem ad Accam Laurentiam uxorem suam detulisse refert, quæ propter pulchritudinem, & rapacitatem corporis quæstuosi *lupa* a vicinis appellabatur: unde ad nostram usque ætatem, & memoriam meretricum cellulæ *lupanaria* appellantur. De capto *Remo*, & *Romulo* vi se defendente, notanda etiam inter Plutarchum & Livium nonnulla discrepantia; alter enim ad *Numitorem* primum, alter ad *Amulium* ductum scribit.

SCHOTTUS.

8 *Accæ Laurentiæ.*] De qua A. Gell. Noct. Attic. lib. V. cap. 7. ubi *Larentia* legitur, ut in veteribus libris omnibus. Lactantius lib. I. cap. 20. Hujus sepulchrum in via nova Romæ in Velabro fuit, teste Varrone lib. V. de ling. Lat.

9 *Dedit.*] Parisinus codex *tradit* habet.

10 *Amulio interfecto.*] Patruo, inquit L. Annæus Seneca: is enim auctor potius est, quam L. Florus: quod ex declamatorio stylo, & Lactantio Divin. Institut. lib. VII. cap. 15 facile doceri potest. Patruum magnum Jurisconsultorum filii appellarent.

11 *Ipsi*

cto Numitori avo regnum [c] restituerunt: [11] ipsi [12] pastoribus adunatis [13] civitatem [d] condiderunt: quam Romulus [14] augurio victor, quod ipse XII. Remus VI. [15] vultures viderat, Romam vocavit: & [16] ut eam prius legibus, quam mœnibus muniret; edixit ne quis vallum transiliret: quod Remus irridens, [17] transilivit, & a [18] Fabio [19] Celere centurione [20] rutro fertur occisus.

CA-

ANNO A CAPTA TROJA. *c* CDXXXII. *d* *Olym*. VII. *Anno* I. *ex a. d.* XI. *Kal. Maji. qui urbis natalis, Palilia dictus.*

11. *Ipsi.*] Melius Parisinus *Ibi*, non *Ipsi* præfert.

ANNA.

12 *Pastoribus adunatis.*] Id est, in unum congregatis. In quibusdam legitur *coadunatis*.

SCHOTTUS.

12 Mediolanensis codex *adunatis pastoribus.* Cicero lib. I. de Oratore: *Romulus pastores & convenas congregavit.* De pastoribus vide infra in Flaminio, & Justin. lib. XXXVIII.

13 *Civitatem condiderunt.*]In monte Aventino, de quo Agell. lib. XIII. cap. 14. Noct. Attic. ex a. d. XI. Cal. Majas, qui dies consecratus Palilia dictus: Olympiadis VII. anno I. ante Christum natum IↃCCL, ab orbe condito MMMCCXII, ab eversa Troja CCCCXXXII. sed de his in fragmentis Nepotis diximus. Ideo autem hic repetere placuit, quod aliorum calculus fallat, & commentatores hic turpiter alucinentur, & tanquam in limine impingant: absit verbo invidia.

ANNA.

13 Hoc mihi suspectum, nam falsum est, Romulum, antequam de cœlo servasset, civitatem condidisse quam posteaRomam vocaverit.

SCHOTTUS.

14 *Augurio victor.*] Ennius in Annalibus.

Augusto augurio postquam inclita condita Roma est.
Certabant, urbem Romam, Remoramne vocarent.
Omnis cura viris, uter esset induperator.

Hinc lege cautum a Romulo: *Ne quid inauspicato publice gerunto.* Cicero III. de Nat. deorum.

ANNA.

14 *Augurio.*] Nota *augurio* pro *auspicio*. Idem Florus: *Sic Victor augurio urbem excitat.*

SCHOTTUS.

15 *Vultures.*) In augurandi scientia sacri. Obsequens anno V. C. DCCX. *Cæsar*, inquit, *cum in campum Martium exercitum deduceret, sex vultures apparuerunt. Conscendenti deinde rostra creato Consuli iterum* VI. *vultures conspecti, veluti Romuli auspiciis novam urbem condituro signum dederunt.*

16 *Ut eam prius legibus.*] Inter alias legem tulerat: *Mœnia sancta existimanto.* Cujus Cic. II. nat. deor. meminit: Plutarchus in problem. Zonaras tom. II. quam etiam facto ipso Romulus sanxit interfecto fratre Remo.

17 *Transilivit.*] Agrippinensis l. *transiluit*. De quo in Æsculapio quædam. Vide Diomedem Gramm. I.

18 *Fabio.*] Abest in melioribus libris & MSS.

19 *Celer*] Unde dictus sit, ridicule Philippus Poncherius Interpres explicat quasi funebres ludos & viscerationem, quæ tum nulla erant, *celeriter* curaverit: unde dictum constat multis post seculis Q. Cæcilium Metellum anno IↃCXCIII. ejusque Nepotem IↃCXCVI. Plutarchus hunc a *celeri* ex agro Latino in Etruriam fuga sic appellatum ait.

20 *Rutro.*] Quidam libri habent pro *rastro*: de illo Varro l. IV. de lingua Latina, Festus & Nonius. Eaque vera lectio. Græce κρσώπιον dicitur. Varr. περὶ ἀρχῆς. *Cui Celer Antipatri Stoici filius rutro caput displanat.* Vide Dionys. lib. II.

20 *Rastro*

MACHANEUS.

20 *Raſtro.*] Verba ipſa Varronis ponam de lingua Lat. *Hirpices regula cum pluribus dentibus, quam, item ut plauſtrum, boves trahunt, ut eruant, quæ in terra ſunt. Sirpices poſtea detritaſ a quibuſdam dicti. Raſtelli, ut hirpices, ſerræ læves. Itaque homo in pratis per fœniſecia eo feſtucas abradit: quo abraſu raſtelli dicti. Raſtri, quibus dentalibus penit ſeradunt terram, atque eruunt a quo rutabra dicti:* Virgil. in C rgicis.

> *Multum adeo raſtris glebas qui*
> *frangit inertes,*
> *Vimineaſque trahit crates, juvat arva, neque illum, &c.*

Alii Remum in contentione augurii a Romuleis ſatellitibus occiſum volunt.

CAPUT II.

ARGUMENTUM.

Aſylum patefacit; conjugia a civitatibus petit & Conſualibus rapit, Acrone devicto Jovi ſpolia opima conſecrat, adverſus Tatium Tarpejam virginem cum exercitum ejus in Capitolium produxiſſet, ſcutis obruentem procedit, & pugnam conſerit, cum Sabinis fœdus percutit, ſenatores patres appellat, equitum centurias inſtituit, plebem in curias diſtribuit, ad deos abit & Quirinus appellatur Romulus primus Romanorum Rex.



ROMULUS [1] aſylum convenis patefecit, & [2] magno 1

MACHANEUS.

1 *Aſylum.*] Locus erat ſacer, ut Dionyſius ait; inter duos lucos, ſaxo circumdatus, ut Ovidii carmen indicat:

> *Romulus ut ſaxo lucum circumdedit*
> *alto.*

Latine *confugium* dici valet: dicitur ab *α* ſine, & *σύρω*, *traho*, quia inde aliquem abſtrahi nefas fuerat. Ut nunc fit in ſacris noſtris delubris. Per andiſtincon autem *rho* & *lambda* mutantur, ut Palladæ diſtichen indicat.

> Ῥῶ καὶ λάμβδα μόνον κόρακας κόλακάς τε διΐςᾶ:
> Ουκὲν ταυτὸ κόραξ, βωμολόχος τε κόλαξ;

Id eſt,

> *Rho & Lambda ſolum adulatores*
> *& corvos diſcernunt:*
> *Nempe idem corvus & ſcurra aſſentator.*

Et proprie βωμολόχος aris inſidians exponitur, ut apud Ariſtotelem in Ethicis deprehendimus. *Aſilus* autem cum Latino *i* ſignificat tabanum, vulgo dictum a Græcis œſtrum. Virg. in Georgicis.

Cui

ANNO URBIS CONDITÆ.
a I.
b IIII.

[2] magno exercitu facto, cum videret conjugia deesse,
2 per legatos a finitimis civitatibus [a] petiit. Quibus ne-
gatis, [3] ludos Consualia [b] simulavit: ad quos cum u-
triusque sexus multitudo venisset, dato suis signo
[4] virgines raptæ sunt: ex quibus cum una pulcerrima
cum magna omnium admiratione duceretur, [5] Tha-
3 lassio eam [6] duci responsum. Quæ nuptiæ quia feli-
citer [7] cesserunt, institutum est ut omnibus in nuptiis
Tha-

Cui nomen asilo
Romanum est: æstrum Graji vertere vocantes:
Asper, acerba sonans, quo tota ex territa silvis.

Asylum autem illud primi Athenienses statuerunt.

SCHOTTUS.

2 *Magno exercitu facto*] *Mox exercitu facto*, in manusc. est. Sic in Mario loquitur, & Sallustius libris historiarum, quod & Seneca lib. xx. epist. cxv. adnotavit.

3 *Ludos Consualia ad quos.*] Hi Magni ludi etiam appellati: Virgilius, *magnis Circensibus actis.* nam & Circenses iidem vocantur. Ascon. Verr. II. Dionysius Ἀρχ. Ῥωμ. I. ait: *his ludis immunes ab opere equos & mulos fuisse, coronarique floribus solitos.* Exstat veteris poetæ carmen apud Nonium Marcellum *Cernuus.*

Ibi pastores ludos faciunt cernui Consualia.

Vulgo male, *Sibi pastores.*

MACHANEUS.

3 Varroni *dicta* a Conso, *quod tum feriæ publicæ ei Deo, & in circo ad aram ejus a sacerdotibus fiunt ludi illi; quibus virgines Sabinæ raptæ.* Titus Livius Consum *Neptunum equestrem* appellat. Plutarchus. Fama est Romulum aram conditam sub terra invenisse, & a *consilio* nomen inditum, quod consiliarius foret, sive quod, &c. de quibus plura apud Dionysium & eundem Plutarchum lege.

ANNA.

3 Proprie loquutus est, malim me ita loqui quam dicere *ludos Consuales.*

SCHOTTUS.

4 *Virgines raptæ sunt.*] Parisinus *captæ.* Festus auctor est virgines inde tanquam ex gremio matris rapi solitas. Catullus:

Qui rapis teneram ad virum Virginem.

Qua de re docte Jacobus Rævardus, vir illustrandæ Jurisprudentiæ natus, & immatura morte præreptus, ad legem XII. tab. cap. 21.

5 *Thalasio.*] Simplici s antiqui libri & manuscripti præferunt, quomodo & Græci scribunt: Ταλασίαν, Plutarchus in Romulo. Martialis Epigr. I. 36.

Quid si me jubeas Thalassionem
Verbis dicere non Thalassionis?

Et lib. XII. 42.

Nec tua defuerint verba Thalasse tibi.

Vide Plutarchum in Pompejo & problemate 30. Græci vero *Hymen, o Hymenæe* nuptialem vocem habebant.

ANNA.

5 Qui dubio procul certo militum numero præerat. Liv. lib. I. *Unam longe ante alias specie ac pulcritudine insignem a globo Thalassii cujusdam raptam ferunt, multisque sciscitantibus cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Thalassio ferri clamitatum.* Catullus.

Lubet jam servire Thalassio.

SCHOTTUS.

6 *Duci.*] *Ducendi* vox in matrimoniis hinc usurpari cœpta. D. August. lib. VI. de civit. Dei cap. 9. *Domum ducenda est, quæ nubit: adhibetur Deus Domiducus.* Sic & Martianus Capella lib. II. de nuptiis Philologiæ.

7 *Cesserant.*] non *cesserunt* legunt manuscripti cum Mediolanensi.

8 *In-*

ANNO U.C. Thalassii nomen [8] invocaretur. Cum fœminas ergo finitimorum Romani [9] rapuissent, primi [10] Cæninenses contra eos bellum sumpserunt. Adversus quos Romulus 4
processit, & exercitum eorum, ac ducem Acronem singulari prœlio [c] devicit. [11] Spolia opima Jovi [12] Feretrio
IV. [13] in Capitolio consecravit. [14] ([15] Antemnates, [16] Cru- 5
stumini,

SCHOTTUS.

8 *Invocaretur.*] In MSS. melius *iteretur.*

GRUTERUS.

8 Si exstat in aliorum libris MSS. *nomen iteraretur.* quemadmodum id apparet in uno Palatino, in altero autem margini allinitur, habetque textus *vocaretur*; melius est, sine dubio, scriptura vulgata, quamvis neque ipsa absurda.

ANNA.

8 *Iterabatur* ergo, *Thalassie, Thalassie*, ut, *Hymen, O hymenæe.*

SCHOTTUS.

9 *Vi rapuissent.*] Sic vulgati, quos quidem viderim, omnes: nos ex antiquo libro *vi* vocem superfluam vi exturbavimus, & ut otiosam expunximus. Est enim *Rapiendi* ea notio, teste Donato, ut significet per *vim*, aut cum festinatione, aut furore capere: Unde *Rapina*, quæ palam & *vi* fit: *Furtum* fere clam & occulte.

ANNA.

10 *Cæninenses.*] Populi in Latio, qui *Cæninam* urbem colunt.

SCHOTTUS.

10 Gryphii codices *Cenienses*, quomodo & in vulgatis Livii editionibus. Nos *Cæninenses* per diphthongum scripsimus ex MSS. Plinium etiam lib. III. cap. 5. Halicarnasseum & Stephanum de urbibus sequuti. Hi enim Καινίνην urbem appellant.

ANNA.

11 *Spolia opima.*] Sic dicebantur *spolia*, quæ dux hostium duci a se interfecto detraxerat.

SCHOTTUS.

11 De *spoliis opimis* vide quæ in Corn. Cossum infra adnotavi.

SCHOTTUS.

12 *Feretrium.*] Cur potius quam *Pheretrium* ediderim, in promptu ratio est, quod ita analogia exposcat, sive ea a *ferendo*, sive a *feriendo*, sive etiam a *ferculo*, aut *feretro* ducta sit.

MACHANEUS.

12 *Feretrio.*] Sic dicto, quia ex voto (auctoribus Plutarcho & Livio) propriis humeris tulit Romulus, *fabricato ad id apte ferculo*; ut Livianis verbis utar: & hæc palma duobus tantum contigit postmodum, Cornelio Cosso, & Marco Marcello.

ANNA.

13 *In Capitolio.*] Nota *Capitolio* pro *Capitolino* monte. Tunc enim nondum erat *Capitolium*. Sic Livius lib. I. *Spolia ducis hostium cæsi suspensa, fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium ascendit.*

SCHOTTUS.

14 MSS. ampliores, *Antemnates, Crustumini, Fidenates, Vejentes.* Illos non sequi religio propemodum fuisset in tanto omnium consensu.

ANNA.

15 *Antemnates.*] In Sabinis 40. stad. ab urbe Roma.

SCHOTTUS.

15 Quidam *Antenates* scriptum habebant, alii *Antemnates* præferebant.

ANNA.

16 *Crustumini.*] In Latio, supra.

SCHOTTUS.

16 Plinius lib. III. cap. 5. agens de his oppidis in Latio deletis *Crustumerium* appellat; Dionysius vero lib. I. nunc *Crustuminum*, nunc *Crustumerium.*

17 Fi-

Itu[illegible]ini, [17] Fidenates, [18] Vejentes, [d]) [19] Sabini etiam [20] ob ptas bellum adversus Romanos sumpserunt.
6 Et cum Romæ appropinquarent, Tarpejam virginem nacti, quæ [21] [e] aquæ, causa [22] sacrorum, hauriendæ descenderat, [23] ei T. Tatius optionem muneris dedit, si exercitum suum [24] in Capitolium produxisset: Illa petiit quod illi in sinistris manibus gerebant, videlicet anulos & [25] armillas, quibus [26] dolose repromissis, Sabinos [27] in arcem perduxit, ubi Titus scutis eam obrui præcepit: nam & ea in lævis habuerant.
7 Romulus adversus Tatium, qui [28] montem Tar-

d Ex vet. cod. addidi. in vulg. absunt.
e vulg. quæ aquæ causa sacrorum gratia haur. *leg.* quæ aquæ sacrorum gratia haur. *Alterum enim superfluit.*

ANNA.

17 *Fidenates.*] In Latio sexto ab urbe milliario.

18 *Vejentes.*] In Latio XIIX. milliario ab urbe.

19 *Sabini.*] Inter Umbriam & Latium.

SCHOTTUS.

20 *Ob raptas virgines.*] In iisdem MSS. Sed *virgines* superat.

ANNA.

21 *Aquæ hauriendæ.*] Id est, ad *aquam hauriendam*, Sic Plautus, Sallustius, Tacitus.

SCHOTTUS.

22 *Sacrorum gratia.*] Vox *gratia* in MSS. abest, & recte, mea quidem sententia: irrepsit enim ex ora in contextum. Solent enim Latini, teste Prisciano, eleganter hac prætermissione in generandi casu uti, ut intelligatur, *causa*, vel *gratia*, unde hic ab aliis adscriptum fuisse suspicor. Sallustius Jugurthino: *belli patrandi cognovit.* Sic alii, *Reipublicæ defendendæ laborat.* Livius etiam lib. V. & Hirtius de bello Alexandrino, aliique sic loquuntur, quod alii ante me monuerunt. In insulam igitur glossema deportetur.

23 *Ei T. Tatius.*] Ad hunc strenarum, quæ Kalendis Januariis mitti ultro citroque solent, originem refert Symmachus Urbi præfectus Epist. x. 28. *Ab exortu*, inquit, *pæne urbis Martiæ strenarum usus adolevit, auctoritate Tatii Reg. : qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ anni novi auspices primus epit. Nomen indicio est viris strenuis hæc convenire ob virtutem.*

24 *In Capitolium.*] *Arcem* V. C. Nondum enim Capitolium erat. sed prolepsis est historicis familiaris.

MACHANEUS.

25 *Armillas.*] Ornamenta vocitata sunt, quæ viri militares ex auro ab Imperatoribus donati gerunt. *Armillum* autem urceoli vinarii genus, ut Nonius inquit: utrumque ab *armo*, id est, humero dictum.

ANNA.

25 Vide notata ad Florum pag. 6. Not. 26.

SCHOTTUS.

26 *Dolose repromissis.*] Mediolanensis *promissis*, a quo stat vetus liber calamo exaratus: nihil tamen muto, quod sic Suetonium frequenter loqui meminerim: tametsi promissio relationem (ut cum dialecticis loquar) sua vi significet. Loca piget huc congerere. Utitur & in Scævola auctor noster

27 *Producere.*] Quod elegantius quam *perducere*, quasi porro ducere, auctore Nonio Marcello.

ANNA.

28 *Montem Tarpejum.*] Id est, Capitolium: nam & *Tarpejus* dictus est.

Tarpejum tenebat, proceſſit: & [29] in eo loco ubi nunc Romanum forum eſt, pugnam conſeruit: ibi *f* [30] Hoſtus Hoſtilius fortiſſime dimicans cecidit: cujus interitu conſternati Romani [31] fugere cœperunt. Tunc Romulus Jovi [32] Statori ædem vovit, [33] & exercitus ſeu *g* forte, ſeu divinitus reſtitit. [34] Tunc raptæ in medium proceſſerunt: & [35] hinc patres, inde cónjuges deprecatæ, pacem conciliarunt. Romulus [36] fœdus *h* percuſſit, & Sabinos in urbem recepit: populum [37] a Curibus oppido Sabinorum Quirites vocavit. [38] Cen-

8

9

10

f Vulg. Hoſtius, *male.*

g Sic leg. ex MSS. & inf. cap. VII. ſeu forte ſeu fraude. *Vulg.* exercitui ſeu forte.

h VIII.

29 *In eo loco, ubi nunc Romanum forum.*] Florus cap. I. *Ita admiſſis intra mœnia hoſtibus, atrox in ipſo foro pugna.* Per *forum* autem *forum Romanum* intellige, quod inter Palatinum & Capitolinum collem fuit.

SCHOTTUS.

30 *Hoſtus.*] Scripſi, non *Hoſtius*, ſequutus lapides Capitolinos, Valerium Maximum & Macrobium, qui hoc prænomen ſic efferunt.

ANNA.

30 Liv. lib. I. *Principes utrinque pugnam ciebant: ab Sabinis Mettius Curtius, ab Romanis Hoſtus Hoſtilius. Hic rem Romanam iniquo loco ad prima ſigna animo atque audacia ſuſtinebat. Ut Hoſtus cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies: fuſaque eſt ad veterem portam Palatii.* Hic *Hoſtus Hoſtilius* Tulli Hoſtilii tertii Romanorum Regis avus fuit.

SCHOTTUS.

31 *Fugere cœperunt.*] Nonnemo mutat, *fugam cœperunt.*

MACHANEUS.

32 *Statori.*] Quia fecit *ſtare* aciem Romanam contra Sabinos, in qua pugna etiam vulneratus Romulus fertur.

SCHOTTUS.

33 *Et exercitus ſeu forte.*] Sic ex Mediolanenſi & MSS. optimis reſtitui. Simonis Colinæi, aliorumque editiones *& exercitui ſeu forte.* Paraſinus codex antiquus *& exercitum ſeu forte, ſeu divinitus reſtituit*, eximie. *Forte* autem, non *orte* legendum hic & in antiquis ſcriptoribus, ut in Tulliis infra cap. VII. admonuimus.

34 *Tunc raptæ.*] Non ita Pariſinus. Sed *tum captæ.*

35 *Hinc Patres, inde conjuges.*] MSS. *matres* habent, non recte. dixit enim accuſandi caſu *patres*, ut totidem pæne verbis Livius: *hinc patres, hinc viros orantes.* De virginibus enim ſermo eſt, quarum oratio querelis plena a Livio & Ovidio: ac de Græcis Plutarcho effingitur. Pariſinus verbis decurtatis legit, *& hinc patres, inde conjuges conciliarunt.*

MACHANEUS.

36 *Fœdus.*] Unde comitium a con & eundo dictum, quia ibi Tatius cum Rege Romano pacta iniit.

SCHOTTUS.

37 *A Curibus.*] *A Quiritibus* in MSS. Pulmanni eſt, qui vulgatis plenior, legit: *Centumque ex ſenioribus elegit, quorum conſilio omnia ageret: quos pro ſenectute Senatores; Patres a pietate nominavit. Tris Equitum*, &c. nec dubito quin germana ſint, quare in contextum recipienda.

ANNA.

37 Liv. lib. I. *Ita geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites a Curibus appellati.*

SCHOTTUS.

38 *Centum Senatores a pietate Patres appellavit*] MSS. Forte legendum: *Cen-*

11 [38] Centum Senatores, a pietate Patres appellavit. Tres equitum centurias instituit, [39] quas a suo nomine [40] Ramnenses, a Tito Tatio [41] Tatienses, [42] a
12 Lucumone Luceres appellavit. Plebem in triginta curias distribuit, easque [43] raptarum nominibus ap-
13 pellavit. [44] Cum ad Capræ paludem exercitum lustraret, [l] [45] nusquam comparuit: unde inter Patres & populum seditione orta, Julius Proculus vir nobilis, [46] in

i *Vulg.* ab ætate. *Vet. cod.* Centumque ex senioribus elegit, quorum consilio omnia ageret, quos a senectute Senatores: Patres a pietate nominavit. Equitum.

k a Luci communione. *tres MSS.*

l XXXVII. Imp. XXXVIII.

Centum Senatores ab ætate a pietate Patres appellavit. Itaque *a pietate* lego, ubi vulgati *ab* proclivi errore, cum idem pæne sonet. *Ab ætate* enim Senatores, a *pietate*, vel, ut Livius, *ob honore* Patres dicti. Cum hæc ita emendassem, vidi sententiam a Mediolanensi codice confirmari, & a Dominico Machaneo, quem ita legisse ex scholiis apparet. Putavi ergo hunc locum sic interpungendum: *Centum Senatores ab ætate; a pietate Patres appellavit*, nec muto sententiam, præsertim cum amicis quibusdam eam probavero: tametsi Sallustius Catilinaria vulgatam lectionem tueatur *Delecti*, inquit, *quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, Reipublicæ consultabant. Hi vel ætate, vel curæ similitudine, Patres appellabantur.* Nobiscum vero facit Eutropius, aliique.

39 *Quas a suo nomine.*] In quibusdam libris afuit præpositio.

40 *Ramnenses.*] Alii *Rhamnenses* scribunt. MSS. concisius *Ramnes*, Parisinus *Romnes*, quam lectionem parum abest quin præferam. Quæ enim cognatio nominis in *Romulo* & *Ramnense*? Nihil tamen affirmo, lector consideret.

ANNA.

40 Et ego malim *Romnes*, ut in aliis. Romulus, *Romnulus*, *Romnus*, *Romnis*. Sic cum de nomine suo urbem vocavit Romulus, eam *Romam*, non *Ramam* dixit.

SCHOTTUS.

41 *Tatienses.*] Ita scripsi, ut præter MSS. Aldinus, Parisinus & Mediolanensis codices suaserunt: suasit & M. Varro & Plutarchus. Accedit & ratio, ne *Titiensis* a Tatio dicam prohibens, quamquam Sextus Pompejus ita derivet.

42 *A Luci communione Luceres.*] Omnes scripti legunt: fortasse non male, quia in *luco* asylum, civiumque coitio fuit: fateturque Livius se hujus centuriæ originem in tanta narrantium varietate referre non posse, an a *Lucumone*, an a *luco*, an *Lucero* Ardeæ Rege appellata. Suspicari libet ab Hosto Hostilio dictam, quem Dionysius Halicarnasseus *Luconem* (Ausonius fortasse *Lucumonem*) Tuscum appellare videtur, & Romulo laboranti suppetias tulisse ait.

43 *Raptarum nomine.*] Veteres libri *nominibus*. rectius. Hinc quidam tantum XXX. raptas fuisse putant: Verisimilius Juba & Dionysius DCXXCII. raptas ajunt.

44 *Cum apud Capreæ paludem.*] Ita vulgati: nos antiquos libros expressimus *ad Capræ paludem*. Utrumque dici Plutarchus auctor est.

45 *Nusquam.*] Sic malim. *Nonnunquam* quidam libri. Male.

MACHANEUS.

45 De morte Romuli ita varia a Plutarcho & Dionysio referuntur, ut satius sit de illa tacere, quam varias opiniones referre.

SCHOTTUS.

46 *In concionem processit.*] In MSS. perpetuo per *t* scriptum *Contio* reperi quasi *Coitio*: alioqui a *Conciere* non male per *c* scribitur, quasi co vocatio. Hæc eo pertinent, ne quis damnet, ubi a vulgi

46 in concionem processit, & jurejurando firmavit, Romulum a se 47 in colle Quirinali visum 48 augustiore forma, cum ad deos 49 abiret; eundemque præcipere, 50 ut seditionibus abstinerent, virtutem colerent: futurum ut omnium gentium domini exsisterent. Hujus 51 auctoritati creditum est: ædes in colle Quirinali Romulo constituta, ipse pro deo cultus, & 52 Quirinus est appellatus. 53

gi scriptura sciens volensque recessero, analogiæ & librorum scriptorum auctoritati innixus.

ANNA.

47 *In colle Quirinali.*] Sic dicto ab æde *Quirini* Ovid. II. Sed falsum est. Nam illa ædes post Romuli mortem dicata, mons autem antea *Quirinalis* dictus. Melius qui a Curibus Sabinis dictum tradunt. Idem & Agonius, vel agonalis dictus.

48 *Augustiore forma.*] *Augustiore*, quippe Deus jam factus. Sic Florus lib. I. cap. I. *Visum a se Romulum affirmans augustiore forma quam fuisset.*

MACHANEUS.

48 *Augustus* adjectivum, sacrum significat ab avium gestu, vel gustatu, quod Ovidius innuit:

Templa vocant augusta patres, augusta senatus:
Templa sacerdotum rite dicata manu.

Ennius:

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

SCHOTTUS.

49 Pro *abiret.*] Aldus *obiret* edidit.

50 *Ut a seditione abstinerent.*] Sic quidam libri, sed nostram lectionem retineo, cum sic in Lutatio Catulo loquatur.

51 *Auctoritate.*] Ita legunt quidam libri, non *auctoritati.*

ANNA.

52 *Quirinus est appellatus.*] Hinc & *Quirinalia* instituta, alio nomine Stultorum festa XIII. Kal. Mart. in veteri Kalendario Romano & Ovidio lib. II. Fast. In Apotheosi quoque nomina mutari solita Lactantius hinc docet lib. I. cap. 15.

SCHOTTUS.

53 Non celabo lectorem hic eadem manu adscriptum in manuscriptis omnibus *Regnavit annos* XXXVII.

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Romam venit, sacra instituit, ædem Vestæ facit, Vestales legit, Flamines & Salios instituit, Pontificem Maximum creat, Jano portas ædificat, annum distribuit, leges fert, morbo solvitur & sepelitur Numa Pompilius secundus Romanorum Rex.

Post



I POST conſecrationem Romuli, [1] cum diu [a] [2] interregnum eſt, & [3] ſeditiones orirentur, [4] Numa Pompilius [b] [5] Pompo is filius, [6] Curibus oppido Sabinorum accitus, cum [7] addicentibus avibus Romam

a Vulg. interregno ſeditiones. male. & diſſenſiones ex vet. legi malim: nullæ enim ſeditione ortæ. Plutarch. Interregnum Ann. 1. *b Vulg.* Pomponii. *& mox*, adducentibus civibus. *vide Notas. Plaut. Aſinar.* Impetritum, inauguratu'st quovis admittunt aves.

SCHOTTUS.

1 *Cum diu interregno.*] Locus mihi ſemper de mendo ſuſpectus: videbam enim deeſſe aliquid, aut *diuturno* legendum. fuit enim annum interregnum, aut Latine dicendum: *Cum multa interregna*... Poſt cum MSS. nactus eſſem, it ut excudendum curavi, legendum didici. placetque plenior ea lectio.

MACHANEUS.

2 *Interregno.*] legendum: ut tota ſit una dictio, teſte T. Livio ita ſcribente & Plutarcho. Nam, ut Patavinus hiſtoricus aſſerit, *quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat, annuumque intervallum regni fuit, id abs re (quod nunc quoque tenet nomen) interregnum appellatum.* Græcus vero auctor ſcribit, cum ipſi patres centum & quinquaginta eſſent, in parte cuilibet contigiſſe, cum regalibus inſignibus & legitima diis ſacra perſolveret, imperaretque facienda ſex horas noctis, & ſex diei loco Quirini: hanc formam imperii Romani interregnum vocant.

SCHOTTUS.

3 *Seditiones.*] Mediolanenſis *diſſenſiones*, non *ſeditiones* legebat.

ANNA.

3 *Seditiones* vocat diſſenſiones plebis & Patrum de novo Rege creando.

SCHOTTUS.

4 *Numa Pompilius.*] Qui *Numa Pompellius* etiam appellabatur, quæ vox in Feſto, cum de opimis ſpoliis agit, corrupta eſt, in *compelli*.

5 *Pomponis F.*] Sic ſcripſi antiquis libris auctoribus, quomodo & Livius & Dionyſius: quidam & *Pomponi* habebat. Pariſinus *Pompilii*, vulgatus *Pomponii* ponit.

6 *Curibus.*] Nonnulli *a Curibus legunt.*

7 *Adducentibus civibus.*] Sic editi libri, quaſi comitantibus civibus, quibus & patre fratreque deprecantibus Romam venit. Dionyſius lib. II. MSS. omnes *addicentibus avibus*, eximie: nam Livius eam tamquam germanam lectionem comprobare videtur, ait enim auſpicato Numam Regem creatum. *Accitus*, inquit, *ſicut Romulus augurato in urbe condenda regnum adeptus eſt, de ſe quoque Deos conſuli juſſit: inde ab augure*, &c. Nec veriſimile virum religioni deditum, domo profectum ad res tantas inconſultis avibus. Sic contra in Hoſtilio Mancino auctor noſter dixit *vetantibus avibus*; alibi, *adverſis ominibus*, & *adverſus auſpicia*. *Addicere* autem *aves* dicuntur in auguriis, cum ali-

mam venisset, ut [8] populum ferum religione molliret, sacra plurima instituit: [9] ædem Vestæ [10] fecit, [11] virgines Vestales legit; [12] Flamines tres, [13] Dialem,

quid volatu aut garritu approbant & ratum faciunt. Livius lib. I. *Negare Attius Navius inclytus ea tempestate augur, neque mutari, neque novum constitui, nisi aves addixissent, posse.* Ibidem: *Cum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere.* Ibidem: *Fabio auspicanti aves semel atque iterum non addixere.* Tacitus lib. I. Historiarum. *Auctus omnino addicentibus auspiciis, vocat contionem.* Plautus Asinaria *Admittere aves* eadem dixit elegantia, de qua Sextus Pompeius. Livius lib. I. *Concilia populi exercitus vocati, summa rerum, ubi aves non admisissent, dirimerentur.* Locus igitur in Seneca corruptus, etiam emendandus lib. de vitæ brevitate cap. 14. *Hoc scire magis prodest, quam Aventinum montem extra pomerium esse, ut ille affirmabat, propter alteram ex duabus causis, aut quod plebs eo secessisset: aut quod Remo auspicante illo loco, aves non adduxissent.* Sic libri vulgati omnes: lege me auctore, *addixissent.* Cui sententiæ facile accedit, qui Agellii lib. XIII. cap. 14. Noctium Atticarum cum istis Senecæ componet. Messallam enim laudat auctorem, qui eam causam maxime probet, *quod in eo monte Remus urbis condendæ gratia auspicaverit, avesque irritas habuerit, superatusque in auspicio a Romulo sit.* Porro de *addicendi* altera notione in Virginio Centurione diximus.

ANNA.

8 *Populum ferum.*] *Barbaros* vocat Florus lib. I. cap. 2. *Multitudinem imperitam & rudem* Livius lib. I.

9 *Ædem Vestæ.*] Inter Capitolium & Palatium medio ferme spatio extra Romam quadratam. Forma rotunda.

SCHOTTUS.

10 *Fecit.*] Codices quidam, *confecit.*

MACHANEUS.

11 *Virgines Vestales.*] de quibus flosculos aliquos e Livio, Plutarcho, Gellio, & Dionysio, habeto: a Numa Pompilio primo institutas perpetui ignis custodes quatuor. q[illegible] [illegible] dece[illegible] facien[illegible] a dis[illegible]nt: secundo faciunt: reliquo [illegible]utem decennio alias edocent, [illegible]t id tempus nubere possunt. Honoribus quoque multis venerantur: inter quos, si casu in quenquam inciderint ad capitale supplicium ductum, eum necari non licet; si autem aliqua virginitatem perdiderit, viva ad portam, quam Collinam vocant, defodiebatur ibi moritura, Juvenale teste,

Sanguine adhuc vivo terram subi[illegible]ura sacerdos.

Erat sacerdotium Alba oriundum, habens de publico stipendium, eligebatur *Vestalis* patrima & matrima, inter capiendum a Pontifice Maximo Amata appellabatur.

12 *Flamines.*] Quasi *filamines* a *filo* lanæ in pilei cacumine lato.

ANNA.

12 Quidam primam *Flaminum* institutionem ad Romulum referunt. Sed reclamat Livius lib. I, Ubi de Numa. *Flaminem*, inquit, *Jovi assiduum sacerdotem creavit: insignique eum veste & curuli regia sella adornavit, huic duos flamines adjecit: Marti unum, alterum Quirino.* Idem & Dionysius. *Flamines* autem quasi *filamines*, quod caput cinctum habebant *filo*, vel *flamines* a *flameo*, quod tegminis capitis genus est.

SCHOTTUS.

13 *Dialem.*] & Martialem a Romulo, in honorem patris: Quirinalem solum a Numa institutum

Plu-

lem, Martialem, Quirinalem: [14] Salios [15] Martis sacerdotes, quorum primus [16] Præsul vocatur, XII. instituit. [17] Pontificem Maximum creavit. c [18] Portas [19] Jano gemino ædificavit. d [20] Annum [21] in XII. menses

c XLIIII.
d XLII.

Plutarchus refert: reclamant Livius & Dionysius. Duos vero Martiales, non ut noster unum, fuisse auctor est Andreas Dominicus Floccus in libello de magistratibus Romanis, qui falso hodie L. Fenestellæ inscribitur.

MACHANEUS.

13 ....Jovialem, nam ὁ Ζεὺς, Διὸς Jovem significat.

14 *Salios.*] A saliendo ipsa etymologia ostendit. (noster autem Martinus Salius ad verum Christum salit:) ferebant autem tunicæ pictæ insigne, & super tunicam æneum tegmen circumferentes ancilia scuta cum sollenni cantu & tripudiis.

SCHOTTUS.

14 Illos Herculis Sacerdotes fingit Virgil. VIII. Æneid. vers. 285.

Tum Salii ad cantus, incensa altaria circum,
Populeis ibant evincti tempora ramis.

Livius, a quo noster stat, Martis Gradivi facit.

15 Pro *Martis*, *arcis* codices quidam legunt. Sed frustra sunt.

ANNA.

16 *Præsul vocatur.*] Lucilius de Saliorum exultationibus.

Præsul ut amptruat, & inde volgus redamptruat olli.

17 *Pontificem Maximum.*] *Pontificem deinde Numam Marcium, Marci filium, ex patribus legit, eique sacra omnia exscripta exsignataque attribuit; quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur.* Livius lib. I.

SCHOTTUS.

17 Varro lib. IV. de L.L. *Pontifices a ponte, nam ab iis sublicius est factus primum & restitutus sæpe.* non recte: tametsi & ita Dionysius in Numa, ridetque Plutarchus. Pons enim sublicius mere ligneus ab Anco primum Tiberi impositus. Idem Halicarn. lib. III. Atqui hic annos fere 30. post Numam imperium arripuit, a quo Pontifices creatos hic diserte affirmat, aliique uno ore omnes. Quanto rectius Qu. Scævola Pontifex Maximus a posse & facere deducit, ut *Pontifex* sit quasi *Potifex*, a potis & facio. quo & Lucanus allusit lib. I.

... Pontifices, sacri quibus est permissa potestas.

Fac enim sacrificare est.

18 *Porta.*] De *porta* Jani, quam Numa condidit, & ad finem vitæ regnique clausam habuit, Plutarchus in Numa, & de fortuna Romana, ubi πύλην pro τύχην Scaliger recte corrigit, item Varro lib. IV. de L.L. *Tertia, inquit, est Janualis, dicta ab Jano; & ideo ibi positum Jani signum, & jus institutum a Numa Pompilio, ut scribit in Annalibus L. Piso, ut sit clausa semper, nisi cum bellum sit.* &c.

19 *Jano geminio.*] Codex Parisinus pro *Jano gemino*, id est, bifronte.

MACHANEUS.

19 Ovidius primo Fastorum:

Nomina ridebis; modo namque Patulcius idem,
Et modo sacrifico Clusius ore vocor.

ANNA.

19 Qui clausus pacem, apertus bellum significabat. *Geminus*, a *gemina* facie, hac ortum, illa occidentem spectante.

SCHOTTUS.

20 *Annos.*] Non *annum* quidam. Nihil tamen muto.

MACHANEUS.

21 *duodecim menses.*] Nam prius a Romulo constitutus est decem tantum: de hac autem ordinatione

e v. c. plures & utiles. *rectius.*
f Ex MSS. Pulmanni & antiquitus excusis.
g XXCI.
Imp. XLIII.
h DLXXIII.

menses distribuit, [22] additis Januario & Februario.
[23] Leges quoque plurimas [e] & utiles (tulit:) [f] [24] omnia 2
(quæ gerebat,) jussu [25] Egeriæ [26] nymphæ, [27] uxoris
suæ, se [28] facere simulans. Ob hanc tantam justitiam
bellum ei nemo intulit. Morbo solutus [g] in Janicu- 3
lo sepultus est, [29] ubi [30] post multos annos [31] arcula
cum

natione a Livio & Plutarcho eliciendum.

SCHOTTUS.

22 *Addito* quidam legunt. Nihil tamen muto.

ANNA.

23 *Leges quoque plurimas.*] Inde Virgilius de illo.

Primus qui legibus urbem
Fundabit, Curibus parvis &
paupere terra
Missus in imperium magnum.

SCHOTTUS.

24 *Omnia quæ gerebat.*] Locus mutilus a nobis restitutus ope veterum & MSS. librorum, quos religiose sequuti sumus.

25 *Egeriæ.*] Scribebant recte, non *Ægeriæ*, nam ab egerendo partu dictam monuit Festus. Græci scriptores nunc Ἡγέριαν, nunc Ἐγέριαν scribunt.

MACHANEUS.

26 *Lympha.*] Quasi nympha, per mutationem consonantis. Sanctus Augustinus libro septimo, capite trigesimo quinto de civitate Dei, ait fontem fuisse, ac Numam hydromantiæ, id est, aquæ divinationis peritissimum fuisse.

SCHOTTUS.

27 *Uxoris.*] MSS. *conjugis* pro *uxoris* legunt.

GRUTERUS.

28 *Se facere simulans.*] Nec primum fuisse Numam, nec ultimum, qui hujusmodi techna populum naso duxerit, abunde ostendimus in dissertationibus nostris Livianis.

SCHOTTUS.

29 *Ubi.*] Constat autem repertos libros in agro, dum pastinaretur, L. Petilii scribæ sub Janiculo. Vide Livium lib. XL. ab V. C. Plinius lib. XIII. cap. 13. Val. Max. lib. I. cap. 1. Lactant. lib. I. cap. 22. Adscripsi aut[illegible] annum U. C. [illegible] LXXI [illegible] Goltzii Fastos sequutus, [illegible]am Cornelio Cethego, M. Bæ[illegible] Pamphilo Coss. effossos Plinius & Lactantius prodidere.

ANNA.

30 *Post multos annos.*] Post annos 490.

31 *Arcula cum libris.*] Imo duæ lapideæ *arcæ* octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ, inventæ sunt. Literis Latinis Græcisque utraque *arca* inscripta erat, in altera Numam Pompilium sepultum esse, in altera libros Numæ Pompilii inesse. Quæ titulum sepulti Regis habuerat, inanis inventa, sine ullo vestigio corporis humani, aut ullius rei; per tabem tot annorum omnibus absumptis. In altera duo fasces candelis involutis, septenos habuere libros, non integros modo, sed recentissima specie. Septem Latini de Jure Pontificio erant: septem Græci de disciplina sapientiæ, quæ illius ætatis esse potuit. Vide Liv. lib. XL. cap. 29. Plin. lib. XIII. cap. 13. Val. Max. lib. I. cap. 1.

SCHOTTUS.

31 Sed illud pæne prætereriam pro *arcula* Mediolanensem longe optimum formis excusum, quem Jo. Livinejus & And. Papius eruditissimi juvenes ad me miserunt, *scrinia*, habere. *Ita duo deinceps Reges*, inquit Livius, *alius alia via, ille bello, hic pace civitatem auxerunt.*

cum libris [32] a Terentio quodam [33] exarata: qui libri, quia [34] leveis quaſdam ſacrorum cauſas continebant, ex auctoritate Patrum [35] cremati ſunt.

i ſcrinia & extracta. Non placet. Vox enim c. XII. Tabb. apud Feſtum. Qui Terminum exaraſſit. & Cic. 2. de leg. & de divinat. de Tage. & l. 4. D. de finib. regundis.

32 *A Terentio quodam.*] Mire variant libri veteres: alii *Terentio* ſcribunt, alii *Tarentino*, ut præter Pariſinum & Agrippinenſis codex habet.

SCHOTTUS.

33 *Exarata.*] Pariſinus & Agrippinenſis ſummo conſenſu *extracta* legunt: quod reponerem, ſi liceret per S. P. Q. literatum. neque enim *exarare* pro ſcribere accipi poteſt. Nihil tamen muto. Significat enim *arando* effoſſam, eſtinque arcam. Sic in lege Numæ apud Feſtum: *Si quis terminum exaraſſit ipſus eſt. boves ſacri ſunto.* Utitur & Cic. 1. de Legibus, Plinius, alii. Vide Plinium lib. XIII. cap. 11. & Auguſt. lib. XVII. cap. 34. Civitatis Dei, ex Varrone lib. V. Rerum Romanarum.

34 *Leves.*] Agrippinus codex *leges* pro *leves* præfert, non recte, niſi *cauſas* redundare dicamus. Quid ſi *lævas* i. ſiniſtras?

ANNA.

34 Fruſtra, nam *leves* retinendum. Ideo autem cremati fuere, quia *leves* quaſdam, & futiles ſacrorum cauſas continebant, quæ ad diſſolvendas religiones facere poſſe videbantur. Liv. lib. XL. cap. 29. *Lectis rerum ſummis quum animadvertiſſet (Q. Petilius prætor) pleraque diſſolvendarum religionum eſſe, L. Petilio dixit ſeſe eos libros in ignem conjecturum eſſe.*

GRUTERUS.

35 *Cremati ſunt.*] Igne abolere libros pernicioſos, uſitatum fuiſſe, non uni genti, non uni ævo; pluribus exemplis palam feci in Diſcurſibus meis Cornelianis, libro IV. Annal. c. 35. f.

ANNA.

35 Septem Latini tantum combuſti: ſeptem Græci magna cura aſſervati: quippe de diſciplina tantum ſapientiæ tractabant.

CAPUT IV.

ARGUMENTUM.

Rex creatur, Albanis bellum indicit, Albam diruit, Albanos Romam tranſire jubet, curiam conſtituit, Cœlium urbi addit, fulmine icitur & conflagrat Tullus Hoſtilius tertius Romanorum Rex.

I [1] TULLUS Hoſtilius, [a] [2] quia bonam operam adver-

a fort. quia avus ejus bonam oper. *ſup. cap. 1. alioqui* δυσ[illegible]

MACHANEUS.

1 *Tullus Hoſtilius.*] Nepos erat, Livio teſte, ejus Hoſtilii, qui adverſus Sabinos naviter pugnando occubuit.

SCHOTTUS.

2 *Bonam operam.*] Niſi me animi fallit, lacuna ſubeſt, legendumque, *quia avus ejus bonam operam*, ut Livius ait: nam Tullum bene de R. P. Romana recens nata meritum eſſe legere non memini, & temporum ratio repugnat. de Hoſto Hoſtilio recordor. Et Plinius lib. XVI. cap. 4. Romulum frondea coronaſſe Hoſtum Hoſtilium ait, quod Fidenas primus irrupiſſet: qui avus Tulli Hoſtilii fuit. Verſatur & in eodem errore L. Florus, qui & alterum erratum addidit, ultro imperium eſſe adeptum, oblatumque, ut Numæ, ſic enim ait: *cui in honorem virtutis regnum ultro datum.* Prius hic reſtitui poteſt, ut legas *virtutis avitæ*; alterum excuſari non poteſt, etenim variant libri MSS.

adversum Sabinos [3] navaverat, Rex creatus, bellum Albanis [4] indixit: quod [5] trigeminorum [6] certatione finivit, & Albam propter [7] perfidiam ducis 2
b xxcv. [8] Metii Fufetii [b] diruit. [9] Albanos Romam transire jussit. 3
[10] Curiam

ANNA.

2 Victor Non potest de Tullo Hostilio loqui; sed de avo ejus Hosto Hostilio, qui contra Sabinos fortissime dimicans cecidit. Liv. lib 1. cap. 22. *Numæ morte ad interregnum res rediit. inde Tullum Hostilium, nepotem Hostilii, cujus in infima arce clara pugna adversus Sabinos fuerat, Regem populus jussit.*

SCHOTTUS.

3 *Navaverat.*] *Navarat* Mediolanensis legit.

MACHANEUS.

4 *Indixit.*] De *indicendo* bello historicos evolve, uti præferrata hasta in fines hostium mittebatur.

SCHOTTUS.

5 *Trigeminorum.*] Mediolanensis legit *tergeminorum.* Nihil interest. Verum quomodo gemini & trigemini nascantur vide variorum Philosophorum sententias apud Plutarchum de placitis Phil. lib. v. cap. 5. Lex de Trigeminis a Tullo lata his pæne verbis concepta: *Nati trigemini, donicum puberes esunt, de publico aluntor.*

MACHANEUS.

5 Horatiorum Romanorum, & Curiatiorum Albanorum, qui singulari certamine pugnarunt, ita ut Albani Romanis succubuerint.

SCHOTTUS.

6 *Certatione* perpetuo MSS. & typis excusi paullo antiquiores: quod nescio quomodo magis arridet, quam *certamine*, quod numeros poëticos, sonat. Hæc videntur perturbata Johanni Grejonio eruditissimo viro, itaque e Livio concipienda: *certamine finivit: nam cum apud Romanos Horatii, apud Albanos trigemini essent Curiatii, ducibus Hostilio & Fufetio placuit,* &c. usque ad finem capitis *in diversa distractus est. Albam propter perfidiam ducis Metii diruit. Albanos,* &c. *cum regia conflagravit.* Lector arbitrabitur.

7 *Perfidiam.*] *Proditionem* habet Parisinus & Agrippinensis. Sed ... isthæc commutandi audacia? veterem scripturam retineo: Varro de vita pop. Ro. lib. I. *Metium Fufetium propter perfidiam interfecit p... e imperiosius quam humanius. ... equis ad curriculum ex utraque parte deligatum distraxit.* Ovidius lib. 1. Trist. Eleg. 3.

Sic doluit Metius, tunc cum in contraria versos
Ultores habuit proditionis equos.

Atque huc respexisse in Ibin existimo:

Vel tua, ne pœnæ genus hoc cognoverit unus,
...iscera diversis scissa ferantur equis.

8 *Metii Fufetii.*] Scribo ex Fastis Capitolinis, Græca consuetudine, & Mediolanensi codice, tametsi MSS. varient. *Suffetii* Manutius ediderat, quem reliqui sunt sequuti. Metelli scriptus codex *Metti Suffetti*, fortassis, quod veteres I longum scriberent cum geminaretur, nam & *Curiat*I & *Horat*I iidem scribunt.

MACHANEUS.

8 Qui in bello Fidenati desertor Romanorum, ut proditor a quadrigis laceratus fuit.

ANNA.

9 *Albanos Romam transire.*] Flor. lib. 1. cap. 3. *Albamque ipsam, quamvis parentem, æmulam tamen diruit, quum prius omnes opes urbis, ipsumque populum Romam transtulisset.*

MACHANEUS.

10 *Curiam Hostiliam.*] Templum erat, ubi Senatus ab eo Rege auctus congregabatur.

ANNA.

10 Varr. lib. IV. de L. L. *Curia duorum generum. Nam & ubi curarent*

10 Curiam Hostiliam constituit. 11 Montem Cœlium
4 urbi addidit. Et 12 dum Numam Pompilium 13 sacrificiis imitatur, 14 Jovi Elicio litare non potuit, [c] CXIII. Imp. XXXII.
15 fulmine ictus cum 16 regia [c] conflagravit.

rarent sacerdotes res divinas; ut Curiæ Veteres: & ubi Senatus humanas; ut Curia Hostilia, quod primus ædificavit Hostilius Rex. Ante hanc rostra, &c.

SCHOTTUS.

11 *Montem Cœlium.*] Alii *Cælium*: & absque diphthongo MSS. [illegible] inscriptio Lugdunensis eam agnoscit, quam in Servio Tullio expressimus. Verum hæc de monte *Cælio*, A Marcio Strabo tribuit: Tarquinio Prisco Corn. Tacitus Annali IV. Livius a nobis stat.

ANNA.

12 *Dum Numam Pompilium.*] Liv. lib. I. cap. 31. *Ipsum Regem tradunt, volventem commentarios Numæ, quum ibi quædam occulta sollennia sacrificia Jovi Elicio facta invenisset, operatum his sacris se abdidisse: Sed non rite initum aut curatum id sacrum esse; nec solum nullam ei oblatam cælestium speciem, sed ira Jovis, solicitati prava religione, fulmine ictum cum domo conflagrasse.*

SCHOTTUS.

13 *Sacrificiis.*] *Sacrificii* Parisinus antique.

14 *Jovi Elicio.*] Ab *eliciendo* dictum Livius & Ovidius III. Fastorum existimant: quamquam a Græca voce homo Græcus Plutarchus ἐλεέω. i. propitio derivet. Non dissimulabo in veteribus nostris schidis *Delicio* legi, in Agrippinensi *Cilicio*. De Jove autem *Elicio* Varro lib. V. extremo, & Arnobius lib. V. initio. Græcis καταιβάτης dictus. Pollux lib. IX. & Turn. lib. XXV. cap. 14. Adversariorum.

MACHANEUS.

14 Jupiter *Elicius* ab *eliciendo* dictus, quia occultis sacris ratio eliciebatur ab eo fulminum mittendorum, cujus aram Romæ erectam [illegible]scimus in Aventino.

SCHOTTUS.

15 *Fulmine ictus.*] Recte Sigonius hic Livium emendat, qui Hostilio extremo *ipsum* pro *ictum* habet contra fidem veterum. Adscripsit & similes loquendi formas ex Livio lib. 34. Lactant. lib. 3. & Cicerone 2. offic.

16 Pro *regia.*] Ut ante *curia* in iisdem est MSS. qui, ut hoc caput in plura diducerem, auctores exstitere, & certe sejungenda esse res ipsa loquitur, neque enim particulis cohærent, & titulus ita monebat, quem sæpe inspiciendum suadet Plinius junior: sunt enim & Viri illustres, tametsi capita nunc plura excurrant.

ARGUMENTUM.

Rem paucorum certatione finituri concurrunt trigemini Horatii & Curiatii. Fugam duobus Horatiis cæsis simulat, Curiatios vulneratos insequentes singulos interficit, sororem sponsi paludamento viso flentem occidit, apud duumviros condemnatur, ad populum provocat, patriis lacrymis condonatur, & expiatur Horatius.

5 QUUM inter Romanos & Albanos bellum fuisset exor-

exortum, ducibus [1] Hoſtilio & [2] Fufetio, placuit
rem paucorum [d] certatione finire. [3] Erant apud 6
Romanos trigemini Horatii, tres apud Albanos Cu-
riatii, quibus fœdere icto concurrentibus, ſtatim duo
Romanorum [4] ceciderunt, tres Albanorum vulnera-
ti. Unus [5] Horatius quamvis integer, quia tribus 7
impar erat, fugam ſimulavit, & [6] ſingulos per inter-
valla, [e] [7] ut vulnerum dolor patiebatur, inſequentes
interfecit. Et cum ſpoliis onuſtus rediret, ſoror 8
obviam habuit, quæ viſo [8] paludamento ſponſi ſui,
qui unus ex Curiatiis erat, flere cœpit: frater eam
occidit. [9] Qua re apud [10] Duumviros [11] condemna- 9
tus,

d Vulg. certamine, *ut & infr.*

e Vul. ut vulnerum erat dolor interf.

ANNA.

1 *Hoſtilio.*] Tullo *Hoſtilio* Romanorum Rege.

2 *Fufetio.*] Metio *Fufetio* Albanorum duce.

3 *Erant apud Romanos.*] Livius lib. 1. cap. 24. *Horatios Curiatioſque fuiſſe ſatis conſtat, nec ferme res antiqua alia eſt nobilior. Tamen in re tam clara nominum error manet; utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint. auctores utroque trahunt: Plures tamen invenio qui Romanos Horatios vocent. Hos ut ſequar inclinat animus.*

SCHOTTUS.

4 *Ceciderunt.*] Agrippinenſe exemplum *ceciderant* legit.

5 *Oratius.*] Perpetuo ſine ſpiritu Agrippinenſe exemplum.

ANNA.

6 *Singulos per intervalla.*] Hinc intelligendus Florus lib. 1. cap. 3. *Qui ſupererat Horatius, addito ad virtutem dolo, ut diſtraheret hoſtem, ſimulat fugam, ſinguloſque, prout ſequi poterant, adortus exſuperat.* Idem Livius infra §. 7.

SCHOTTUS.

7 *Ut vulnerum erat dolor, interfecit.*] Mendum haud dubie latet. Repoſui igitur conſentientibus ſcriptis omnibus vocem hactenus exſulantem, quomodo plenior & concinnior lectio eſt: *ut vulnerum dolor patiebatur, inſequentes interfecit.* Vox una alteram ſua ſede deturbavit, quod utraque ab eadem præpoſitione inchoaretur; & vero τὸ *inſequentes* omnino ad ſenſum facit. Livius denique, unde hæc tralata ſunt, iiſdem pæne verbis: *Ergo, ut ſegregaret pugnam eorum, capeſſit fugam ita ratus ſequuturos, ut quemque vulnere affectum corpus ſineret.*

ANNA.

8 *Paludamento.*] *Paludamentum* veſtis Imperatoria colore croceo, interdum etiam albo, cujus duo extrema longitudinis utrinque anguſta erant imis latioribus. Aliquando etiam *paludamentum* milites gerebant. *Salluſtius.*

SCHOTTUS.

9 *Quare.*] vel *Qua re*, libri omnes MSS. quod probo. Non itaque *Qui.*

MACHANEUS.

10 *Duumviros.*] Subaudi capitalium rerum.

ANNA.

10 Quos ea cauſa tunc primum Tullus creavit.

SCHOTTUS.

11 *Condemnatus.*] Horatius parricidii eſt, ut Feſtus ait: vel cædis reus fuit, ut Halicarnaſſeus, non perduellionis, ut Patavinus: quem multi ingenioſe excuſant, Turnebus lib. XVII. cap. 7. & 24. Adverſ. Jacobus Ræyardus ad leges

XII.

tus, ad [12] populum provocavit: ubi * [13] patriis lacrymis condonatus, [14] ab eo [15] expiandi gratia sub [16] tigillum missus, quod nunc quoque viæ [17] suppositum, Sororium appellatur.

* *Vulg.* patris. *De Tigillo Festus Pompejus:*

XII. cap. 27. & Paullus Manutius lib. de legibus. Reprehendit vero Sigonius ut improprie loquutum Livium lib. II. cap. 18. de antiquo jure civium Romanorum. Et o Ulpianus ad l. Jul. mai: *perduellionis reum appellat, qui hostili animo adversus R. P. vel principem animatur.* Catellianus Cotta vir doctissimus perduellionis re- dictos putat, quia a duorum judicio judicabantur hi, qui majora crimina perpetrabant. Quod Horatii nostri demonstratur exemplo, qui ad II. Viros ea causa primum creatos a Rege remittitur, a quibus rursus provocare licebat. declarat hoc Cicero oratione pro Rabirio perduellionis reo.

12 *Populum provocavit.*] Sine præpositione habent libri MSS. sed haud scio an ferri debeat. Certe in Poplicola, *ad populum* diserte ait. Cicero I. de Republ. apud Senecam lib. XIX. epist. provocationem ait ad populum etiam a Regibus fuisse.

13 *Patris lacrymis.*] Venustius Mediolanensis *patriis.*

GRUTERUS.

13 Eorum, quibus veniam delictorum impetrarunt sui *parentes*, exempla multa cumulavi ad illa Taciti lib. XVI. Annal. cap. 33. *Montanus patri concessus est.*

ANNA.

14 *Ab eo.*] Liv. I. 26. *Ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, transmisso per viam tigillo, capite adoperto, velut sub jugum misit juvenem. Id hodie quoque publice semper refectum manet: sororium tigillum vocant.*

15 *Expiandi.*] Nota passive positum, ut apud Virgilium, *Penuria edendi.*

MACHANEUS.

Tigillum.] Jugum erat, scribente Dionysio, quo duo *tigilla* recta defigebant, & tertium super duobus illis transversum imponebant. Sub illo capite adoperto, velut sub jugo juvenem misit: ut a cæde sororia expiaretur.

ANNA.

16 *Consecratisque ibi aris Junoni Sororiæ & Jano Curiatio, liberatus omni noxia sceleris est, auguriis approbantibus. Ex quo sororium id tigillum est appellatum.* Festus. In regione IV. ponit P. Victor.

SCHOTTUS.

17 *Suppositum.*] Apographon Pulmanni *suprapositum* præfert. Nihil tamen demuto, judicent Aristarchi.

ANNA.

17 Lege *superpositum*, Ratio & auctoritas probant.

ARGUMENTUM.

Vejentes & Fidenates adversum Romanos incitat, belli fortunam sequuturus aciem in collem subducit, quadrigis religatur, & in diversa distrahitur Metius Fufetius.

10 METIUS Fufetius Dux Albanorum, cum se invidiosum apud civeis videret, quod bellum sola

ſola trigeminorum certatione finiſſet, [1] ut rem cor-
rigeret, Vejentes & Fidenates adverſum Roma-
nos incitavit. [2] Ipſe ab Tullo in auxilium [3] ar- 11
ceſſitus, aciem in collem ſubduxit, ut fortunam
4 (belli *f* experiretur ac) ſequeretur. Qua re Tul- 12
lus intellecta, [5] magna voce ait, ſuo illud juſſu Me-
tium facere. [6] Quare hoſtes territi [7] victique ſunt.
Poſtera die Metius, cum ad gratulandum Tullo veniſ- 13
ſet, [8] juſſu [9] ipſius [10] quadrigis religatus, & in
verſa [11] *g* diſtractus eſt.

f absunt a MSS.

g Varro de vita pop. Rom. I. apud Nonium Distrahere,

SCHOTTUS.

1 *Ut rem mitigaret.*] Abeſt a libris noſtris antiquis.

ANNA.

2 *Ipſe ab Tullo in auxilium.*] Ex fœdere, quod cum Albanis ictum fuerat, cum trigemini pugnavere. Hinc Florus lib. I. cap. 3. *Nec diu in fide Albanus, nam Fidenate bello miſſi in auxilium ex fœdere, medii inter duos expectavere fortunam.*

SCHOTTUS.

3 *Arceſſitus.*] Scripſi ex MSC. meo, & eſt ab *arcio* deflexum, quod *accio* antiquitus ſignificabat, teſte Priſciano. Diomedes vero lib. I. cap. 4. ab *arceo* deducit, quod alium accuſare a moleſtiis *arcere* ſit. Dionyſius Lambinus tamen non veretur Latinum eſſe negare, *Accerſo* pro evoco, contra Diomedem lib. I. Soſipatrem lib. III. & Scaurum cæteroſque literatores antiquos.

4 *Belli experiretur ac.*] Redundant ex libris omnibus manuſſ. Pariſienſi & Colonienſi: nec dubito quin aliunde inculcata ſint. Livius enim totidem pæne verbis: *Conſilium*, inquit, *erat qua fortuna rem daret, ea inclinare vires.*

GRUTERUS.

4 Plane redundant, ideoque expungan , manuſcriptis volentibus o os conſuluit Schottus, item Pal nis noſtris duobus, quorum ter deſtituitur præterea illo *belli*.

ANNA.

5 *Magna voce ait.*] Scilicet ut ſuorum animos tolleret.

SCHOTTUS.

6 *Quare.*] Forte, *Eaque re.*

7 *Victique.*] MSS. *& victi ſunt.* Mediolanenſis *victi & territi ſunt.*

8 *Juſſu.*] Simile de Datami & Mithrobarzane ſtratagema eſt apud Corn Nepotem, Frontinum l. II. c. 7. Polyænum l. VII. Diodorum Siculum lib. XV. qui tamen diverſe narrant omnes.

9 *Ipſius.*] Mediolanenſis *Ejus.* ſed hoc non eſt tanti.

ANNA.

10 *Quadrigis.*] Duabus admotis *quadrigis*, in currus earum illigatum Metium, equis in diverſum concitatis diſtraxit.

SCHOTTUS.

11 *Diſtractus.*] Varro de vita populi Romani lib. I. *Metium Fufetium propter perfidiam interfecit pæne imperioſius quam humanius: Nam equis ad curriculum ex utraque parte deligatum diſtraxit.* Virg. VI. Æneid. *Turbatis diſtraxit equis*, &c.

CAPUT

CAPUT V.

ARGUMENTUM.

Latinos bello domat, urbi montes addit, oppido mœnia circumdat, ſilvas publicat, vectigal inſtituit, carcerem ædificat, Oſtiam coloniam deducit, jus feciale Romam transfert, & immatura morte præripitur Ancus Martius quartus Romanorum Rex.



I 1 ANCUS 2 Marcius Numæ 3 Pompilii 4 ex filia

SCHOTTUS.

1 *Cneus.*] Sic male ſcribitur in quibuſdam libris. *Ancus* enim dictus ἀπὸ τῦ ἀγκῶνος. i. incurvo cubito. Servius in Æneid. VI. Natus autem error, quod initio capitum litera prima omitti ſolet, vacuumque ſpatium habere, in quo minio depingi poſſet: hinc & c in ſecundam vocalem affinem commigravit, ut vocem literis daret.

2 *Marcius.*] Per c non per Tau ſcribi plurimi ante me jampridem docuerunt.

3 *Pompilii.*] In MSS. quibuſdam *Pomponii*, in aliis *Pomponis* eſt. Apud Senecam XIX. lib. epiſtolarum exſtat illud Ciceron. de Repub. I. *Duos Romanos Reges eſſe, quorum alter patrem non habet, alter matrem: nam de Servii matre dubitatur: Anci pater, Marcius Numæ nepos dicitur.* Andreas Patricius lacunam hærere in his Tullii verbis putat, quam ſic replere conatur: *Anci pater etiam ignoratur, niſi quod is Rex Ancus Marcius Numæ nepos dicitur.* Ex Livio lib. I. & Plutarcho initio Coriolani, ubi Sigonius & Hottomannus Græcam ſimiliter lectionem reſtituerunt. Hæc igitur genealogia ex Plutarcho elicitur.

M. Marcius Sabinus Numæ comes, dum Romam commigravit: ab eodem in Senatum lectus, & a Tullo Hoſtilio Rege III. de regno contendens victus mortem ſibi conſcivit. Hujus filius.

Numa Marcius, Numæ gener, primus pontifex maximus ab eo factus, a Tullo Rege Urbi præfectus. Corn. Tacitus lib. V. Uxorem habuit Pompiliam, Plutarchus in Numa. Idem tamen diſerte in libello de fortuna Romana ſorore Numæ natum ait quartum a Romulo Regem. Ergo legendum eſſet *ex ſorore nepos.*

Ancus Marcius Rex IV. Numæ Regis ex filia Pompilia nepos.

4 *Ex*

filia nepos, æquitate & religione avo similis, Latinos bello [a] domuit. [5] Aventinum & [b] Janiculum 2
monteis [6] urbi addidit. [7] Nova mœnia oppido circumdedit. [8] Silvas ad usum navium [9] publicavit.
[c] [10] Salinarum vectigal instituit. [11] Carcerem primus ædificavit. [12] Ostiam [13] coloniam, maritimis com- 3
meatibus opportunam, in ostia Tiberis [d] deduxit. [14] Jus 4
feciale,

a CXVII.
b & Murtium 3. *m. ss. legunt*, *vide Festum*,
linarium.
c al. Sa.
d CXXVII. *q. l.* in ostio Tib.

ANNA.

4 *Ex filia.*] Plutarchus *ex sorore*, sed Livius, Florus, aliique, *ex filia*.

SCHOTTUS.

5 *Aventinum & Janiculum.*] V. C. Metelli & Mediolanensis addit, *& Murcium*, quamvis alter per t scripserit. Agrippinensis corru e, *& Cursium*: quare addendu exiftimo, auctore Livio. Suspicari tamen subit scripsisse auctorem *Murcium & Janiculum*, ut *Aventinum* collem intelligat, qui a Veneris Murciæ sacello nomen accepit. Quam conjecturam meam a Sexto Pompejo lib. XI. de verborum significatione comprobari, post magna voluptate legi.

6 *Urbi.*] In Parisino vetustissimo codice amplius est, *Romanæ*.

7 *Nova mœnia oppido.*] urbi nimirum quadratæ a Romulo in Palatio exstructæ. Ennius apud Festum.

Et quis exstiterat Romæ regnare quadratæ.

ANNA.

7 Frustra equidem. Ancus Marcius muros, quos Romulus aratro designaverat, urbi circumduxit.

MACHANEUS.

8 *Silvas.*] Ut Mesiam, quam Vejentibus ademit.

ANNA.

9 *Publicavit.*] In *publicum* redegit, confiscavit.

MACHANEUS.

10 *Salina.*] Taberna est salis. Salinator exigens vectigal salis, unde Livio cognomentum, ut mox dicetur: hinc Salaria via, ac ipsum Salarium.

SCHOTTUS.

10 *Salinarium* Vascosanus excudit. Vide Plinium libro XXXI. cap. 7. Sed ho vectigal exactis Regibus sublat a, auctor Livius lib. II. ab U C. Plura infra cap. L. in Salatore.

ANNA.

11 *Carcerem.*] *Carcer ad terrorem increscentis audaciæ media urbe, imminens foro, ædificatur.* Livius.

SCHOTTUS.

12 *Ostiam.*] Scribo absque spiritu. Livius enim: *Et in ore Tiberis Ostia urbs condita*; & Dionysius lib. III. dictam esse ait quasi θύρ v. & mox veteres aliquot libri. *In Ostia Tiberis eduxit.* *Ostiam* Strabo libro quinto Geographiæ urbis Romæ navale appellat, quo Tiberis erumpit eam præterlabens. Ejus autem situm & Tiberis cursum ab urbe Roma usque in mare eleganter describit Procopius lib. I. de bello Gothico.

MACHANEUS.

13 *Coloniam.*] Id est, novos habitatores in eam colendam misit.

ANNA.

14 *Jus feciale.*] Quo *feciales* utebantur ad res repetundas & bellum indicendum. Cum enim bellum indicere volebant Romani, *fecialis* ad fines eorum, unde res repetebantur, ibat, & inde res repetebat: quod si non dederentur, post tertium & trigesimum diem, bellum indicebat & hastam ferratam aut sanguineam in fines eorum emittebat. Vide Liv. lib. I. cap. 32.

SCHOTTUS.

14 De rebus repetundis, belloque

feciale, quo legati ad res [15] repetundas uterentur, ab [16] Æquiculis [17] transtulit: quod primus fertur [e] [18] Rhesus excogitasse. His rebus intra [19] paucos dies confectis, immatura morte [f] præreptus, non potuit [20] præstare, qualem promiserat Regem.

e Vulg. Hesus.
f CXXXVII. *Imper.* XXIV.

quæ indicendo ad Numam refert Plutarchus Camillo.

15 *Repetundas.*] audacter scripsi MSP. librorum fidem consensumque sequutus.

SCHOTTTS.

16 *Æquiculis.*] Etiam audacter scripsi eorundem MSS. librorum fidem sequutus.

ANNA.

16 *Æquiculis.*] In Latio qui *Æqui* etiam dicti sunt. Antiquam gentem vocat Livius.

GRUTERUS.

17 *Transtulit.*] Usitatissima res Romanis, aliorum bona imitari. unde de eis Polybius libro VI. cap. 23. f. Ἀγαθοὶ γὰρ, εἰ καί τινες ἕτεροι, μεταλαβεῖν ἔθη, καὶ ζηλῶσαι τὸ βέλτιον Ῥωμαῖοι. de quo more non pauca nobis dicta ad illa Claudii Imp. apud Tacitum lib. XI. cap. 24. *Majores mei hortantur, ut paribus consiliis Rempublicam capessam, transferendo huc quod usquam egregium fuerit.*

ANNA.

18 *Rhesus.*] Temporibus Trojanis. Sed nescio unde hæc noster. *Rhesus* Strymonis fluvii & Terpsichoræ Musæ filius fuit. Vulgati habent *Hesus.*

SCHOTTUS.

18 *Rhesum* ex Metelli archetypo appello, quem vulgati *Hesum.* Titius Probus, vel potius Julius Paris in Epitoma Valerii de prænominibus *Sertorem Resium* nuncupat. Periculosa imprimis in peregrinis nominibus conjectura, quia incert[…] idcirco MSS. codices nostros sequor, dum certiora adferantur. Nec enim me fugit quo in numero auctor ille esse debeat.

19 *Paucos dies.*] *Annos* potius. Ennius:

Postquam lumina sis oculis bonus
Ancus reliquit.

Idem II. Annal. de Ostia colonia, apud Festum in *Quæso.*

20 *Præstare Regem.*] Parisinus, nisi mendosus codex est, *patrare* habet, quod an recte habeat aliorum esto judicium.

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

In Etruriam commigrat, Romam petit, regnum, quod aquila portenderat, intercipit, patres legit, equitum centurias duplicat, bello Latinos domat, circum ædificat, ludos instituit, de Sabinis & Latinis triumphat, Urbi murum circumdat, filium prætexta & bulla donat, ab Anci liberis interficitur Lucius Tarquinius Priscus quintus Romanorum Rex.

LUCIUS Tarquinius Priscus, [a] [2] Damarati Corinthii

a Vulg. Lucumo Græci Demarathi filius, Corinthi

MACHANEUS.

Lucius Tarquinius.] Tarquinius profugus suasu uxoris primo Romam migravit.

tyr. fug. *Depravate pro* Corinthi *alii* Cypseli. *Vide Notas.* *b Vulg.* profugus. *τὸ* urbe *ex ora in ordinem iri essit.*

rinthii filius, ejus qui [3] Cypseli [4] tyrannidem fugiens, in Etruriam commigravit. Ipse [5] Lucumo 2
dictus, urbe [6] Tarquiniis [b] [7] profectus Romam petiit. Advenienti [8] aquila pileum [9] sustulit: & cum 3
alte subvolasset, reposuit. Tanaquil [10] conjux, [11] au- 4
guriorum

SCHOTTUS.

2 *Græci Demarathi filius, Corinthi tyrannidem fugiens.*] Hæc ea lectio, quam Colinæus & Aldus ipse in vulgus ediderunt. Vascosanus melius, *Demarathi Corinthii filius tyrannidem fugiens.* Nondum vere tamen. MSS. nos ad germanam lectionem manu duxerunt, *Demarati Corinthii filius ejus qui Cypseli tyrannidem fugiens.* A quibus Parisinus nihil evariat, nisi quod *Damarati* rectius scribat. [M]ediolanensis non admodum diversus abit: *Demarati filius qui Corintho tyrannidem fugiens.* Labor igitur ut *Lucumo*, & *Græci* ex ora in contextum importune irrepsisse certe credam. nam mox ait Lucumonem dictum: & si Corinthii filius, ergo & Græci: nisi forte in Africam terræ motu Corinthus tralata est: Livius nobiscum facit: *Damarati*, inquit, *Corinthii filius erat, qui ob seditiones domo profugus*, &c. Et Plinius lib. XXXV. cap. 3. unde quidam falso Nepotem Cornelium hujus libelli auctorem facere conantur, ut alibi admonui. *Cleophantum*, inquit, *Corinthium tradit Cornelius Nepos sequutum in Italiam Damaratum Tarquinii Romani Regis patrem, fugientem a Corintho injurias Cypseli tyranni.* Vulgata sane lectio ferri non potest, tum quia mutilum, tum quia falsum sensum habet: *Damaratum* enim Lacedæmoniorum ducem etiam significare videtur, qui Athenis exsulans in patriam impius fuit. Herodotus lib. V. Paullus Orosius lib. II. cap. 9.

3 *Cypselus.*] a κυψέλη dictus: in cistula enim, cum de ejus morte ageretur, delituit. Vide Pausaniam in Corinthiacis, Lucianum in Lexiphane & Suidam. Eundem, nisi fallor, Eusebius in Chronicis Byzantium condidisse ait, Olympiadis XXX. anno quarto, post Romam conditam 96.

ANNA.

4 *Tyrannidem.*] Hanc invasit Cypselus, circa Olympiadem 32. id est, ante Christum natum 653. Damaratus autem Corintho abiit anno ante Christum natum 630.

SCHOTTUS.

5 *Lucumo.*] De *Lucumonis* significatione vide Ausonianas lectiones Josephi Scaligeri Europæ phœnicis.

ANNA.

6 *Tarquiniis.*] Urbe Tusciæ ad Laertem fluvium juxta Aruntes Veteres. Vide Justinum.

SCHOTTUS.

7 *Profectus.*] MSS. nostri summo consensu, quod placet; de filio enim, non de patre Demarato sermo. Valer. lib. III. cap. 6. legendus, qui a Stephano Pighio est emendatus. Vulgati male *profugus*, vel, ut Gryphius, *profugit*, præter historiæ veritatem: nam in malam fere partem accipitur.

MACHANEUS.

8 De *Aquila.*] Regina avium augurium faciente plura apud Plinium libro X. invenies.

SCHOTTUS.

8 Simile de *aquila* prodigium refert Ælius Lampridius in vita Antonini Diadumeni.

9 In *sustulit.*] Varia scriptura in veteribus libris. Parisinus *subtulit.* Mediolanensis & Coloniensis *substulit.*

10 *Conjux.*] Colinæus excudit, non male: sic & lapides frequenter, nam *conjugis* obliqui habent.

ANNA.

11 *Auguriorum perita.*] Ut vulgo

5 guriorum perita, regnum ei portendi intellexit. Tarquinius [12] pecunia & industria dignitatem, atque etiam Anci Regis familiaritatem consequutus est. A quo tutor liberis relictus, [13] regnum intercepit, & ita administravit, quasi [14] jure adeptus [15] fuisset.
6 [16] Centum Patres in Curiam legit, qui [17] minorum gen-

go Etrusci. Livius. Etrusca enim erat Tanaquil.

12 *Pecunia & industria.*] *Eum enim*, ait Livius, *Romanis conspicuum novitas divitiæque faciebant, & ipse quoque fortunam benigno alloquio, comitate invitandi, beneficiisque, quos poterat, sibi conciliando adjuvabat*, &c. *Notitiamque eam brevi apud Regem, liberaliter dextreque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat jura.*

13 *Regnum intercepit.*] Imo eum ingenti consensu populus omanus regnare jussit.

SCHOTTUS.

14 *Jure.*] Sic de Servio Tullio L. Annæus Florus, sive is Seneca est. Atqui Priscus populi jussu, & patrum auctoritate, & auspicato Rex creatus est; nec erat regnum Romanum hæreditarium, quamvis Dionysius sic sæpe vocet.

GRUTERUS.

14 Ita de Servio Tullio Florus libro I. cap. 6. *Substitutus in locum Regis quasi ad tempus, regnum dolo partum sic egit industrie, ut jure adeptus videretur.* Neuter autem *jure* adeptus regnum, quamvis uterque demum jussu populi, patrumque voluntate regnaverit; quod alter clam irrepserit in regnum; & Patres eum, non tam ultro videri queant elegisse, quam coacti: prior vero & ambitiose regnum petiit, & ab eo fraudulenter exclusit liberos Anci, pupillos suos; qui certe Tarquinio præferri debebant (etiamsi regnum Romanum minime erat hæreditarium) ob merita parentis sui M. Anci; quemadmodum & ipse Ancus Tullo Regi successit, non tam meritis propriis spectatus, quam subnixus memoria avi sui Numæ. Egregie Seneca libro IV. de Benef. cap. 30. *Non sine ratione sacra est magnarum virtutum memoria: & esse plures bonos juvat, si gratia bonorum non cum ipsis cadat*, &c. Verum nos de hac prærogativa non protrita ad Taciti lib. III. Histor cap. 86. *L. Vitellius consulatum, sacerdotia, nomen locumque inter primores, nulla sua industria, sed cuncta patris claritudine adeptus.*

SCHOTTUS.

15 *Fuisset.*] Mediolanensis *foret*.

16 *Centum Patres.*] Livius: *Priscus centum in Patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati.* *Deinde*, id est, a L. Bruto, ex Tacito libro XI. P. Pithœus libro II. Subseciv. lect. cap. 7.

ANNA.

16 Sic trecentos Senatores Roma habuit.

SCHOTTUS.

17 *Minorum gentium.*] A Bruto quoque hoc nomine appellatos, & adlectos ferunt, ut Tacitus lib. XI. Annalium, nisi mutilum locum cum Ludovico Vive dicamus, apud G. Canterum lib. II. cap. 24. Novarum. Vide Pet. Pithœi subs. lib. II. cap. 7. & Val. Max. lib. II. cap. 4. Onuphrius Panvinus in Rom. sua, patres istos Dialecticorum speciei subalternæ seu intermediæ comparare videtur, quem adi Commentariis in Fastos.

ANNA.

17 Nam ducentos priores majorum gentium Romulus appellavit.

tium ſunt appellati. [18] Equitum centurias [19] nu- 7
mero duplicavit : [20] nomina mutare non potuit,
[21] Accii Navii auguris auctoritate deterritus ; qui fi-
dem artis ſuæ [22] novacula & cote firmavit. La- 8
tinos bello domuit. [23] Circum maximum ædificavit.
[24] Ludos

SCHOTTUS.

18 *Equitum.*] Perturbata hæc, quæ ſic e Livio concinnanda. *Latinos bello domuit. Circum maximum ædificavit. Ludos magnos inſtituit. Muro lapideo urbem circumdare paranti bellum Sabinum intervenit. Equitum centurias*, &c. *de Sabinis & Priſcis Latinis triumphavit. Filium XIII. annorum* &c.

ANNA.

19 *Numero duplicavit.*] Livius lib. 1. *Numero* (centuriarum) *alterum tantum adjecit, ut mille & octingenti equites in tribus centuriis eſſent. Poſteriores modo ſub iiſdem nominibus, qui additi erant, appellati ſunt : quas nunc, quia geminatæ ſunt, ſex vocant centurias.* Optime igitur noſter, *centurias numero duplicavit.* Ut & Florus : *centuriis tribus auxit.* Ibi enim Florus tribus vocat quas noſter centurias ; quem locum minus bene olim ſum interpretata, ut nunc tandem percipio ex notis, quas eruditiſſimus omnique politiori doctrina cumulatiſſimus Joannes Georgius Grævius in Florum edidit, mihi earum exemplar benigne tranſmiſit. Notavit enim vir doctiſſimus Florum centuriis tribuum nomen dediſſe ; quia cum Romulus omnem populum deſcripſiſſet in tres tribus, & ex ſingula tribu ſelegiſſet centuriam equitum, ſequenti tempeſtate nomina tribuum centuriis adhæſerunt, & Luceres, Ramnenſes, Tatienſes dictæ ſunt equitum centuriæ. Cum autem dicit Victor Tarquinium Priſcum centurias *numero duplicaſſe*, illud ita intelligendum non eſt, ut tribus illis centuriis a Romulo inſtitutis tres alteras addiderit, illud enim tantum cogitavit ; ſed relicto trium veterum centuriarum *numero*, capita tantum duplicaſſe, ut ſingulæ, quæ trecentorum hominum eſſent, ſexcentorum hominum fierent. Et ita pro nongentis, mille & octingenti equites in tribus centuriis eſſent. Ut ſupra Livius.

20 *Nomina mutare non potuit.*] Centurias enim ſuas ſuo inſignes *nomine* relinquere decreverat Tarquinius.

SCHOTTUS.

20 *Duplicare* Pariſinus, non improbo.

21 *Acii Navii.*] Omnes pæne libri veteres hic evariant : manuſſ. *Attii Nevii.* Excuſi quidam *Accii Nevii*, alii *Actii Nævii.* Plinius lib. 34. cap. 5. Nat. hiſt. *Accium Navium* vocat. Val. Max. lib. 1. cap. 4. *Decium Accium Navum.* Quare legendum *Attium Navum.* Dionyſius vero libro. III. *Navium Accium* appellat, ut illud nomen, hoc cognomen ſit.

ANNA.

22 *Novacula.*] Quia interrogatus a Rege, *fieri-ne poſſet quod ipſe mente conceperat ; ille rem expertus augurio, poſſe reſpondit.* Cui Accius fortiter contradixit, hoc colore, quod cum omnia Romulus auſpicato geſſerit, neque mutari, neque novum conſtitui, niſi aves addixiſſent, poſſe. *Atqui hoc, inquit, agitabam an cotem illam ſecare novacula* poſſem, tum ille, *potes ergo, inquit, & ſecuit.*

23 *Circum maximum.*] *Tunc primum circo, qui nunc maximus dicitur, deſignatus locus eſt.* Livius.

MACHANEUS.

23 Dictus eſt circus, quod in circum ſpectaculis ædificatus eſt, quod ibi ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt in circum. Horatius :

Meta-

[24] Ludos magnos instituit. De Sabinis & [25] Priscis Latinis [c] triumphavit. [26] Murum lapideum [27] urbi c CLXXI.
9 circumcedit. Filium XIII. annorum, quod in prœlio hostem percussisset, [28] prætexta & [29] bulla donavit: unde hæc ingenuorum puerorum insignia esse cœperunt.
10 Post ab Anci liberis, [30] immissis percussoribus, [d] per dolum [e] [31] regia excitus & interfectus est. d CLXXV. Imp. XXXVIII. e Sic MSS. 2. vulg. regno exutus.

Metaque fervidis
Evitata rotis.

SCHOTTUS.

24 *Ludos magnos.*] *Magnos* in Parisiensi male desideratur.

ANNA.

24 Sunt & Romani dicti. Livius: *Ludicrum fuit, equi pugilesque ex Etruria maxime acciti, sollennes deinde annui mansere ludi, Romani magnique varie appellati. Magni* autem, quod *magnis* Diis Ju[…]noni, & Minervæ fieren[t].

25 *Priscis Latinis.*] Nam triplex fuit Latium. *Prisci* autem *Latini* appellati, qui in colonias a Latino Silvio deducti sunt.

26 *Murum lapideum.*] Cujus exordium bello Sabino turbatum fuerat, devictis Sabinis perfectus fuit.

SCHOTTUS.

27 *Urbi.*] *Romanæ*, plenius Parisinus, ut in Anco Marcio.

MACHANEUS.

28 *Prætexta.*] Toga erat, quæ limbo purpureo prætexebatur puerorum. Juvenalis,

Et prætextatos referunt Artaxata mores.

Etsi etiam magistratuum esset.

29 *Bulla.*] Insigne erat impendens rotundum, ad similitudinem ejus *bullæ*, quæ spiritu in aqua excitatur: Græci alexicacon nominant, Latine amuletum: nam ferebatur ad amoliendas artes magicas: quale tempestate nostra euangelium & coralium dicunt. Notum est verum illud adagium, *Homo bulla est.*

30 *Immissis percussoribus.*] Duobus pastoribus, qui in regiæ vestibulo, specie rixæ, & ad Regem introducti, dum intentus Rex in alterum audiendum se totus averteret, alter elatam securim, in capite dejecit, moribundumque Regem reliquit.

SCHOTTUS.

30 Parisiensis pro *percussoribus* legit *percussionibus.*

31 *Regno exutus & interfectus est.*] Hæc lectio non ab auctore profecta, sed primum a correctore, si dis placet, cusa, deinde excusa, veteri occupatione locum tenuit. Tu corrige ex fide MSS. *Regia excitus & interfectus est*, neque enim prius regno exutus, quam interfectus est: nec duo pastores regno exuere potuerunt: excire aula jurgiis suis & pugna potuerunt. Credo igitur ad dirimendam litem forte exiisse: quamquam aliter nonnihil Livius.

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

In Tarquinii domo educatur, imperium, quod ei flammæ species caput ejus amplexa portenderat, recte administrat, Etruscos domat, colles... urbi addit, aggerem fossasque facit, populum

lum in tribus, plebi annonam distribuit, mensuras... constituit, Dianæ Ephesiæ ædem ædificat Servius Tullius sextus Romanorum Rex, & bovem immolat quidam Latinus.

a MSS. 2. Spurl *vel* Tullii Cornicularii & Ocretiæ, *a* Ocratiæ. *Vide Festum in Nothus.*

1 SERVIUS[2] Tullius[a] [3] P.[4] Corniculani, &[5] Ocrisiæ[6] captivæ filius, cum in domo Tarquinii Prisci educaretur,[7] flammæ species caput ejus amplexa I

MACHANEUS.

1 *Servius.*] Quasi *serviens* eum peperit.

SCHOTTUS.

2 *Tullius.*] MSS. *Tullus* perpetuo scribunt, sed corrupte: fuit enim tertii regis prænomen, & Dionysius lib. IV. hoc nomen a patre tulisse Servium auctor est.

3 In *Publio.*] Omnes pæne, quis usus sum, libri mire variant; S pro *Publii* Mediolanensis præfert *Tullii.* Nec desunt qui *T.* hoc est *Titi*, scribendum putarint. Scripta vero lectio *Spuri.*

ANNA.

4 *Corniculani.*] Ab urbe *Corniculo*, in qua princeps fuit.

SCHOTTUS.

4 Scripta lectio *Cornicularii.*

5 *Ocrisiæ.*] Scripta lectio *Ocreatiæ*, a quo Parisinus nihil evariat, nisi quod *Ocreætiæ* scribat, ut & Mediolanensis. Verum Lugdunensis *Ocresiæ*, ut & Inscriptio vetus, quæ illic visitur; *Occrisiæ* Coloniensis. Vidi qui & *Ocratiæ* scriberent. Sed hanc a librariis pro arbitratu cujusque factam mutationem minime mirandum, præsertim in nomine aliunde in urbem advecto, & servæ mulieris, unde Rex nomen acceperit. Festus etiam in Nothum, *Oclisiam Corniculanam captivam* vocat. ad quem locum consulendi docti interpretes. Exstat hodieque Lugduni tabula ærea, cujus exemplum amicissimus Lipsius mecum communicavit: quamobrem, quod illustrandæ rei sit, non pigebit adscribere.

SERVIUS. TULLIUS. SI. NOSTROS. SEQUIMUR. CAPTIVA. NATUS. OCRESIA. SI. TUSCOS. CÆLI. QUONDAM. VIVENNÆ. SODALIS. FIDELISSIMUS. OMNIS. Q. EJUS. CASUS. COMES. POSTQUAM. VARIA. FORTUNA. EXACTUS. CUM. OMNIBUS. RELIQUIS. CÆLIANI. EXERCITUS. ETRURIA. EXCESSIT. MONTEM. CÆLIUM. OCCUPAVIT. ET. A. DUCE. SUO. CÆLIO. ITA. APPELLATUS. EST. MUTATO. Q. NOMINE. NAM. TUSCE. MASTARNA. EI. NOMEN. ERAT. ITA. APPELLATUS. EST. UT. DIXI.

ANNA.

6 *Captivæ.*] *Servam* vocat etiam Florus cap. 6. Vide quæ apud eum notavimus.

SCHOTTUS.

7 *Flammæ species.*] Talia apud Maronem prodigia. De Julo II. Æn. v. 681.

Ecce levis summo de vertice visus Juli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.

De Lavinia lib. VII. Æn. v. 73.

Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari;

Rega-

2 plexa est. Hoc [b] [8] viso Tanaquil summam ei digni- *b visu v. c.*
3 tatem portendi [9] intellexit. Conjugi suasit ut ita eum,
4 [10] ut liberos suos, educaret. Cumque adolevisset, [11] gener a Tarquinio assumptus est: Et cum Rex occisus esset, [12] Tanaquil (ex [13] altiore loco) ad populum [14] despiciens, ait Priscum [15] Tarquinium gravi quidem, sed non letali vulnere accepto, petere ut interim dum convalescit, [16] Servio Tullio [17] [c] dicto
5 [18] audientes essent. Servius Tullius [19] quasi precario regnare cœpit: sed recte imperium administravit. [20] Etruscos

c dicto, ex MSS. al. dicto obaud. & mox fort. Ita Servius Tull.

Regalesque accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis, &c.

MACHANEUS.

7 Quæ illo experrecto cum somno evanuit: ita fastigium vidit futurum ostendens, ut ignis pyramidalis esse solet.

ANNA.

7 Vide quæ apud Florum dicta sunt cap. 6.

SCHOTTUS.

8 *Viso.*] *Visu* Mediolanensis.
9 Pro *intellexit.*] *intelligit* Agrippinensis codex.

ANNA.

10 *Ut liberos suos educaret.*] Id uno verbo Latine dicitur *liberaliter educare*.

MACHANEUS.

11 *Gener a Tarquinio assumptus.*] Ob ejus virtutes bellicas.
12 *Tanaquil.*] Regiam claudi jubet, arbitros ejecit, simulat Regem vivere, interim generum adhortatur, ut capessat regnum.

SCHOTTUS.

13 *Ex Altiore loco.*] Hæc Parisino desunt & recte fortasse, nam *despicere*, deorsum videre est. Non dissimulabo, MSC. quendam *ex altiori* simpliciter legisse.

ANNA.

13 *Ex superiore parte ædium per fenestras in novam viam versas (habitabat enim Rex ad Jovis Statoris) populum Tanaquil alloquitur.* Livius.

SCHOTTUS.

14 *Despiciens.*] Quidam *respiciens* legit, male.
15 Vox *Tarquinium.*] ex MSC. quodam superat.
16 *Servio Tullio.*] In T. Livii corrupte est *Servii Tullii dicto audientes essent* pro *Servio Tullio*, ut & B. Rhenanus admonuit.

ANNA.

17 *Dicto.*] id est, *imperio*. Inde *Dictator*. Et Virgil. Æneid. VI.
Hic ego, namque tuas sortes arcanaque fata
Dicta meæ genti ponam.
Ubi *dicta* nihil aliud significant quam summum imperium.

SCHOTTUS.

18 *Audientes essent.*]. Antiqua lectio *dicto audientes essent* auctior & verior: alius MSC. *dicto obaudien. essent.*

MACHANEUS.

19 *Quasi precario.*] Nam alia ipse decernebat, de aliquibus Regem consulturum se fingebat.

SCHOTTUS.

20 *Etruscos.*] Rursum perturbatus ordo, quem Johannes Gregonius sic reponendum putavit, Livii auctoritatem sequutus. *Etruscos sæpe domuit: populum in quatuor tribus distribuit, classes centuriasque, mensuras, & pondera constituit. Collem Quirinalem & Viminalem, & Esquilias urbi addidit. Aggerem fossasque fecit, ac post plebi*

d CLXXIX.
e XXCVI. *Poſt* ac foſſam *q. l.*
f CXXCVII. *Male hæc vulgo interpunguntur.*

[20] Etruſcos ſæpe [d] domuit: [21] collem [22] Quirinalem 6
& [23] Viminalem & [24] Eſquilias [25] urbi [e] addidit:
[26] Aggerem, foſſaſque fecit. Populum in quatuor 7
[27] tribus [f] diſtribuit, ac poſt [28] plebi diſtribuit annonam: menſuras, pondera, [29] claſſes, centuriaſque

bi diſtribuit annonam. Latinorum populis, &c. Nihil tamen muto fretus MSS. libris.

ANNA.

21 *Collem.*] Livius lib. I. cap. 44. *Addit duos colles, Quirinalem Viminalemque. Inde deinceps auget Eſquilias. Ibique ipſe, ut loco dignitas fieret habitat.* Ubi legendum videtur. *Inde deinceps auget Eſquiliis*, Id ratio & auctoritas ſuadent. *Addit*, inquit *ubi collem Viminalem & Quirinalem, Inde deinceps* urbem *auget Eſquiliis.*

MACHANEUS.

22 *Quirinalem.*] Varro. *Collis Quirinalis, ubi Curi Quirini fanum, eſt a Quiritibus, qui cum Tatio Curibus venerunt Romam, quod ibi caſtra habuerunt. Hoc vocabulo cunctarum regionum nomen, ni fallor, obtinuit.*

23 *Viminalem.*] Varro: *Viminalis, a Jove Viminio, quod ibi aræ ſunt, ubi vimina nata fuerunt.*

24 *Exquilias.*] Quæ ſunt dictæ ab *excubiis*, quæ ibi fiebant. Conſtat poſt eum, (Dionyſio teſte) urbem non amplius auctam.

SCHOTTUS.

24 Hæc in Pariſino aberant. Scribendum autem per ſ. tametſi ab *excubiis* vox ipſa defluxerit, quod melioris ſoni gratia x. in s. migraverit. Sic & Mediolanenſis impreſſerat.

ANNA.

24 *Excubinus*, primum dictus poſtea mutata pronuntiatione *Exquilinus*: Et melioris ſoni gratia *Eſquilinus*, & a Poetis *Eſquilius.*

SCHOTTUS.

25 *Urbi.*] Hunc ambitum libri quidam varie legebant: MSC. unus: *& Eſquilias urbi diſtribuit, Annonam, menſuras, pondera*, &c. reliquis omiſſis: non placet. Agrippinenſis nihil hic præter mittebat.

ANNA.

26 *Aggerem foſſaſque fecit.*] *Aggere & foſſis & muro circumdat urbem, ita pomœrium profert.* Livius.

SCHOTTUS.

26 Mediolanenſis legit: *aggeremque ac foſſas.*

MACHANEUS.

27 *Tribus.*] A tributo ſolvendo.

ANNA.

27 *Tribus* urbanas intellige: quippe iam enim urbe diviſa regionibus collibuſque, quæ habitabantur partes, *tribus* eas appellavit. Fuere autem *Palatina, Eſquilina, Suburrana, Collina.* Idem etiam totum agrum diviſit in partes viginti ſex, quas & *tribus* ruſticas appellavit, ita ut quatuor ſuperioribus urbanis additis, omnes numerum triginta *tribuum* efficerent.

SCHOTTUS.

28 *Plebi.*] Agrippinenſis *plebem*, non *plebi* legit, ut populum a *plebe* diſtinxiſſe videatur, ut apud A. Gellium Capito lib. X. cap. 20. *Populum in quatuor tribus diſtribuit ac poſt plebem. Annonam, menſuras* &c. Nihil tamen demuto, quod recepta ſcriptura ſententiam idoneam habeat.

ANNA.

29 *Claßes centuriaſque.*] Sex *claſſes* fuere, quibus continebantur *centuriæ* centum nonaginta tres. Prima quidem *claſſe* conflata ex equitibus & peditibus, nonaginta octo *centuriæ*: Secunda *claſſe* viginti & duæ una cum opificibus. Tertia, viginti & duæ *centuriæ* adjunctis tubicinibus, & cornicinibus: Quarta *claſſe* viginti *centuriæ*; Quinta *claſſe* triginta *centuriæ*: Sexta & ultima

8 que constituit. (Primus omnium [30] censum [g] ordinavit, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat:) [31] Latinorum populis persuasit, ut exemplo [32] eorum qui [33] Dianæ [34] Ephesiæ ædem fecissent, & ipsi æ-
10 dem Dianæ in [35] Aventin ædificarent: Quo [h] [36] facto, bos [37] cuidam [38] Latino miræ magnitudinis nata, & responsum somnio datum, eum populum summam imperii habiturum, [39] [i] cujus civis [40] bovem illam [41] immo-

g Ex *MSS.* *addidi de Censu.*

h Quo effecto, bos quædam *m. s.*

i *Vulg.* qui prius.

ultima tota constante ex civibus egenis unica *centuria*. Vid. Halicarnass. lib. IV. cap. 2. qui hæc omnia distinctissime tradidit. Sic igitur singulas *classes* in *centurias* digessit. Hinc *centuriata* comitia, in quibus populus *centuriatim* conveniebat, & suffragia ferebat.

SCHOTTUS.

30 *Censum ordinavit.*] Per[illegible] hanc ex MSS. tribus adjec[illegible] & vero omissus *Census* in vulga[illegible]s temere videbatur. *Censa* sunt autem civium capita millia LXXX. eorum qui arma ferre poterant. Fabius Pictor apud Livium.

ANNA.

31 *Latinorum populis.*] Qui duodecim fuere.

32 *Eorum qui.*] Asianorum. Nam *Dianæ* templum communiter a civitatibus Asiæ factum fuit.

SCHOTTUS.

33 *Dianæ.*] Plinius lib. VII. Natur. histor. cap. 37. *Laudatus est Ctesiphon Gnosius, æde Ephesiæ Dianæ admirabiliter fabricata.* Ubi *Chersiphron* legendum ex Strabonis lib. XIV. ut & in Vitruvio lib. III. & VII. Vidit id Ferdinandus Pincianus, quem honoris causa libens nomino: atque utinam in omnes Plinii libros observationes ejus jam pridem, ut audio, excusæ in eruditorum hominum manus venire possent: quas in infelici terrarum angulo delitescentes quidam nobis invident. Profecto nulla, aut pauca ab eo spicilegia relicta esse non dubito, quantum ex specimine apud nostrates olim edito Antuerpiæ anno CIↃ. IↃ. XLVII. colligere potui.

MACHANEUS.

34 *Ephesiæ.*] Quod, Plinio teste, constructum fuit in *Epheso* urbe. Martialis.

Nec Triviæ templo molles laudenter honores.

35 *Aventinus.*] Vel ab *avibus*, vel ab *adventu* hominum, vel *Aventino* Rege dictus: varie enim dantur etymologiæ.

SCHOTTUS.

36 *Effecto.*] Malim *facto*, ut MSS. omnes.

37 *Cuidam.*] MSS. *quædam* præferunt.

38 *Latino.*] Livius autem lib. I. & Plutarchus Problem. V. *Sabinum*, non *Latinum* faciunt: hic etiam *Antronem Curatium* ex Varrone & Iuba Rege appellat: Ille vero antea *Latinos* semel iterumque nominat, qui templum exstruxerunt. Verum nihil hæc pugnant, quod *Sabinos* inter *Latinos* numerent.

39 *Qui prius.*] Sic vulgati omnes: sed magis est ut *cujus civis* legatur, cum ex MSS. auctoritate, tum quod Livius, quem noster religiose transcribit, iisdem his verbis usus sit, sitque sensus integrior & castior. Corrumpendi loci ansam dedere *cujus* & *civis* inter se linearum ductu affines voces.

ANNA.

40 *Bovem illam.*] Ratio & auctoritas probant legendum *bovem illam Dianæ immolasset.* Audi Livium: *Et cecinere vates, cujus civitatis eam* (*bovem*) *civis Dianæ immolasset, ibi fore imperium.*

[41] immolasset. Latinus bovem in Aventinum egit, & [42] causam sacerdoti Romano exposuit. Ille [43] callidus, dixit prius eum vivo flumine manus abluere debere. [44] Latinus dum ad Tiberim descendit, sacerdos bovem immolavit. Ita imperium civibus, sibi gloriam facto consilioque [45] vindicavit. 11 12 13 14

MACHANEUS.

41 *Immolare.*] A mola salsa tractum, quæ farre & oleo fiebat.

SCHOTTUS.

42 Pro *causam.*] MSS. *omnia* legunt.

MACHANEUS.

43 *Callidus,*] Astutus, a callo.

SCHOTTUS.

43 MSS. legunt: *Ille callide dixit.*

44 *Latinus dum.*] MSS. libri *Dum Latinus.*

SCHOTTUS.

45 *Vindicavit.*]Sic Aldinus & melioris notæ codices: alii *ven[illegible]icavit.* MSS. vero diverse legun[illegible], *quæsivit*, adduntque *Re[illegible] [illegible]it annis* XLIV. Deinde n[illegible]um caput Tulliis inscribunt.

GRUTERUS.

45 Cum dicatur exstare in membranaceis, *consilioque quæsivit*, non debebat sane excludi vox genuina; ejecta ab eis, a quibus minus intelligeretur. sic sane etiam legitur in MSS. Palatino uno, nam alter scribit, *petivit.*

ARGUMENTUM.

Tarquinii Prisci filiis filias suas in matrimonium dat, Superbo regnum paternum repetente interficitur Servius Tullius. In forum properat, conjugem Regem salutat, super patris corpus carpentum agit, & cum conjuge in exsilium agitur Tullia.

l Superbi *male in vulgatis.*

SERVIUS Tullius filiam alteram ferocem, mitem alteram habens, cum Tarquinii *l* [1] Prisci [2] filios [3] pari animo videret, ut omnium mentes morum diversi- 15

MACHANEUS.

1 *Prisci.*] Non Superbi.

SCHOTTUS.

1 Monstrum hoc a Dominico Machaneo olim & Conrado Lycosthene expugnatum, mirum est in libris repullulare potuisse. Monuerunt enim *Prisci* legendum ut historiæ veritas constaret; certe in antiquis duobus, nec in MSS. reperi nomen *Superbi.* Eos nepotes Prisci fuisse magis adducor, ut credam Dionysio potius, quam Livio accedens. Sed Laurentii Vallæ longa de hac re disputatio ad Alphonsum Regem exstat, quæ ab Halicarnasseo sumpta, an ab ingenio sit, pronuntiare non ausim.

MACHANEUS.

2 *Filios.*] Legendum est nepotes ex auctoritate historici Halicarnassei: non enim potuerunt esse *filii* rationibus ab eo copiose adductis.

ANNA.

2 Livius tamen *pluribus auctoribus filios* vocavit.

ANNA.

3 *Pari animo.*] Eodem *animo*, quo filiæ Servii scilicet, mitis alter, alter ferox.

4 Fe-

versitate leniret, [4] ferocem [m] miti, mitem feroci [5] in
16 matrimonium dedit. Sed mites, seu [6] forte, seu
fraude perierunt: [7] feroces morum similitudo con-
17 junxit. Statim Tarquinius Superbus a Tullia incita-
tus, advocato Senatu regnum [8] paternum [9] repetere
18 cœpit. Qua re audita Servius, [10] dum ad Curiam
properat, [11] jussu Tarquinii [12] gradibus dejectus,
19 & domum refugiens, [n] interfectus est. [13] Tullia in
forum properavit, & prima conjugem Regem saluta-
vit, [o] [14] a quo jussa e turba decedere, [15] cum domum
redi-

m MSS. morum simplici, mitem fe. *& mox* reg. patrium, *sed nihil demuto.*

n CCXIX. Imp. XLIII.

o a qua jussa turba recedere. *Vulg. non probo. MSS. unus* a quo missa turba, discedens, dum do.

SCHOTTUS.

4 *Ferocem miti.*] *Ferocem morum simplici* MSS. quidam, forte quod ejusdem vocis repetitionem odiosam fore putarent scribæ illi semidocti, & belle operam ponentes.

5 *In matrimonium dedit.*] Platonis hoc præceptum, ut morum ingeniorumque fervor alterius modestia temperetur. Memini illud in Appulejo extremo libro de dogmate Platonis legere, sed quoniam neque Plato, neque Asini aurei scriptor ad manum est, verba describere non potui. Legendus & Sextus Aurelius Victor in Juliano Imperatore de Plotina uxore Trajani.

6 *Forte.*] Legendum a nominativo *fors.* Vox in optimis quibusque auctoribus corrupta, qua de in Clœlia. Dionysius veneno sublatos putat: miror igitur dubitare quosdam.

MACHANEUS.

7 *Feroces morum similitudo conjunxit.*] Ita Rege secundas volente nuptias.

SCHOTTUS.

7 Hujusmodi matrimonia sacræ literæ prohibent per Johannem Baptistam Matth. XIV. & Imperatoriis constitutionibus cavetur eam, quæ in manum fratris convenit, etiam dissolutis, seu morte, seu repudio nuptiis, duci citra incesti crimen non posse. l. Nemini C. de Nupt. l. fratris. C. de incest. nupt.

8 *Paternum.*] Libri veteres *patrium.* In Mediolanensi abest: quod Victor *paternum regnum*, L. Florus *avitum* vocat lib. I. cap. 7.

9 *Repetere.*] G. Cassandri editio habet *repente.*

MACHANEUS.

10 *Dum ad curiam properat.*] Inquit enim Servius: *quid hoc, Tarquini, rei est? qua tu audacia me vivo vocare ausus es patres, aut in sede considere mea?* unde a Tarquinio minaciter respondente interfectus est.

ANNA.

11 *Jussu Tarquinii.*] Imo ab ipso Tarquinio.

SCHOTTUS.

12 *Gradibus.*] Codex antiquus calamo exaratus *in gradus.*

13 *Tò Statim.*] Ut superantem vocem stylo confodi, & hinc furcis expuli ejusdem codicis auctoritatem sequutus.

14 *A qua jussa turba recedere.*] Sic excusi omnes. Libri scripti propius veritatem, *a quo jussa turba discedere.* Mediolanensis tamen *decedere.* Livius totidem pæne verbis: *a quo facessere jussa ex tanto tumultu, cum se domum reciperet*, &c. unde in scripta lectione præpositionem deesse video, *e* vel, *a turba.* Neque enim turbam cedere, sed uxorem tumultum effugere jubet.

ANNA.

15 *Cum domum rediret.*] Ita fere omnes Historici. Florus tamen ait Tulliam

rediret, viſo patris corpore, mulionem evitantem ſuper ipſum corpus carpentum agere præcepit: unde vicus ille, [16] Sceleratus dictus eſt. Poſtea Tullia [17] cum conjuge in exſilium acta.

Tulliam carpentum ſupra patrem egiſſe, cum virum ſuum Regem ſalutatum iret. Niſi potius, ut olim monui ibi, pro *ſalutaret*, reſcribendum *ſalutarat*. neque enim adhuc ejus me pœnitet. Sed de hoc pluribus apud Eutropium.

MACHANEUS.

16 *Sceleratus.*] antea *Cyprius* dictus: ſed, quia filia aurigam cunctantem ſcabello percutiens juſſit, coëgitque ſuper cadaver paternum currum ducere, inde *ſcelerato* nomen fuit.

ANNA.

16 Nihil aliud eſt quam *infelix.* Florus, Plautus, Terentius. Ita inferius legas, *porta, qua profecti fuerant, ſcelerata eſt appellata.* Sic *ſcelus* pro infelicitas apud Terentium.

SCHOTTUS

17 *Cum conjuge.*] Amante, inquit, Poncherius male alioqui non incurioſus interpres. Oblitus forte Tarquinium Superbum maritum Tulliæ junioris ſecundis nuptiis factum, &, quod aliquot verſibus anteceſſit, ab ea inſtigatum ad regnum capeſſendum, Regemque ab ea primo conſalutatum. Livium enim noſter auctorem, non Dionyſium ſequitur.

CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

Cognomen moribus meretur, regno occupato Latinos & Sabinos domat, Sueſſam Pometiam rapit, Gabios in poteſtatem redigit, ferias Latinas inſtituit, in Circo locos, & cloacam facit, cum filio Lucretiæ ſtuprum inferente in exſilium agitur, & Cumis reliquum vitæ tempus exigit Tarquinius Superbus *ſeptimus Romanorum Rex.*

TARQUINIUS [1] Superbus cognomen [2] mori- 1
bus meruit. Occiſo Servio Tullio [3] regnum 2
ſceleſte occupavit: tamen bello ſtrenuus, [4] Latinos Sabi-

MACHANEUS.

1 *Superbus.*] Quia ſocerum gener ſepultura prohibuit.

SCHOTTUS.

2 *Moribus.*] MSS. *ex moribus* legunt, alii, *a moribus*.

ANNA.

2 Florus: *Cui cognomen Superbo ex moribus datum.*

MACHANEUS.

3 *Regnum ſceleſte.*] Nam per amicos peſſimos in capitales cauſas plures illuſtres viros adduxit. primum quidem nuntios, qui Tullium regno excipere noluiſſent, deinde etiam ex cæteris, unde nihil aliud, quam prædam ſperare poſſet.

4 *Latinos.*] Facile eos ſibi conciliavit auctore Mamilio, ac Turno Herdonio feroci eorum duce e medio ſublato.

SCHOTTUS.

5 *Sueſſam.*]Pariſinus *Scevam, MSS. Deam*, neſcio quid velint.

5 Ex

Sabinosque domuit; [5] Suessam Pometiam * [6] Volscis eripuit: [7] Gabios per Sextum filium, [8] simulato transfugio, in potestatem redegit: & [9] ferias Latinas pri-
3 mus instituit. [10] Locos [a] in Circo, & [11] cloacam maximam fecit, ubi totius populi viribus usus est. unde illæ

* *Sic vett. lib. Vulg.* Hetruscis.

a *MSS. 2.* ludos *Vulg.* lacus. ¶ *Neutrum placet.*

MACHANEUS.

5 Ex ejus auro & argento ditatus quadraginta talenta habens, Jovis templum in Capitolio fundavit.

SCHOTTUS.

6 *Volscis.*] Pro *Etruscis* Mediolanensis, cui emendatum jam locum referre acceptum convenit: non enim in *Etruria*, sed in *Volscis* urbs ea fuit, auctor Plinius lib. III. cap. 5. Livius quoque: *Is primus Volscis bellum in ducentos amplius post suam ætatem annos movit, Suessamque Pometiam ex his vi cepit.* Et Strabo lib. V. Ξέσσαν (ita enim Græci nominant) *Volscorum* urbium matrem fuisse memorat. Lycosthenes etiam sic legendum censet: textus tamen nullam varietatem præfert.

ANNA.

7 *Gabios.*] A sinistro Latinæ viæ latere, inter eam & Valeriam sunt *Gabii* in via Prænestina. Ea urbs latomias habet, quæ Romanis usu cæteris præstant: distat æqualia Roma & Præneste intervallo. Strab. lib. V.

MACHANEUS.

8 *Simulato transfugio.*] Nam filius consilio cum patre communicato *transfugit* saucius, verberatusque virgis, sanguine plenus, *simulavit* se a patre verberatum: benigne acceptus demum dux belli legitur. Duxerat autem multos equites Romanos exsules tyrannidem fugere simulans, tandem re Gabinia in potestate habita nuntium secreto cum literis misit, cui nihil pater respondit, sed cacumina papaverum disjecit: quo signo intellexit capita primorum civium truncanda.

ANNA.

9 *Ferias Latinas.*] Has Dionysius Halicarnasseus lib. IV. omnium optime explicavit. *Tarquinius*, inquit, *proposuit designare commune fanum Romanorum, Latinorum, Hernicorum, Volscorum, quo ad mercatum convenientes quotannis una epularentur, fruerenturque sacris communibus. Locus conventui præstitutus est in meditullio fere harum gentium mons altus Albanis imminens, ubi singulis annis feriæ celebrarentur, & eo temporis spatio propter loci religionem legemque de hoc latam ab omni vi temperarent omnes: Sacraque communiter Jovi Latiali facerent, & vacarent epulis, constituto prius, quantum quisque populus in ea sacra præbere, quantamve portionem recipere debeat. Earum feriarum atque sacrificii participes fuerunt tribus minus quinquaginta populi, quas nostra quoque ætate Romani agitant, Latinas vocatas: conferuntque in eas populi sacrorum participes quidam agnos, quidam caseos, quidam lactis certum modum, quidam liba lactaria. Victima est taurus unus communis omnium, de cujus visceribus cuique populo sua certa portio tribuitur, sacrificatur autem pro omnibus, & Romani præsunt sacrificio.*

10 *Locos.*] *Foros* vocat Livius §. 11. *Loca* erant spectandis ludis fabricata. Unde & *spectacula* etiam dicta.

11 *Cloacam maximam.*] Livius, *Foros in Circo faciendos, cloacamque maximam receptaculum omnium purgamentorum urbis sub terram agendam: quibus duobus operibus vix nova hac magnificentia quidquam adæquare potuit.* Erat hæc *cloaca* ad Jovis Statoris in tres ductus divisa, quorum duo postmodum clausi sunt: tertius per lacum Curtium sub foro Romano, per Palatini montis radices in Velabrum aqua

illæ fossæ, [12] Quiritium sunt dictæ. Cum Capito- 4
lium inciperet, [13] caput hominis [b] invenit: unde co-
gnitum est, eam urbem caput gentium futuram. Et 5
cum in [c] [14] obsidio [15] Ardeæ filius ejus [16] Lucretiæ
stuprum intulisset, cum eo in exsilium [d] actus, [17] ad
Porsen-

b CCXLIV.

c *Vulg.* obsidione.

d CCXLIV. Imp. XXV.

qua limpidissima fluebat, & inde canali e saxis quadratis exstructo in Tiberim effluebat. Aliæ fuere item *cloacæ* a Tarquinio Prisco structæ, in quibus naves grandiores ultro citroque libero cursu commeare poterant. Bene illas descripsit Vigener. ad Livium.

12 *Quiritium.*] Ad similitudinem fossæ illius *Quiritium*, quæ Anci Regis opus fuit.

SCHOTTUS

13 *Caput hominis.*] *Toli* nomine: unde *Capitolium* dici cœpit, quod ab Arnobio tantum proditum memini. ridicule sane. est enim vocis productio *tolium*, ut *mentum* in testamento, teste Cicerone. De Capitolii autem origine Tacitus li. III. Histor. Aug. extr. qui ad Tarquinium Priscum refert.

MACHANEUS.

13 Idem Livius ac Dionysius asserunt. Recens videbatur *integra facie*, ac e consulto haruspicum, Etruscorumque responsum ibi caput mundi fore.

SCHOTTUS.

14 *Obsidio.*] Vulgo *obsidione*. Ego de MSS. omnibus reposui *obsidio*. Sic enim sine litura scripserant auferendi casu, ab *obsidium* generis neutrius. quo veteres scriptores usos frequenter Festum & Nonium testes habeo: quorum ille Sallustium I. Historiarum laudat auctorem: *Magnis operibus perfectis* (sic enim legendum) *obsidium cepit per L. Catilinam legatum.* Et C. Lælium in orat. pro se ad populum. *Ut nobis terra marique simul obsidium facerent.* Hic vero Ennium:

Cum sævo obsidio magnus Titana premebat.

Sed de his vide quæ in Quinctium Cincinnatum notavimus copiosius.

MACHANEUS.

15 *Ardea.*] Urbs Etruriæ fuit ab augurio avis *ardeæ* dicta, si credimus Virgilio in VII. Æneidos scribenti.

- Quam dicitur urbem
Acrisioneis Danaë fundasse colonis,
Præcipiti delata noto: locus Ardea quondam
Dictus avis, & nunc magnum tenet Ardea nomen.

Refert autem Turnum in ea regnasse. Inde Ardeliones dicti, multa incipientes, nihil perficientes, & volantes in scientiarum apices, ignotis principiis. Martialis:

Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.

16 *Lucretiæ stuprum.*] De hac narratione nonnullam inter Dionysium, ac Livium, & talem quidem observavimus differentiam. Græcus auctor sentit Lucretiam acerbissime casum suum ferentem, quam celerrime ascendentem vehicula, Romam venisse, ubi se interfecit. Latinus pudicissimæ matronæ internecionem Collatiæ factam scribit. De modo quoque aliquid interesse, solers considerabit lector. Ovidius graphice II. Fastorum describit:

Cingitur interea Romanis Ardea signis,
Et patitur lentas obsidione moras.
Dum vacat, & metuunt hostes committere pugnam,
Luditur in castris, otia miles agit.
Tarquinius juvenes socios dapibusque meroque
Accipit: ex illis Rege creatus ait.
& reliqua.

SCHOTTUS.

17 *Ad Porsennam.*] Scriptura est MSS. omnium. Silius, Martialis, cæterique Poëtæ corripiunt metri fortassis causa.

Hanc

Porſennam Etruriæ Regem confugit; cujus ope re-
6 gnum [e] [17] retinere tentavit. Pulſus, [18] Cumas conceſſit: ubi [19] [20] per ſummam ignominiam reliquum vitæ [f] tempus exegit.

e MSS. recuperare.
f Mor, CCLIX *q. l.* cum ſumma ignominia.

Hanc ſpectare manum Torſena non potuit.
Virgil. VIII. Æneid. produxit: ubi Servius uno n. *Porſenam* ſemper dictum ait.

18 *Retinere.*] Melius libri veteres *recuperare.*

MACHANEUS.

19 *Cumæ.*] Strabo: ſunt vetuſtiſſimum Calcidenſium, & Cumæorum ædificium. antiquitate enim cunctas, & Siciliæ & Italiæ urbes antecellit.

ANNA.

19 Livius de eo, *Mortuus eſt Cumis quo ſe poſt fractas opes Latinorum ad Ariſtodemum Tyrannum contulerat.*

SCHOTTUS.

20 *Per ſummam ignominiam.*] Vetus codex non male *cum ſumma ignominia.*

CAPUT IX.

ARGUMENTUM.

Regiis nuribus in convivio & luxu deprehenſis in lanificio offenditur, a Tarquinio Sexto corrumpitur, ſeipſam occidit, & vindicatur Lucretia L. Tarquinii Collatini uxor.

1 TARQUINIUS Collatinus [1] ſorore Tarquinii Superbi genitus, in [2] contubernio juvenum regiorum Ardeæ erat: [3] ubi cum forte in liberiore convivio [4] conjugem ſuam unuſquiſque laudaret, placuit
2 experiri. Itaque equis Romam petunt. Regias nurus [5] in convivio [6] & luxu deprehendunt, exinde [7] Colla-

SCHOTTUS.

1 *Sorore.*] MSS. *ex ſorore.* Hic Livio repugnat, qui Egerii filium facit Tarquinium Collatinum, & nepotem tantum Tarquinii Priſci ex fratre. Vide Alex. Neapol. lib. V. cap. 27. Genialium dierum.

MACHANEUS.

2 *Contubernium.*] Nomen eſt militare, Vegetio auctore ſcribente. *contubernium autem manipulum vocabatur ob eo, quod conjunctis manibus pariter dimicabant* Inde ad pacem tranſlatum, quaſi ſub iiſdem *tabernis* ac domibus comeſſales vivere ſoleant.

SCHOTTUS.

3 *Ubi cum forte.*] Pariſinus & Agrippinenſis. *Unde cum forte liberiore convivio.*

MACHANEUS.

4 *Conjugem ſuam.*] Ovidius.
Quiſque ſuam laudant: ſtudiis certamina creſcunt.

ANNA.

5 *In convivio.*] Ovid. II. Faſtorum.
Ecce nurum Regis fuſis per colla coronis
Inveniunt poſito pervigilare mero.

SCHOTTUS.

6 *Et luxu.*] Corrupti hic erant &

[7] Collatiam petunt; Lucretiam inter ancillas [8] in la-
nificio offendunt, itaque ea pudicissima judicatur.
Ad quam corrumpendam Tarquinius Sextus nocte 3
[9] Collatiam rediit, & jure propinquitatis in domum
Collatini venit, [10] & in cubiculum Lucretiæ irrupit,
[11] pudicitiam expugnavit. Illa postero die advoca- 4
tis patre & conjuge, [12] rem exposuit; & se cultro
quem veste [13] texerat, occidit. [14] Illi in exitium 5
Regum conjurarunt, eorumque exsilio necem Lu-
cretiæ [15] vindicaverunt.

CA-

& interpolati libri scripti, nisi quod *vel lusu comprehendunt* legisse videntur.

7 *Collatiam.*] *Conlatiam* & *Conlatini* perpetuo MSS. habebant: Parisinus & Coloniensis *Collatium*.

ANNA.

7 *Collatiam.*] Latii oppidum in via Tiburtina.

SCHOTTUS.

8 *In lanificio.*] Quod castæ matronæ argumentum. Varro de vita P. R. lib. I. *Cum interea in lucubrando faceret juxta ancillas lanam.* Terent. in Andria.

Primum hæc pudice vitam parce, ac duriter
Agebat, lana ac tela victum quæritans.

ANNA.

8 De Lucretia inter ancillas lanam faciente sic Enn. lib. III.

Deducunt habiles radios filo gracilento.

MACHANEUS.

9 *Collatiam.*] Simulavit negotium habere militare.

SCHOTTUS.

10 *Et in cubiculum.*] Sic vulgati, & Mediolanensis, præterquam quod præpositionem tolleret. Brevius MSS. omnes *& pudicitiam cubiculi expugnavit.*

GRUTERUS.

10 Qua scriptura nihil excogitari queat venustius. *Impudicum* quidem deinde esse cœpit *cubiculum* Lucretiæ; ipsa vero neutiquam. Hæc tam elegans lectio adeo inceptiit oculis Sylburgianis, ut vulgarissima alioquin variantis scripturæ discrimina annotare solitus, ne hujus quidem veruulo meminerit.

MACHANEUS.

11 *Pudicitiam expugnavit.*] Postquam nec precario, nec pretio obtinuit, dixit, te occidam, famulumque unum mactans ponam simul corpora vestra, dicam quod indecenter te in complexu deprehendens servi supplicio vos affecerim, injuriam cognati persequens. Ita ut turpem finem probrique plenum subeas, nec honore sepulturæ corpus tuum dignetur. Ovidius,

Interimam famulum, cum quo deprensa fereris,
Succubuit famæ victa puella metu.

SCHOTTUS.

12 *Rem exposuit.*] His fere verbis, quæ e Bruto Cassii (vel ut Scaliger emendat *Attii*) Varro profert lib. VI. de L. L.

Nocte intempesta nostram devenit domum.

13 *Texerat.*] *Gesserat* MSS. noster. Nihil muto. Virgilius,

Aperit ramum quem veste tegebat.

MACHANEUS.

14 *Illi.*] Brutus Collatinus & Lucretius.

15 *Vindicaverunt.*] Vindictam fecerunt. nam *vindicare* ad se trahere significat.

SCHOTTUS.

15 Miror MSS. hic adscribere: *Imperavit annis* XXXIV. cum Livius, Dionysius, alii XXV. duntaxat

taxat

taxat numerent. Forte librariorum familiari audacia addendi, detruncandi accidit. Fateor Eusebium & Cassiodorum XXXIV. illi tribuere, verum iidem decem annos Servio Tullio ademerant, quod noster, nec hic, nec alibi fecisse videtur. In Romulo enim adscripserat: *Imperavit annis* XXXVIII. in Tarquinio Prisco, *Regnavit annis* XXXVII. In aliis vero Regibus, Numa, Hostilio, & Anco nulli regnorum numeri comparent.

CAPUT X.

ARGUMENTUM.

Stultitiam fingit, terram matrem osculatur, in Regum exitium conjurat, suos fratrisque filios securi percutit, cum Arunte congressus cadit, laudatur, & lugetur L. Junius Brutus Romanorum consul primus.



1 L. JUNIUS [1] Brutus [2] sorore Tarquinii Superbi genitus, cum eandem fortunam timeret, in quam frater

MACHANEUS.

1 *Brutus.*] Quasi *brutorum* vitam imitans: Ovidius.

> *Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset*
> *Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis.*

Unde a Græcis *Elithius* dictus, id est, stultus.

ANNA.

1 *Brutus.*] nihil aliud est quam tardus, seu gravis, *qui a l'esprit pesant, lourd*, Græce βραδὺς, Terentius: *Hoi tardus es.* Horatius: *Bruta tellus.*

SCHOTTUS.

2 *Sorore*] Rursus *ex sorore* quidam legunt: sequiturque suo more Livium. Dionysius enim amitam Superbi Tarquiniam facit, unde Brutum natu grandiorem, cum Tarquiniis, liberis regiis Delphos profectum colligi potest. Non me fugit incertam esse & multis retro sæculis controversam genealogiam Regum Romanorum. Livius enim Superbum Prisci filium facit, Dionysius ex filio nepotem fuisse argumentis, ac temporum ratione astruit, quem plerique omnes sunt sequuti. Laurentii tamen Vallæ longam pro Dionysii sententia adversus Patavinum scriptorem disputationem Andreas Alciatus J. C. insignis oppugnat lib. Παρέργων cap. 8. Nam Pomponii D. 1. 2. de origine Juris, Tarquinium Superbum Damarati Corinthii filium affirmantis jampridem explosa sententia est, cum nepos tantum fuerit, si Livium sequimur: sin Dionysium, abnepos. Quidam igitur sic legerunt: *illis temporibus, quibus Tarquinius Damarati Corinthii filius.* quam ego, nisi a MSS. est, non temere recipio. vulgatam tueor parva

frater inciderat, qui ob divitias & [3] prudentiam fue-
rat ab avunculo occisus, stultitiam finxit, unde Bru-
tus dictus. Juvenibus re iis [4] Delphos euntibus [5] de- 2
ridiculi gratia comes adsc us, baculo [6] sambucco au-
rum infusum [7] Deo [8] donum tulit. Ubi responsum 3
est, eum Romæ summam [9] potestatem habiturum,
qui primus matrem oscularetur: ipse terram oscula-
tus est. Deinde propter Lucretiæ stuprum, cum Trici- 4
pitino & Collatino in exitium Regum conjuravit.
a CCXLV. Quibus in exsilium actis, primus Consul creatus, [a] fi- 5
b Deest in MSS. 3. lios suos, [b] [10] fratrisque, quod cum [11] Aquiliis &
[12] Vitelliis ad recipiendum [13] in urbem Tarquinios
[14] con-

parva immutatione facta: *quibus Superbus Damarati Corinthii filii F.* sic enim unica litera filium MSS. fere repræsentant, quod cum librarius ignoraret, audaciter omisit. Zazii enim, aliorumque nimis coacta purgatio est. Filii verbo hic nepotem contineri, quod ll. permittunt l. Filii appell. & l. Justa. D. de verb. signifi. Nam historica hic narratio est, quæ vocum proprietatem sibi vindicat, non alio vi quadam detorta verba. Vide Errici Glareani viri optime de historia Romana meriti tabulam familiæ hujus regiæ in T. Livio.

3 *Prudentiam.*] *De imprudentia* constanter in MSS.

MACHANEUS.

4 *Delphos euntibus.*] Causa potissima eundi fuit, quia anguis e lignea columna lapsus adeo Regem terruerat, ut legatos miserit *Delphos* ad oraculum Apollineum consulendum, quibuscum Brutus ludibrii causa profectus est. *Delphi* urbs est in radicibus Parnassi, ubi pendebat umbilicus, signum eam urbem in medio conditam Græciæ, auctore Strabone nono Cosmographiæ suæ.

SCHOTTUS.

5 *Deridiculi.*] In MSS. est, ubi vulgo *ridiculi*.

6 *Sambuceo.*] Aliter Livius. *Aureum baculum inclusum corneo cavato ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii.*

ANNA.

7 *Deo.*] Apollini.

SCHOTTUS.

8 *Donum tulit.*] Sic impressi. MSS. vero *dono intulit.*

9 *Potestatem.*] Alii *dignitatem* præferunt.

10 *Fratrisque quod.*] Vox, *fratrisque* non solum in MSS. sed & in Parisino afuit, pro quo illi, *eo quod*, legebant.

GRUTERUS.

10 Cum non agnoscatur vox *fratrisque* a Schotto tribus codicibus calamo exaratis, neque ejus ullum sit vestigium in Palatinis, injurie nimis adhuc retinetur. Eat ergo deinceps Morboniam. falsa enim est, nedum supervacanea.

MACHANEUS.

11 *Aquiliis.*] *Aquilii* erant filii sororis Collatini collegæ.

12 *Vitelliis.*] *Vitellii* sororii erant Bruti.

ANNA.

13 *In urbem Tarquinios.*] E bona illa veteri Latinitate.

MACHANEUS.

14 *Conjuraverunt.*] Ut altius intelligatur hoc facinus: cœnati forte apud Vitellios *conspirati* fuerant, ut Livius, sed, ut Dionysius, apud Aquilios. Interim vero servorum qui-

6 [14] conjuraverant, virgis cæsos securi percussit. Deinde in prœlio, quod adversus eos gerebat, singulari certamine cum Arunte filio Tarquinii congressus est,
7. [15] ubi ambo mutuis [16] vulneribus [c] ceciderunt. Cujus c CCXLV.
corpus in foro positum, [17] a collega laudatum, matronæ anno [18] luxerunt.

quidam vini præbitor ex urbe Cænina captivus, cujus nomen erat Vindex, suspicatus hos viros aliquid moliri pravi ob ministrorum ablegationem, solus foris restitit ad ostium, sermonesque eorum percipiens, & literas ab omnibus scriptas vidit, ad compaginem quandam ostii perspicuam visum adhibens, ac egressus rem detulit ad consules, ut Patavinus scriptor ait: ut Halicarnasseus, ad Valerium, qui postea Poplicola dictus: quo facto; & per magistratus, maxime a Bruto sumpto de reis supplicio, tandem ejecti legati Tarquinii, Collatinusque in exsilium missus, atque Regibus penitus amplius redeundi desperatio facta.

SCHOTTUS.

15 *Ubi ambo.*] Levis in speciem emendatio, quæ libris antiquis debetur, lucem & venustatem addens orationi, cum antea legeretur: *se ambo mutuis vulneribus occiderunt.*

MACHANEUS.

16 *Vulneribus ceciderunt.*] Livii verba hæc sunt: *Adeoque infestis animis concurrerunt, neuter, dum hostem vulneraret, sui protegendi corporis memor, ut contrario ictu per parmam uterque transfixus duabus hærentes hastis moribundi ex equis lapsi sint.*


17 *A collega laudatum.*] Constat apud Romanos hanc primam orationem funebrem recitatam, inde exordium fuit orationem post mortem clarissimorum virorum factam in exsequiis prædicare, etsi prius Athenienses laudem funeream legi præposuerant his, qui novissime pugnando in Artemisio, Salamine, Marathone, Plateis pro patria occubuerant.

18 *Luxerunt.*] Pullis ac atris vestibus indutæ fuerunt.

CAPUT XI.

ARGUMENTUM.

Porsenna Tarquinios restituere tentante pro ponte sublicio stat, cumque illo interrupto in Tiberim decidit, ad suos transnat, & statua posita donatur Horatius Cocles.



* *al.* Porſena. *Servius in* VIII. *Æn.* CCXLVI.

[1] **P**ORSENNA * Rex Etruſcorum, cum Tarquinios in urbem reſtituere tentaret, & primo impetu 1
[2] Janiculum cepiſſet; Horatius [3] Cocles (illo cognomine, quod in alio prœli oculum amiſerat) [4] pro [5] ponte [6] ſublicio ſtetit, & aciem hoſtium [7] ſolus [8] ſuſtinuit, donec pons a tergo interrumperetur, cum quo [9] ſtatim in Tiberim decidit, & armatus ad ſuos
[10] tranſnavit. [11] Ob hoc ei tantum agri publice datum 2

MACHANEUS.

1 *Porſenna.*] Poſt bellum a Romana libertate geſtum contra Vejentes ac Tarquinienſes arma Regibus reſtituendis capeſſentes. In quo haud dubie Romani ſuperiores exſtitere, potentiſſimus Etruriæ Rex defenſionem atque prœlium pro Tarquiniis ſuſcepit, & illico infeſto exercitu Romam accelerat, non impetratis a ſenatu Romano per legatos quæ volebat.

2 *Janiculum*] A *Jano* dictum, ut Janualis porta, de qua ita Janus primo Faſtorum:

Arx mea collis erat, quam vulgus nomine noſtro
Nuncupat; hæc ætas Janiculumque vocat.

SCHOTTUS.

3 De *Coclitis* nomine vide Plinium lib. XI. cap. 37. Varro lib. VI. de LL. *Ab oculo Cocles, quaſi Ocles dictus, qui unum haberet oculum.* Scaliger tamen a κύκλωψ ſic dictum putat.

MACHANEUS.

4 *Pro*] Id eſt, ante.

ANNA.

5 *Ponte.*] *Pons* pedes 600. a Palatino diſtans. Omnium Tiberinorum *pontium* primus, quippe ab Anco exſtructus, hodie nullus.

SCHOTTUS.

6 *Sublicio.*] MSS. hic variant. unus *Sulpitio* habebat, & ſupra adſcriptum *ſubfilicio Tiberis*: alter *Sublicio*. Dicitur autem a *ſublicibus*, id eſt, trabibus magnis inter ſe connexis. *Licio* enim antiquis connectere ſignificabat. & *ſublicas*, trabes illas dixerunt quæ invicem colligantur. Græci Romanarum rerum ſcriptores ξυλίνlω γέφυρα, id eſt, ligneum pontem appellant.

7 *Solus.*] Ita pleniores libri veteres.

ANNA.

7 Imo cum Spurio Lartio ac Tito Herminio; ſed *eos* Horatius *poſt primam periculi procellam exigua pontis parte relicta, in tutum cedere coëgit.*

SCHOTTUS.

8 *Suſtinuit.*] Mediolanenſis *ſubſtinuit*, ut fere in Tarquinio Priſco.

9 *Statim.*] Adjiciunt pleniores libri veteres.

10 *Tranſnavit*] Scribo auctoribus libris ſcriptis, cujus præpoſitionis elegantiam librarii multis in locis corruperunt. Non longe abiero: In Suetonii Cæſare cap. 20. in antiquis libris *tranſduxit* reperi, & in Octavio cap. 2. Apud Cæſarem 1. bell. Gall. *multitudinem Germanorum in Galliam tranſducat.* Ibidem &, *tranſdidiſſet*, *tranſdere* ſæpe pro tradere. Sed exemplis congerendis ſuperſedeo. Apud Plinium Nat. Hiſt. lib. III. cap. 32. quod propius ad rem facit, in MSS. de cervis, *maria tranſnatant, gregatim natantes*, ubi vulgati *tranant.*

ANNA.

11 *Ob hoc ei.*] *Grata erga tantam virtutem civitas fuit: ſtatua in comitio poſita; agri quantum uno die circumaravit, datum.* Livius lib. II. ubi

tum est, quantum uno die [12] circumarari potuisset: statua quoque ei in [13] Vulcanali posita.

11. ubi obiter dicam pro *circumaravit* legendum *circumararet*.

12 *Circumarari.*] *Ambire* MSS. omnes: Parisinus & Agrippinensis *arari*.

13 *Vulcanali.*] Videlicet, teste Livio, in Comitio. *Vulcanalia* Varro a *Vulcano*, *quod ei tum feriæ*, & *quod eo die populus pro se in ignem animalia mittit.*

CAPUT XII.

ARGUMENTUM.

Purpuratum pro Rege, cujus necem repromiserat, deceptus occidit, dexteram aris imponit, pratis & statua donatur C. Mutius Scævola.

1 CUM Porsenna Rex urbem obsideret, [1] Mutius a CCXLVI.
[2] Cordus, vir Romanæ constantiæ, [3] Senatum adiit, & veniam transfugiendi petiit, necem Regis
2 [4] repromittens. Accepta potestate, in castra Porsennæ venit, ibique [5] purpuratum pro Rege, deceptus
3 occidit. Apprehensus, & ad Regem pertractus, dexteram [6] aris imposuit: hoc supplicii [7] a rea * exigens,

* *Sic MSS. Vulg.* ab ea. *Mart.* Hanc spectare manum Porsena non potuit. *Mox* distrahere.

ANNA.

1 *Mutius.*] *C. Mutius adolescens nobilis.* Livius.

SCHOTTUS.

2 *Scævola.*] Vel, ut lapides Capitolini, *Scævula*, in libris antiquis non comparet. Post enim *Scævula* appellatus ἀπὸ τῦ σκαιῦ, id est, sinistro & lævo. Qui hic *Codrus* fecerunt (*rumpantur ut ilia Codro*) imperite & audacter, somniarunt ducem Atheniensem: qui se quoque pro patria devovit.

MACHANEUS.

Post ustam enim manum dictus est, quasi a *scæva*, id est, sinistra, & *vola*, id est, concavitate: nam dextra inhabilis erat. *Scævi* enim, Alpiano Jurisconsulto auctore, *dicuntur, qui sinistra manu pro dextra utuntur.*

ANNA.

3 *Senatum adiit.*] *Metuens, ne si consulum injussu & ignaris omnibus iret, forte deprehensus a custodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tum urbis crimen affirmante, Senatum adiit.* Livius.

4 *Repromittens.*] Pro simplici *promittens*: vel potius valet, *pro impetrata venia promittens.*

5 *Purpuratum.*] Scribam, qui cum Rege pari ornatu sedebat.

6 *Aris.*] Nam *ara* in principiis castrorum, ubi Aquilæ, &c.

SCHOTTUS.

7 *Ab ea.*] Repone, *a rea*, quæ germana lectio est: manum enim puniendam, quod errasset, censuit, quo forte pertinet illud Martialis:
Hanc spectare manum Porsena non potuit.

gens, quod in cæde peccasset. Unde cum miseri- 4
cordia Regis abstraheretur, quasi beneficium referens,
ait, [8] trecentos adversus eum simileis conjurasse. Qua- 5
re ille territus, bellum [9] acceptis obsidibus deposuit.
[10] Mutio prata trans Tiberim data, ab eo Mutia ap- 6
pellata. Statua quoque ei honoris gratia constitu- 7
ta est.

Plura Seneca Epist. 24. Lactantius Institut. lib. v. cap. 13.

MACHANEUS.

8 *Trecentos... conjurasse.*] Quod falsum erat, sed ad incutiendum terrorem talia dicebat.

9 *Acceptis obsidibus.*] Primo Halicarnasseus adfirmat eum consultasse quomodo insidias vitaret, Aruntemque ejus filium dixisse ut amicos pro hostibus Romanos faceret.

ANNA.

10 *Mutio prata.*] *Patres C. Mutio virtutis causa trans Tiberim agrum dono dedere, quæ postea sunt Mutia prata appellata.* Livius.

CAPUT XIII.

ARGUMENTUM.

Porsennæ castris obses egreditur, equum arripit, Tiberim trajicit, a Porsenna repetita redditur, cum virginibus puerisque in patriam dimissa redit, & statua posita ornatur virgo Clœlia.

CCXLVI. PORSENNA [1] Clœliam virginem nobilem [2] inter ob- 1
sides accepit: quæ deceptis custodibus, noctu
castris ejus egressa, [3] equum, [4] quem * fors dederat,
arri-

* Vulg. fors.

SCHOTTUS.

1 *Cœliam.*] Veteres quidam scribunt, quomodo & Nonius in dictione *Nare.* Virg. lib. VIII. Æn.

Et fluvium vinclis innaret Clœlia ruptis.

2 *Inter obsides.*] Absurdum, & a pudore virgineo alienum videri queat, *obsides* puellas datas, nisi Cornelius Tacitus idem scriberet libro de Germaniæ populis, efficacius obligari animos civitatum, quibus inter *obsides* puellæ quoque nobiles imperantur.

GRUTERUS.

2 Sequiorem etiam sexum oppignerari solitum, constat ex Athenæi libro XII. Deipnosoph. Polybii Histor. lib. x. Diodori libro xx. Bibliothecæ, Taciti Germania cap. 20. aliisque; quorum auctoritates produxi ad illa Livii libro XXVI. cap. 49. *Inter hæc, e media turba obsidum mulier magno natu Mandonii uxor, &c.*

ANNA.

3 *Equum.*] Hinc Florus lib. I. cap. 10. *Clœlia per patrium flumen equitabat.*

SCHOTTUS.

4 *Quem fors dederat.*] Insedit hic error libris plurimis, ut *fors* scribant pro *fors.* Virg. VII. Æn.

Quæ fors prima dedit, sanguis novus imbuit arma.

Vulgo *fors*, male. Terent. Phormione.

Quod

2 arripuit, & Tiberim trajecit. A Porsenna per lega-
3 tos repetita, & reddita. Cujus illе virtutem [5] admiratus, cum quibus optasset in patriam redire, permisit:
4 [6] Illa virgines puerosque elegit, quorum ætatem * MSS. delegit.
5 injuriæ obnoxiam sciebat. Huic [7] statua equestris [8] in foro posita.

Quod fors feret, feremus æquo animo.
Idem Hecyra,
Quia illis fors obtulerat, &c.
Sed hanc vocem in antiquis auctoribus, Lucretio, Cicerone, Sallustio, Livio, aliisque ab antiquariis nunc reponi, video.

5 Pro *Admiratus.*] Est *admirans* in Parisiensi & Coloniensi.

ANNA.

6 *Illa Virgines puerosque.*] *Productis omnibus elegisse impuberes dicitur: quod & virginitati decorum, & consensu obsidium ipsorum probabile erat, eam ætatem potissimum liberari ab hoste, quæ maxime opportuna injuriæ esset.* Livius.

7 *Statua equestris.*] *Pace redintegrata, Romani novam in femina virtutem novo genere honoris, statua equestri, donavere. In summa sacra via fuit posita virgo insidens equo.* Idem.

SCHOTTUS.

7 Aldus Manutius hos apud Cic. Offic. lib. 1. versus statuæ equestri insculptos fuisse putat:
Vos etenim juvenes, animum geritis muliebrem,
Illa virago viri ---
Idque colligit ex his Senecæ libro de Consolat. ad Marciam verbis: *Equestri insidens statuæ in Sacra via celeberrimo loco Clœlia exprobrat juvenibus nostris pulvinum ascendentibus in ea illos urbe sic ingredi, in etiam feminas equo donavimus.*

MACHANEUS.

7 Donaverat autem Porsenna eam *equo* bellico decentibus phaleris armato.

ANNA.

8 *In foro.*] *Forum* Romanum intellige quod juxta summam sacram viam fuit.

CAPUT XIV.

ARGUMENTUM.

Vejentes sibi hostes deposcunt, victores sæpe existunt, in insidias delapsi ad unum occiduntur trecenti Fabii.

1 ROMANI cum adversum [1] Vejenteis [a] bellarent, eos sibi hosteis familia [2] Fabiorum [3] privato nomine [4] depoposcit: & profecti [b] [5] trecenti sex, duce [6] Fabio Consule,

a CCLXXIV.

b Et perfecit. Trecenti. V. c. pro obtinuit, forte.

ANNA.

1 *Vejentes.*] In Tuscia ad lævum latus Tiberis.

MACHANEUS.

2 *Fabiorum.*] Ovidius in Fastis:
Una dies Fabios ad bellum miserat omnes:

3 *Privato nomine.*] Ac expensa *privata*, ut Livius refert.

SCHOTTUS.

4 *Depoposcit.*] Colinæus: alii *deposcit.*

ANNA.

5 *Trecenti sex.*] *Sex & trecenti milites, omnes patritii, omnes unius gentis.* Livius.

Consule, [7] fuerunt. Cum sæpe victores exstitissent, 2
apud [7] Cremeram fluvium castra posuerunt. Vejen- 3
tes ad dolos conversi, pecora [8] ex adverso [9] in [c] con-
spectu illorum posuerunt: [10] ad quæ progressi Fabii,
in insidias delapsi, [11] ad unum [12] occisione [d] perierunt.
[13] Dies, quo id factum est, inter [14] nefastos [15] relatus. 4
[16] Porta, qua profecti [17] fuerant, [18] Scelerata est appel- 5
lata. Unus [19] ex ea gente propter [20] impuberem æta- 6
tem domi relictus, [21] genus propagavit [22] ad Q. Fa-
bium

c In conspectum illi protulerunt *alii legunt*.

d CCLXXVI. occidione, *q. l.*

Tercentum Fabios perdidit una dies.

ANNA.

6 *Fabio Consule.*] *Fabio* Cæsone cum Tito Virginio.

SCHOTTUS.

7 Tò *Fuerunt.*] afuit in MSS.

ANNA.

7 *Cremeram.*] Soranos a Vejentibus disterminat.

SCHOTTUS.

8 *Ex adverso.*] Libri veteres, *ex diverso.*

9 *In conspectum eorum protulerunt.*] Sic MSS. Livius libro secundo. *Sequuti dedita opera passim ad illecebras propulsa pecora præcipitavere in insidias.*

10 *Ad quæ.*] Libri veteres, *atque.*

MACHANEUS.

11 *Ad unum.*] Ut *ad verbum*, neque est dicendum de *uno ad unum*, neque de verbo ad verbum observatione auctorum de his.

ANNA.

11 Hoc, etiamsi ab aliis omnibus sæpius positum fuerit, falsum est tamen.

SCHOTTUS.

12 *Occisione.*] Libri veteres, *occisi.* Nonnulli codices *occisione* habebant.

13 *Dies.*] A.d. xv. Kalend. Augusti, quo *die* & Alliensis pugna pugnata. Plutarchus Camillo. Livius libro sexto.

MACHANEUS.

14 *Nefastos.*] De quibus Ovidius:
Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur.
quando scilicet justitia tacet.

SCHOTTUS.

14 Fuit, cum male habere locum credidi, legendumque *in fastos*: sicque opinionem confirmabam meam, quod Verrius Flaccus apud Agellium lib. v. cap. 17. *atros dies* appellandos istos censuerit, non *nefastos*: sed nunc sententiam muto, quod omneis pæne auctores ita loqui observarim: & nostrum, de Alliensi die in Camillo.

15 *Relatus.*] *Delatus* in MSS. non probo.

16 *Porta.*] Carmentalis est Dionysio Halicarnasseo & Ovidio secundo Fastorum.

17 *Fuerant.*] Afuit in MSS.

ANNA.

18 *Scelerata.*] *Malheureuse*; Vide supra in Tullia.

19 *Ex ea gente.*] Sic oportuit scribere, non *familia*, quod factum in Eutropio in hac ipsa historia, & ab aliis quoque.

MACHANEUS.

20 *Impuberem ætatem.*] *Impuberes* appellantur, qui nondum primam barbam emisere, nec adhuc hirquitalli dicuntur. A pube (lanuginem hic illa circum pudibunda significat) nascenti maribus decimo quarto anno; feminis duodecimo. substantivum *pubis* facit adjectivum *puberis.*

ANNA.

21 *Genus propagavit.*] Ducta uxore Numerii Otacilii Maleventani. Probus de prænominibus Romanorum. *Numeris sola patritia gens usa est Fabia prænomine; idcirco quod trecentis*

bium Maximum, qui Annibalem mora fregit, [23] Cunctator ab obtrectatoribus dictus.

centis sex apud Cremeram flumen cæsis qui unus ex ea stirpe exstiterat, ducta in matrimonium uxore filia Numerii Otacilii Maleventani, sub eo pacto, ut quem primum filium sustulisset, ei materni avi prænomen imponeret, obtemperavit.

SCHOTTUS.

22 *Ad Q. Fabium.*] MSS. conspirant, leguntque: *At Q. Fabius qui Annibalem morans fregit.* nihil mutandum puto.

MACHANEUS.

23 *Cunctator.*] quia *cunctando*, id est, mora Pœnum delassavit ducem: Virgilius sexto Æneidos:

Unus qui nobis cunctando restituit rem.

CAPUT XV.

ARGUMENTUM.

De Vejentibus & Sabinis triumphat, in regni affectati suspicionem venit, de eo apud populum queritur, diem obit, publice sepelitur, & annuo luctu honoratur P. Valerius Poplicola.

1 [1] PUBLIUS Valerius, Volusi filius, [2] primum de [a] Vejentibus, iterum de Sabinis, [b] tertio de utrisque * *Vulg.* Publicola, & Volesi *est in antiquo lapide Romæ.* a CCXLV. b CCL.

SCHOTTUS.

1 *L. Valerius Volesi Filius.*] *Lucii* etiam prænomen ei tribuit Plinius lib. XXXVI. cap. 15. In Livio, Dionysio, & fragmentis Capitolinorum Fastorum prænomen *Publii* est, & in eisdem marmoribus æreisque nummis *Volusi filius* scribitur. Est tamen Romæ lapis hac inscriptione:

P. VALESIUS VOLESI
F. POPLICOLA.

Quare libera cuique per me esto sententia: utrum malit præferat. Porro *Valesius* antique pro *Valerius*, & *Fusius* pro *Furius*, & *Papisius* pro *Papirius*, teste Livio lib. III. U. C. Cic. IX. epistol. ad Papirium. Varr. VI. de L. L. & Quinctiliano. Additur in libris scriptis, *ille Bruti collega* ἐμφατικῶς.

2 *Primum de Vejentibus.*] Celare lectorem non debeo, Livium hic & Dionysium sequutum me in annis U. C. ad oram adscriptis: non enim ignorabam antecedere anno uno Capitolinos Fastos nuper effossos: qui triumphasse Poplicolam de *Vejentibus* & *Tarquiniensibus* notant A. U. C. CCXLIV. Iterum de *Sabinis* & *Vejentibus* CCXLIX. Sigonius enim Livium, Dionysium, & Capitolinos lapides auctores laudans, bis tantum triumphasse arbitratur. Imposuit forte auctori nostro, quod M. Valerium Poplicolam fratrem ejus iidem Fasti anno post Romam conditam CCXLVIII. triumphasse de *Sabinis* signent, affirmetque Plinius lib. XXXVI. cap. 15. Conjecturam meam attuli tantum. Tentabam itaque ex historiæ fide librariorum flagitium sic corrigere, *primum de Vejentibus, iterum de Sabinis, ac de iisdem gentibus.* Vel sic, *iterum de Sabinis ac Vejentibus,* sequutus extremæ dictionis utriusque vestigia, & vox *tertio* ex numeris nata apparet.

GRUTERUS.

2 Errare auctorem nostrum, ex nominum similitudine, & prænominibus corruptis, egregie ostendit

que gentibus [3] triumphavit: Hic, quia in locum 2
[4] Bruti collegæ[c] [5] Consulem non subrogaverat, & domum in [6] Velia tutissimo lo o habebat; in suipicio-
nem regni affectati [d] venit. Quo cognito, apud po- 3
pulum [7] questus, quod de se tale aliquid timuissent;
[8] immisit qui domum suam diruerent. [9] Secures 4
etiam fascibus demsit, eosque in populi [10] concione
[11] sum-

c MSS. 2. Consulem alium subroga. *& absque negatione vulg.* *Al.* quia locum Tricipitini collegæ subrogaverat.
d CCXLV.

dit in Fastis suis Pighius noster, anno CCXLIX.

SCHOTTUS.

3 *Triumphavit.*] Plutarchus collegam illius T. Lucretium iterum Consulem bonam operam navasse in eo bello scribit: solum tamen Poplicolam IV. Cos. *triumphasse.*

4 *Bruti.*] Antiquissimus ille Parisinus codex præfert, non *Tricipitini*, quod alii habent, estque suspectum de mendo. Vereor ne legendum sit *in locum Bruti collegæ.* Hujusmodi multa μνημονικὰ ἁμαρτήματα huic auctori cum aliis racematoribus communia. Non propterea tamen rejiciendus. Reddit Lycosthenes rationem, quod plures, anno CCXLV. ab exactis regibus primo, Consulatum gesserunt, cur in vulgatis hactenus insederit mendum *Tricipitini* pro *Bruti*: ut non necesse habeam a capite arcessere.

5 *Consulem subrogaverat.*] MSS. *Consulem alium subrogabat.* Verum historiæ repugnat utraque lectio. quod hoc populus voluisse videtur, binos quotannis hunc magistratum gerere, ut alter alterum in officio contineret, nec verisimile esset duos contra R. P. facturos, quin id palam fieret. Nisi forte ita explices, ideo in suspicionem regni affectati venisse Poplicolam, quod ipse, injussu plebis, collegam creasset. Verum confecta res est, quod antiquissimus ille Parisinus codex *Consulem non subrogaverat* aperte præferat. Qua ratione cum Livio gemina dicit: sic enim ait, *Regnum eum affectare fama ferebat, quia nec collegam subrogaverat in locum Bruti, & ædificabat in summa Velia.* Noster vero ait, domum habuisse in Velia, &c. Cum hæc scripsissem, comperi & Lycosthenem ita emendasse: gaude itaque eadem in mentem illi venisse, nostraque confirmari.

MACHANEUS.

5 *Subrogare* est in locum alterius sufficere.

6 *Velia.*] Dicta Varrone testante, *quod ibi vellere lanam soliti sunt pastores*, antiquitus enim vellebant, non tondebant oves.

7 *Questus.*] Oratione a Tito Livio scripta.

SCHOTTUS.

8 *Immisit qui domum suam.*] L. Higinius libro priore de Viris claris: *P. Valerio Volesi filio Poplicolæ ædes publicas sub Velia, ubi nunc ædes victoriæ est, populus ex lege, quam ipse tulerat, concessit.* citat Asconius in Pisoniana.

MACHANEUS.

9 *Secures etiam fascibus.*] Instituit enim, ut consules, cum extra urbem essent, uterentur *securibus*, intus vero tantum *fascibus* ornarentur.

10 *Concionem.*] orationem, locum, & multitudinem dicimus, Gellio scribente, qualis a Græcis ἀγορὰ nominatur.

SCHOTTUS.

10 Festus conventionem *contionem* interpretatur, quasi coitio, unde veteres libri per Tau scribunt. Vulgati *concio* a *concieo.*

ANNA.

10 *Summissis fascibus in concionem ascendit. Gratum id multitudini spectaculum fuit: summissa sibi esse Imperii insignia, confessionemque factam, populi quam Consulis majestatem*

5 [11] summisit. [12] Legem [13] de provocatione a magistratibus ad populum tulit. [14] Hinc Poplicola dictus.
6 [15] Qui cum (quater Consu diem [e] obiisset, (adeo pauper exstitit, [16] ut collect a populo nummis) [17] publice

[e] CCLI.
[f] [ ] Ex MSS.

statem vimque majorem esse. Livius.

SCHOTTUS.

11 *Summisit.*] Cicero 1. de Republica apud Nonium Marcellum: *Tum instituti annui Consules, tum demissi populo fasces.* Est autem fasceis *summittere* seu *demittere*, ea insignia non erecta sed *demissa* ferri jubere, ut patet ex Plinii exemplo lib. VII. cap. 30. de Cn. Pompejo: licet I. Alex. Brassicanus locum sic interpretetur, ut lictores, dum concionaretur, abire jusserit, in Proverbiorum Symmictis. Conradus vero hic, quasi solos fasces absque securibus illi prætulerint, cui repugnat Symmachus Præfectus urbi Theod. Aug. *Summisit Poplicola contioni civium Consularem securim: & honoris sui culmen infregit, ut libertatem civibus erigeret: ergo moribus potius quam insignibus æstimemur.* Et Prudentius (ut poëta quoque symbolam conferat) lib. I. contra Symmachum.

Martyris ante fores Bruti summittere fasceis
Ambit, & Ausoniam Christo inclinare securim.

Nec mihi fraudi sit sacros poëtas citare, quod Prudentius apud me alter Pindarus, ut Sidonio Apollinari, sit: & Paullinus quasi Propertius alter ob singularem pietatem ametur, & in sinu feratur.

12 *Legem.*] Capita illius apud Livium lib. II. Dionysium lib. IV. Plutarchum in Poplicola. Valerium cap. I. lib. IV. exstant.

MACHANEUS.

13 *De provocatione.*] Si magistratus aliquis Romanum quemquam interficere, verberibusve cædere, aut mulctare vellet pecuniis, licere utique privato illi a *magistratu ad populum provocare*, patique eum interim a magistratu nihil, donec populus suffragia de illo ferret.

SCHOTTUS.

14 *Hinc Poplicola dictus.*] Hinc *Poplicolam* dictum & *supra* §. 12. laudati, & Livius lib. III. testes sunt. Dionysio etiam quasi δημοκηδὴς dictus. idcirco *Poplicola* non *Publicola* scripsi assentientibus & MSS. idque eo fidentius, quod Quinctilianus *o* pro *u* pronuntiari solitum affirmet, & *p*, mutam tenuem, cum media, *b*, sæpe commutari, ut *poblicus* dicerent & scriberent, &c. Hinc quidam *Poblicolam* edunt. Livius lib. II. *Latæ deinde leges quæ regni suspicione Consulem absolverent, sed quæ adeo in contrarium verterent ut popularem facerent: inde cognomen factum Poplicolæ est.* Libro III. in eandem sententiam. Plutarchus quasi *publica edens*, non *populum colens* interpretatur.

15 *Qui cum quater Consul.*] Ex MSS. nostris ea explevimus, quæ hic desiderata hactenus fuere. *Consul* enim fuit anno U. C. CCXLV. cum Bruto: iterum anno insequenti cum T. Lucretio Tricipitino: tertium CCXLVII. cum P. Lucretio, vel, ut alii, M. Horatio Pulvillo II. *Cos.* quartum CCL. cum T. Lucretio II. Val. Max. lib. IV. Plutarchus in Poplicola *tertii* tantum *consulatus* meminere.

ANNA.

16 *Ut collectis a populo nummis.*] Eutropius. *Ut collatis a populo nummis sumptum habuerit sepulturæ.* Hujusmodi exempla in veteribus historiis pæne infinita sunt, verum id non inopiæ, ut omnes putant; sed honoris causa factum fuisse arbitror, ut scilicet viri magni de publico tumularentur, quasi patriæ parentes.

SCHOTTUS.

17 *Publice.*] I. Reipublicæ sumptu

blice [18] sepultus sit, & annuo matronarum luctu honoratus.

ptu, collectis e *publico* quadrantibus.

18 *Sepultus.*] Concessum hoc amplius honoris ergo, quod antea nemini, ut in urbe ipse posterique ejus *sepelirentur*. Itaque prope forum in Velia publico elatus funere est, teste Halicarnasseo: & *sepulcro*, in quod gens postea Valeria inferri consuevit, conditus fuit anno U. C. CCLI. Postumio Tuberto, Agrippa Menenio Coss. Val. Max. lib. IV. c. 4. Cicero Acad. lib. IV. Livius lib. II. sic ait: *Moritur gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri sumptus deesset: de publico est elatus. Luxere matronæ ut Brutum.* Vide Ammianum Marcellinum lib. XIV.

MACHANEUS.

18 *Sepultus.*] Locum, in quo combustus, atque *sepultus* fuit, ei soli usque ad ætatem meam clarorum in urbe civium, propinquum foro assignavit senatus miseratione ductus; hoc Dionysii Halicarnassei interpres tradit.

CAPUT XVI.

ARGUMENTUM.

Apud Regilli lacum cum Latinis confligit, illorumque aciem fundit & castra capit, Castorique & Polluci ædem dedicat A. Postumius Dictator.

TARQUINIUS [1] ejectus, [2] ad [a] Mamilium [3] Tusculanum generum suum [b] confugit, qui cum [4] Latio concitato Romanos graviter urgeret, [5] A. Postumius [6] Dictator [c] dictus, [7] apud Regilli lacum cum hostibus I

a Vulg. Manilium.
b CCXLVII.
c CCLVII.

MACHANEUS.

1 *Ejectus.*] *Ejicimus* viliter. Ovidius:

Turpius ejicitur quam non admittitur hospes.

SCHOTTUS.

2 *Ad Manilium.*] Sic MSS. Dionysius & Annæus Seneca scribunt: *Mamilium* Vascosanus recte excudit. Livius *Octavium Mamilium* appellat. *Manilii* vero plebei Romæ fuere.

ANNA.

3 *Tusculanum.*] A *Tusculo* qui *Tusculanus* dictus.

MACHANEUS.

4 *Latio.*] Concitavit populos contra imperium Romanum: unde bene *Latio* ait.

SCHOTTUS.

5 *A. Postumius.*] Scribo absque aspiratione, auctoribus libris MSS. nummis æreis & lapidibus. Huc accedit & analogia: a *Postea* enim *Postimus*, *Postimius*, inde *Postumius* derivatur: & antiqui *umus* sine spiritu scribebant.

MACHANEUS.

6 *Dictator dictus.*] Hunc primum reperio Romæ *dictatorem*, qui *dictus* est, quia a consule deberet *dici*, vel quod daret *dictata* populo. Fuit autem virtus *dictatoria* semestris, nonnisi in summa rerum necessitate constituta: qui eam obtinebat, merum & mixtum in omnes habebat, imperium: Sylla eam perpetuam sibi primus adrogavit.

SCHOTTUS.

7 *Apud Regilli lacum.*] Colinæus *Rigilli* impressit. MSS. sic: *apud*

2 hostibus conflixit. Ubi cum [d][8] victoria nutaret, *d V. c. Victoriam naviter peteret.*
[9] M gister equitum [10] equis frenos detrahi jussit, ut
irrevoc bili impetu ferrent r: ubi & aciem Latino-
3. rum [11] fuderunt, & castra ceperunt. Sed inter eos
duc juvenes candidis equis insigni [12] virtute apparue-
runt, quos Dictator qu sitos ut dignis muneribus
honoraret, non reperit: Castorem & Pollucem ra-
tus, [e][13] ædem [14] communi titulo dedicavit. *e Deest in vulg. V. c.* aras eis comm.

apud Regillum: nam & urbs ejus nominis fuit. Lacus in agro Tusculano siti, ad quem pugna facta est, meminit Livius lib. II. Dionysius lib. VI. Plinius lib. XXXIII. cap. 2. Urbis vero in Sabinis sitæ idem Halicarnasseus lib. XI. non ita longe a principio, & Stephanus de urbibus.

ANNA.

7 *Regilli lacus*] eodem modo dictum, ut flumen Rheni, herba lapathi, flos rosæ, &c. *Regillus lacus* Græcis Ῥηγίλλη λίμνη.

SCHOTTUS

8. *Victoria nutaret.*] Parisinus *mutaret*, forte antiqua forma pro *mutaretur*, nisi mendum esse placet. Sic Varro de L. Lat. & VII. Divin. apud Agellium lib. XVIII. cap. 12. Similiter *vertit*, *convertit*, Sallustio, Tacito, cæteris. Livius in Tullo Hostilio: *Fossa Cluilia ab nomine ducis per aliquot sæcula appellata est: donec cum re nomen quoque vetustate abolevit*. pro, *vetustas abolevit*, forma neutra. MSC. codex hic longe a vulgata lectione recedit, legitque *cum victoriam naviter peteret*.

9 *Magister equitum.*] T. Æbutius T. F. Elba, ut Dionysius recte vocat, L. vero Annæus Seneca (quem præpostere L. Florum faciunt) in Epitoma rerum Romanarum A. Cornelium Cossum nominat, a quo noster auctor stare videtur, quod idem strategema narret. Labor tamen, ut hæc post ad Cossi caput referenda putem: sunt enim nonnulla in hoc libello præpostere collocata, ut suo loco admonebimus. Et vero Livius lib. IV. ad annum CCCXXXII. A. Corn. Cosso tribuit, M. Aimilio Mamercino dictatore.

MACHANEUS.

9 *Magister equitum* talis erat, qualis erat sub Regibus tribunus celerum: dictus autem, quia *magisterium* ac regimen in *equites* & accensos haberet.

GRUTERUS.

10 *Equis frenos detrahi jussit, ut irrevocabili.*] Haud semel bene successit ejusmodi mandatum ducis, quemadmodum non parce ostendimus ad Livii librum octavum, capite tricesimo.

SCHOTTUS.

11 *Fuderunt.*] Parisinus *fregerunt* habet.

ANNA.

12 *Virtute.*] Id est, robore. sic Græcis ἀρετῇ.

MACHANEUS.

13 *Ædem dedicavit.*] Ita, ni fallor, omnino legendum. exstructa vero fuit *ædes* super foro, ubi visa sunt simulacra, & juxta eam fons sacer. his diis Posthumius filius dictatoris eam dedicavit. titulus inscriptionem, honorem, militem rem publicam defendentem indicat.

SCHOTTUS.

13 Vidit Machaneus, vidit & Lycosthenes deesse aliquid. nos ex Agrippinensi codice excuso admodum vetusto *ædem* addidimus: aut si MSC. unum sequi lubet, adscribe, *aras eis* . . . per me enim licet: in aliis sane abest supplementum: forsitan non male.

ANNA.

14 *Communi titulo dedicavit.*] Nam cum Castori & Polluci dedicata esset,

set, Castoris tantum communi nomine dicebatur.

SCHOTTUS.

14 Huc pertinet illud in Julio Suetonii cap. 10. *Venationes ludosque cum collega & separatim edidit: quo factum est, ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet; nec dissimularet collega ejus M. Bibulus evenisse sibi, quod Polluci: Ut enim geminis fratribus ædes in foro constituta, tantum Castoris vocaretur; ita suam Cæsarisque munificentiam unius Cæsaris dici.* Adde & Julio & Cæsare Coss. aliquid actum scribi solitum, tametsi Bibulum collegam haberet. Vide ibidem cap. 20.

CAPUT XVII.

ARGUMENTUM.

Filium Kæsonem abdicat, Dictator dictus Minucium Consulem in Algido obsessum liberat, obsidionali corona donatur, hostium ducem triumphi die ante currum agit, dictatura deposita ad agriculturam revertitur: iterum dictator dictus Spurium Mœlium occidit, ejusque domum solo æquat L. Quinctius Cincinnatus.

Lucius [1] Quinctius [2] Cincinnatus filium [3] Kæsonem [4] petulantissimum * [5] abdicavit, qui & [6] a Censoribus 1

* *Atqui nondum abdicatio inducta erat, & Censores nondum in Rep. Romana.*

SCHOTTUS.

1 *Quinctius.*] *Quintus* quidam, non probo. Cur autem c addiderim ex MSS. annotatum ab aliis est, qui mihi repetendi laborem ademerunt.

MACHANEUS.

2 *Cincinnatus.*] Dictus a *cincinnis*, id est, a prolixis & intortis capillis quos ferebat. Hieronymus: *cincinnatulos pueros, & calamistratulos, & peregrina unguenta olentes, semper devita.*

SCHOTTUS.

3 *Cæsonem.*] Veteres per K. vocem *Kæsonis* notabant, estque in Fastis frequens in prænominibus. Vidi codicem in quo *Censorem* legebatur. ut in vulgatis Ciceronis editionibus Orationis pro domo sua, ubi Antonius Augustinus apud Fulvium Ursinum, *Kæso ille Quinctius* legendum vidit.

ANNA.

4 *Petulantissimum.*] Nam *illo duce sæpe pulsi foro Tribuni, fusa ac fugata plebs est. Qui obvius fuerat, mulctatus nudatusque abibat.* Livius. Qui & *ferocem juvenem* vocat.

5 *Abdicavit.*] *Abdicare* verbum forense, & familia abjicere significat. Sed *abdicatio* moribus Romanis & legibus incognita, neque *abdicavit* filium Quinctius. Dicendum est igitur verbo juris abusum esse Victorem, ita ut per *abdicavit* e conspectu suo removit, intellexerit. Neque enim inscio patre in exsilium profectus est Cæso.

MACHANEUS.

5 Livius libro tertio ab urbe condita. *Cæso erat Quinctius ferox juvenis, qua nobilitate gentis, qua corporis magnitudine ac viribus. Ad ea munera data a diis & ipse addiderat multa belli decora, facundiamque in foro, ut nemo, non lingua, non manu promptior in civitate haberetur.* Huic a Virginio capitis dies dicta quum esset, sex millibus æris mulctatus est, ac dimissus, e foro nocte proxima jussu Consulum in Etruscos in exsilium abiit. Dissentiunt in hoc igitur historici.

6 A Cen-

Censoribus notatus, ad [7] Volscos & Sabinos confugit qui duce [a] Clœlio [9] Graccho, [10] bellum adversum Romanos gerebant, & [11] Q. Minucium consulem in [12] Algido monte cum exercitu [b] obsidebant: Quinctius Dictator [13] dictus, ad quem missi legati, [14] nudum eum [15] arante n [16] trans Tiberim offenderunt: qui insignibus sumptis [17] Consulem [c] obsidio liberavit.

a ἐπέχω igitur. Vulg. Cœlio. MSS. melius.

b ccxcv.

c Sic perpetuo MSS. nostri.

SCHOTTUS.

6 *A Censoribus.*] *Tribunis plebis* Livius: neque *Censores* ea tempestate in Republica erant. Creati enim primum sunt anno U. C. c abiit vero in exsilium a. ccxcii. Livius. lib. iii. Dionysius x.

ANNA.

7 *Volscos & Sabinos.*] *Æquos* & *Volscos* ponit Florus cap. ii.

SCHOTTUS.

8 *Duce Cœlio.*] Sic & Aldus scripserat. Colinæus, & alii per æ diphthongum, qualis varietas & in monte *Cælio*, de quo supra dicere memini. Parisinus liber *Clodio*, nescio quid de P. Clodio & Graccho nimis tempestive somnians. MSS. *Clœlio* præferebant, vere: quamquam Halicarnassei codex Græcus Κοιλιὸς edit. Livius vero *Cluilius* errore ex *o* & *u* affinibus nato, pro *Cloilius* vel *Cloelius*.

ANNA.

8 *Is* vero *tum longe princeps in Æquis erat.* Livius.

SCHOTTUS.

9 Cur *Graccho.*] Non *Gracco* scribam, alibi dicemus.

MACHANEUS.

10 *Bellum.*] rupto fœdere, quod cum Romanis priori anno egerat, scripti sunt Romæ duo magni exercitus contra illos.

ANNA.

11 *Q. Minucium.*] *Marcum* vocat Florus lib. i. cap. ii. *Lucium* Livius, Dionysius, & Capitolinæ tabulæ.

12 *Algido.*] *Algidum* Æquorum oppidum in Latio.

MACHANEUS.

13 *Dictus*] A Nautio Consule. Quinque enim equites inter stationes hostium emissi Romam pertulere, Consulem, exercitumque in Algido obsideri.

ANNA.

14 *Nudum eum arantem.*] Ex præcepto Virg. i. Georg.

Nudus ara, sere nudus.

E illo Hesiodi:

Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,

Γυμνὸν δ' ἀμάειν.

Nudum serere, nudum arare, Nudum metere.

MACHANEUS.

15 *Arantem.*] Persius:

Quum trepida ante boves dictatorem induit uxor.

ANNA.

16 *Trans Tiberim.*] *L. Quinctius trans Tiberim, contra eum ipsum locum, ubi nunc navalia sunt, quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quinctia vocantur.* Liv. lib. iii. cap. 26.

SCHOTTUS.

17 *Consulem obsidio liberavit.*] Sic rursum emendo ex MSS. adjuvante ratione, de qua in Superbo. Quibus hæc adde, antiquitus *obsidio*, post *obsidium* dici cœpisse: auctor Marius Victorinus antiquus Grammaticus Donati æqualis in Orthographia: ut vice versa *consortio, onis* apud Vellejum Paterculum & Cic. iii. Officiorum: & *contagium* apud Marcellum pro *contagione*: sic *debitio dotis* apud Cicer. ad Attic. libro xiv. epistola 13. pro, *debito dotis.* Imperiti ergo librarii, quod inauditum suis auribus non satis purgatis & eruditis accideret *obsidio liberare, ne*, adjecerunt, ne non Latina phrasis esset. Plautus tamen Milite:

Coge

beravit. Quare a Minucio & ejus exercitu [18] obsidio- 2
nali [19] corona donatus est. Vicit hosteis: [20] ducem 3
eorum in deditionem accepit, & [21] triumphi die an-
te currum egit. [22] Sextodecimo die dictaturam, quam 4
acceperat, deposuit: [23] ad agriculturam rever-
d CCCXIV. sus est. Iterum post viginti annos [d] Dictator di- 5
ctus, [24] Spurium Mœlium regnum affectantem, a
[25] Servi-

Coge in obsidium perduelles, nostris præsidium para.

Ubi vulgati non ita recte, *Curre in obsidium* legunt. L. Annæus Seneca in Hist. Rom. lib. II. *Ipsam caput belli Karthaginem urgebat obsidio, ipsisque portis inhærebat.* de Regulo auferendi casu. Sic Tacitus sæpissime. Et Carisius *contagium* veteres magis usurpasse ait, *Sallustium tamen* [illegible] *agio dixisse primum.* Sic enim lego, non *primo*. Neque enim ex libro primo Historiarum, sed ex Catilinario desumptum est. Sed ne quis de fide in exprimendis libris dubitet; Musas mihi parum propitias opto, nisi ita constanter scriptum reperi, ut & amicis ostendi.

ANNA.

18 *Obsidionali corona.*] Quæ graminea erat, ex eo gramine, ubi cives *obsidione* liberati fuerant.

SCHOTTUS.

19 Τὸ *Corona.*] superare credo, quod in Mediolanensi afuisse comperi: & certe sic loquuntur auctores frequenter, ut Tranquillus in Julio cap. 2. & in Claudio cap. 17. MSS. & Parisinus hæc invertebat: *corona aurea obsidionali donatus est.* perspicue verum ex Livii lib. II. qui unius libræ pondo fuisse ait: *aurea* itaque addi jusseram, si mihi operæ parere voluissent. Sed *coronarum* in P. Decio & Scipione Æmiliano noster mentionem habet. Videndus & Agellius lib. V. cap. 7. & inf. ad cap. 26. in Publio Decio.

MACHANEUS.

20 *Ducem.*] Gracchum, pluresque alios junctos.

21 *Triumphi die.*] in qua *militaria signa prælata, sequutus exercitus præda onustus, epulæ instructæ dicuntur fuisse ante omnium domos, epulantesque cum triumphali carmine: sollennibus jocis comessantium modo currum sequuti sunt.* Livius.

SCHOTTUS.

21 Venuste in quibusdam afuit præpositio: alii *triumphali.* Adde & sub jugum hostes subactos misisse: cujus formam Livius lib. III. describit.

ANNA.

22 *Sexto decimo die.*] Idem Livius. Florus: *Intra quindecim dies cœptum peractumque bellum.*

23 *Et ad agriculturam reversus est.*] Flor. cap. II. *Sic expeditione finita, rediit ad boves rursus triumphalis Agricola.*

SCHOTTUS.

23 Minutum hoc est, tamen monendum, in veteribus libris esse *agricultum*: & aliter interpungi cæsum illud: *Dictaturam sexto decimo die quam acceperat, deposuit: Et ad agricultum reversus iterum post, &c.* Vulgata hæc distinctio, quam non sequor: sed MSS. codices *& ad agriculturam reversus est. Iterum post,* &c. eximie. De dictatura illa vide infra Cornelium Cossum. Porro frugalitatis & continentiæ Romanæ memorabile exemplum, de quo vide Salvianum Massiliensium Episcopum lib. I. de Providentia Dei.

ANNA.

24 *Spurium Mœlium.*] Qui frumenti ex Etruria, privata pecunia coempti, largitiones faciebat. Vid. Liv. lib. IV. cap. 13.

SCHOT-

[25] Servilio [e] Ahala Magiſtro equitum occidi juſſit. Domum ejus ſolo æquavit: unde locus ille [26] Æquimelium dictus. e Hala. Vulg.

SCHOTTUS.

25 *Servilio Hala.*] Sic vulgati omnes. MSS. ſine ulla veritate *Ab Servilio Ahala*, quomodo & Aldus Manutius P. F. olim ſcribendum monuit. Ciceroni tamen magis placet *Ala* dici. *Verba*, inquit in Oratore, *ſæpe contrahuntur non uſus cauſa, ſed aurium: quomodo enim veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? quam literam etiam e maxillis, taxillis, vexillo, paxillo, conſuetudo elegans Latini ſermonis evellit.* Hæc ille; videtur igitur *Ala* ab *Axilla* eadem ratione defluxiſſe, qua *velum* ex *vexillo* factum. Alexand. vero Neapol. lib. I. Genial. cap. 9. putat a fœdo oris halitu *Halam* cognominatum. Judicent eruditiores.

ANNA.

26 *Æquimelium.*] *Domum deinde dirui extemplo juſſit, id Æquimelium appellatum eſt.* Livius. Fuit autem *Æquimelium* inter Velabrum & Capitolium ad tabernas laneas.

CAPUT XVIII.

ARGUMENTUM.

De Sabinis triumphat, populum, a patribus qui ſeceſſerat, revocat, tribunos plebis creat, pauper decedit, & collatis quadrantibus ſepelitur Menenius Agrippa Lanatus.

1 MENENIUS [2] Agrippa cognomento [3] Lanatus, dux electus adverſum [4] Sabinos, [5] de iis
2 [a] triumphavit. Et cum populus a patribus [b] [6] ſeceſſiſſet, quod tributum [7] & militiam non toleraret, nec a CCL. b CCLX.

SCHOTTUS.

1 *Menennius.*] in MSS. eſt geminata liquida. Plutarchus *Menemius* ſcribit.

2 *Agrippa.*](Vel potius *Agripa* ab ægro partu) unde dicti Plinius docet lib. VII. cap. 8. Solinus cap. 4. & Agell. lib. XVI. ex Varrone.

MACHANEUS.

3 *Lanatus.*] A *lanugine* enaſcente cana cognomentum fuit Capitolini, auctore Calepino lexico. Itidem Columella ſecundo de agricolatione *uvas amineas lanatas enaſcente lanugine* nuncupat.

SCHOTTUS.

4 *Sabinos.*] Dionyſius libro VI. Livius vero adverſus *Auruncos* dicit.

ANNA.

5 *De iis triumphavit,*] Poſtquam P. Poſtumius Tubertus Collega magna clade repulſus fuit. Anno U.C. 251. Vide Dionyſ. lib. VI.

MACHANEUS.

6 *Seceſſiſſet.*] Auctore & duce Sicinio, iratus in ſacrum montem ſe contulit, quod a fœneratoribus nimium vexaretur.

SCHOTTUS.

6 *Ceſſiſſet* in antiquis reperio: alterum malo, inde enim *ſeceſſio* dicta. Salluſt. in Catilin. *Sæpe ipſa plebs aut dominandi ſtudio permota, aut ſuperbia magiſtratuum armata, a patribus ſeceſſit.* Et lib. III. Hiſt. in orat. M. Lepidi: *quoties a patribus armata plebs ſeceſſiſſet.*

7 *Et militiam toleraret.*] Fuit cum negationem addendam putarem, ſed utraque lectio, ſi commode interpretaris, ferri poteſt, idque Salluſtii Criſpi auctoritate. Sic enim lib. V. Hi-

nec revocari posset; Agrippa apud eum, *Olim*, in- 3
quit, *humani artus, cum ventrem* [8] *otiosum* [c] *cerne-*
rent, ab eo discordarunt, & suum illi ministerium
negarunt. Cum eo pacto & ipsi deficerent, intellexe- 4
runt ventrem acceptos cibos per omnia membra [d] [9] *dis-*
serere: & cum eo in gratiam redierunt. Sic Senatus 5
& populus quasi unum corpus discordia pereunt; concor-
dia valent. Hac [10] fabula [11] populus regressus est. Crea- 6
vit tamen [12] Tribunos plebis, qui libertatem suam [13] ad-
versum nobilitatis superbiam defenderent. Menenius au- 7
tem

c m. ß. 2. crederent.

d Vulg. digerere.

v. Histor. apud Augustinum lib. 11 cap. 18. *Quibus sævit, & maxime fœnoris onere oppressa plebes, cum assiduis bellis tributum simul & militiam toleraret, armata montem sacrum atque Aventinum insedit.* Quo Vide & lib. v. de civitate cap. 12. Itaque frequenter absque negatione Sallustius, quam si addas, pro non æquo animo perferre accipio.

8 *Otiosum cernerent.*] In veteribus est, *crederent otiosum.* varietas forte nata, quod *crevi* præteritum formet.

9 *Disserere.*] Quidam subjiciunt pro *digerere* auctoribus libris veteribus & Livio: *Reddentem*, inquit, *in omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemusque, divisum pariter in venas maturum confecto cibo sanguinem.* Sic Seneca, *Corpus*, inquit, *nostrum & sanguine irrigatur, & spiritu qui per sua itinera discurrit.* Corn. Severus in Ætna:

Ad vitam sanguis omnis qua
commeat idem.

Tametsi Medici *digestionem* semper in ore habeant, sitque *digerere* suo quidque loco componere. Virgilius,

Digerit in numerum, &c.

Ovidius,

Latium digesta per annum.

Alias, dividere.

MACHANEUS.

10 *Fabula hac.*] Æsopeo more conficta; est ea nec vera, nec verosimilis. Vocatur autem alia, Sybarica, & Cilix, & Cypria, secundum inventores nomina mutans. Vicit autem cæteras magis Æsopica: ut nos late in traductione Aphthonii e græco Latini facti diximus.

SCHOTTUS.

11 *Populus regressus est.*] Antiqui *repressus est*, nihil tamen muto.

12 *Tribunos plebis.*] Primos duos, *C. Licinium & L. Albinum*, ut Livius vocat. Asconius *S. Licinium Bellutium & L. Junium Paterculum* appellat. Dionysius *C. Sicinium Bellutium & L. Junium Brutum.* Plutarchus in Poplicola, & Coriolano *Junium Brutum & Sicinium Bellutum.* Suidas in voce δήμαρχοι, *Sicinium & Brutum.*

13 *Adversum nobilitatis superbiam.*] In MSS. est, *adversum nobilitatem*, rectius. nam e suo corpore contra patriciorum potentiam, vim, ac injuriam magistratum creari populus volebat, non ob *superbiam* solum, sed vim præcipue *nobilium* fœneratorum, qui plebem ære alieno obstrictam in vinculis habebant.

GRUTERUS.

13 Si in nullis calamo exaratis codicibus isthæc restaret lectio, sed magis *adversus nobilitatem defenderent*, non esset profecto causa, cur eam deinde excluderemus. Sed enim cum palam hæreat in autographis Palatinis, non est quod nimis eam exagitemus, aut adeo *nobilitatem* exuamus sua sibi *superbia.* ei sane passim adfigitur; tanquam nota propria. Unde de Metello Sallustius Jugurth. cap. 64. *Cui quamquam virtus, gloria*

tem [14] tanta paupertate [e] decessit, ut eum populus [15] col- *e* CCLX.
latis [16] quadrantibus sepeliret, locum sepulcro Senatus
[17] publice daret.

ria atque a pa optanda bonis superabant, tamen inerat contemptor animus & superbia, commune nobilitatis malum. Addantur & Aurelii Victor Cæsares cap. 39. ubi loquitur de Diocletiano.

ANNA.

14 *Tanta paupertate decessit.*] Vide notata in P. Valerio Poplicola cap. 15.

SCHOTTUS.

15 *Collatis*] *Collectis* Parisinus legit: Livius, *extulit eum plebes sextantibus collatis in capita*, quomodo & Valerius Maximus lib. IV.

ANNA.

16 *Quadrantibus.*] *Extulit eum plebs sextantibus collatis in capita.* Livius. Fuit autem *quadrans* æreus nummulus, Romani assis pars quarta. *Un denier tournois.* Sextans, sexta pars assis Romani, *les deux tiers d'un denier tournois.*

SCHOTTUS.

17 *Publicum.*] MSS. legunt. *publice* alii: quomodo loquitur in Curio Dentato, & Corn. Nepos in Aristide: *In tanta paupertate decessit, ut qui efferretur vix reliquerit. Quo factum est, ut filiæ ejus publice alerentur, & de communi ærario dotibus datis collocarentur.*

CAPUT XIX.

ARGUMENTUM.

A Postumo optionem munerum accipiens equum & hospitem sumit, frumentum magno pretio populo dat, die sibi dicta ad Volscos concedit, eosque adversus Romanos concitat, a matre & uxore motus bellum omittit, & ut proditor occiditur C. Marcius Coriolanus.

1 [1] CAJUS Marcius, a captis Coriolis urbe Volscorum [2] Coriolanus dictus: ob egregia [a] militiæ facinora a [3] Postumo optionem munerum [b] accipiens, [4] equum tantum & [5] hospitem sumpsit, [6] virtutis & [7] pic-

a τὸ militiæ *afuit in q. m. ß. & vulg.* Posthumo.
b CCLX.

SCHOTTUS.

1 *Cneus Marcius.*] Sic in vulgatis omnibus legitur: Scribo *Cajus Marcius*, quemadmodum libri veteres præcipiunt: in uno tamen, ne quid dissimulem, supra adscriptum habebatur *Quinctus*, forte, quod alibi *Q.* pingi vidisset, litera cum *C.* admodum affini, ut literatores illi veteres copiose docuerunt.

MACHANEUS.

2 *Coriolanus.*] ut Creticus a Creta: Africanus ab Africa.

SCHOTTUS.

3 *Postumo.*] Plutarcho *Postumus* est, non *Postumius.*

ANNA.

4 *Equum.*] Cum phaleris.

5 *Hospitem*] Captivum unum, qui hospes fuerat.

SCHOTTUS.

5 *Hospitam* Parisinus habet.

ANNA.

6 *Virtutis.*] Exemplum equum-

c CCLXII. d Locus vulgo male interpungitur. e Decimo m. ſſ. 2. f CCLXIV. g Tito Tatio. m. ſſ. 4. vulg. quid. Accio vel Actio.

[7] pietatis exemplum. Hic [8] Conſul [c] gravi annona, 2
[9] advectum e [10] Sicilia frumentum, [11] magno pretio [d] [12] dandum populo curavit; ut hac injuria plebs agros, non ſeditiones coleret. Ergo a Tribuno plebis 3
[e] [13] Decio die dicta, ad Volſcos [f] conceſſit; eoſque [14] duce [g] Attio Tullo adverſus Romanos [15] concitavit, & [16] ad quartum ab urbe lapidem caſtra poſuit [17] Cum-

7 *Pietatis.*] Exemplum hoſpitem.

SCHOTTUS.

8 *Hic Conſul.*] *Conſulem* non fuiſſe exiſtimo, nec Capitolini Faſti a Verrio Flacco, ut putatur, conſcripti eum agnoſcunt. Senatorem ut credam, facit T. Livii auctoritas. Verum in petitione *Conſulatus* pulſam paſſus est: hac injuria plebi infeſtus graviſſime eam ſua ſententia afflixit. Dionyſius Halicarnaſſeus & Plutarchus.

9 *Addictum.*] Pariſinus habet, Colonienſis *adductum*, pro quo vulgo *advectum*, quod neſcio quomodo magis adlubeſcit animo meo.

ANNA.

10 *Sicilia.*] Quam *annonæ pignus* vocat Florus.

MACHANEUS.

11 *Magno pretio.*] Nam ratus tempus veniſſe ex ore pauperum frumentum rapiendi, unde damnatus.

SCHOTTUS.

12 *Dandum populo curavit.*] Locus fœda falſaque interpunctione contaminatus. Lego alioqui *negavit*, ne cum Livio, Dionyſio & Plutarcho pugnet: hoc amplius, a ſe ipſe diſſentiat: *injuriam* enim mox appellat. Quam, amabo, injuriam plebi volenti facturus videbatur, ſi frumentum diſtribuendum curaſſet? Quamobrem ſic olim ſine libris audacter legendum cenſebam: *Dandum populo negavit, ut hac injuria.* ſicque explicabam, ideo impediiſſe ne Tribuni plebis frumentum populo darent, ut rei ruſticæ & agricolationi, non vero inteſtinis ſeditionibus vacarent. Cupiebat enim hoſtis Tribunitiæ poteſtatis acerrimus, jura civili illa ſeceſſione atque diſcidio Patribus adempta atque extorta recuperare. Equidem ita judicabam: ſed vulgata retineatur, ſitque comma poſt *frumentum*: *advectum e Sicilia frumentum, magno pretio dandum populo curavit*: advectum partim vili pretio, partim gratis ex liberalitate Regis acceptum fuerat, id quod Patricii plerique, imprimiſque hic Marcius vendendum plebi cenſuerat.

13 *Decio.*] *Sicinio* Livius & Plutarchus.

14 *Duce Attio Tullo.*] MSS. duo *Tito Tatio*, gentili ejus, qui cum Romulo regnavit annos quinque, unde & tribus quædam Tatienſis cognominata. Tertius vero *Actio Tullo*, ſed *Tullus Attius* appellatus, ut illud prænomen ſit, hoc gentis nomen, ut in Tullo Hoſtilio: Sed de hoc nomine in Ciceronis vita quædam.

ANNA.

14 *Longe is tum princeps Volſci nominis erat.* Livius. Ejus hoſpitio utebatur Marcius.

MACHANEUS.

15 *Concitavit.*] Nam quum ludi magni Romæ agerentur: ſimulavit Tullus cum Conſulibus eſſe metuendum a Volſcis; ne ſeditiones in urbe ſererent: unde præconis voce ejecti ſunt Volſci extra urbem; ac ex illa indignatione arma ſumpſere.

ANNA.

16 *Ad quartum ab urbe lapidem.*] Imo ad quintum; nam *ad foſſas Cluilias quinque ab urbe millia paſſuum caſtra poſuit.* Livius.

SCHOT-

4 [17] Cumque [18] nullis civium legationibus flecteretur,
[19] a [h] Veturia matre, & Volumnia uxore [20] matronarum numero [21] comitatis [22] motus, omisso bello,
5 [i] [23] ut proditor occisus [k] est. Ibi templum [24] Fortunæ muliebri constitutum est.

[h] Plutarch. Coriol. Volumniam matrem, Veturiam uxorem vocat.
[i] Ut proditur MSC. 1.
[k] CCLXV.

SCHOTTUS.

17 *Cumque.*] Pulmanni apographon legit: *Isque cum.*

ANNA.

18 *Nullis civium legationibus.*] Ter *legati* missi. Primum atrox responsum tulere. Iterum iidem missi in castra non recepti sunt. Sacerdotes deinde suis insignibus velati nihilo magis profecere.

SCHOTTUS.

19 *A Veturia matre & Volumnia uxore.*] Parisinus *Vetruria* & vetus liber meus *Volusia* edunt. Cæterum Plutarchus in Coriolano contra, *Veturiam uxorem*, *Volumniam* matrem fuisse ait.

MACHANEUS.

20 *Matronarum.*] Principe Valeria.

21 *Comitata.*] Passive: nam antiqui etiam *comito* dixere. Propertius:

Atque utinam nostræ comitarent castra puellæ.

Præterea apud antiquos omnia deponentia erant communia. Virgilius:

Atque uno graditur comitatus Achate.

22 *Motus.*] Dixit enim *vicisti*

SCHOTTUS.

23 *Ut proditor.*] Pulmanni apographon legit: *ut proditur*, non *ut proditor*, nec improbo. Varie enim de morte illius dicunt auctores, qui hæc literis monumentisque prodiderunt. Fabius Pictor, quem Livius laudat auctorem antiquissimum, usque ad senectutem vixisse refert, non vero interfectum: & hanc vocem usurpare solitum, *Multo miserius seni exsilium esse.*

MACHANEUS.

24 *Fortunæ muliebri.*] Senatus populusque decrevere: quia e *mulieribus* salus urbi fuerat.

CAPUT XX.

ARGUMENTUM.

Fasces lictorios sororis mariti patricii foribus appositos expavescit, & a sorore irridetur Ambusti filia altera plebejo nupta. Plebis tribunatum aggreditur, e plebe primus consul fit, in judicium, quia plebejus plus quingenta agri jugera habebat, vocatur, & sua lege punitur C. Licinius Stolo.

[1] FABIUS Ambustus ex duabus filiabus [2] alteram Licinio

ANNA.

1 *Fabius Ambustus.*] *M. Fabius Ambustus. Ambusti* autem proprie dicebantur, qui fulgure contacti, nec interfecti fuerant, ut hic M. *Fabius*, qui fulmine ictus in natibus. Quare & Jovis pullus dictus, *Ambusti* cognomen habuit, & toti familiæ dedit.

2 *Alteram.*] Minorem.

 3 *Stoloni.*]

a *Abest in vulg. male.* cinio [3] Stoloni [a] [4] plebejo, [5] alteram [6] Aulo Sulpicio
patricio conjugem dedit: [7] quarum plebeja cum sororem salutaret, cujus vir [8] Tribunus militum consulari potestate erat, [9] fasces lictorios foribus appositos indecenter expavit. a sorore irrisa, [10] marito questa est: qui adjuvante [11] socero, [12] ut primum tribuna-
b CCCLXXXVI tum plebis [b] [13] aggressus est, [14] legem tulit, ut alter
consul ex plebe crearetur. [15] Lex, [16] resistente Ap- 2
pio Claudio, lata tamen: [17] & primus Licinius Stolo

MACHANEUS.

3 *Stoloni.*] *Stolo* rusticanum vocabulum, quod Liciniæ genti insitum, quia primus inutiles radices ex arboribus eradicabat, quæ a solida fruticatione *stolones* nominantur.

SCHOTTUS.

4 *Plebejo.*] Addo sequutus auctoritatem MSS. & certe desiderabatur, quod mox patricio, (quem Ser. Sulpicium Livius secus ac noster appellat) alteram in matrimonium filiam datam affirmet

ANNA.

5 *Alteram.*] Majorem.

SCHOTTUS.

6 *Aulo.*] Qui Livio, *Servius* est.

ANNA.

Quarum plebeja.] Vide quæ ad Florum dicta sunt lib. I. cap. 26. Vide & Liv. lib. VI. cap. 34.

MACHANEUS.

8 *Tribunus militum.*] Ea per plures annos dignitas quotannis pro consulari viguit, ut Livius refert.

SCHOTTUS.

8 MSS. *Tribunus militaris* præferunt, non *militum*.

MACHANEUS.

9 *Fasces lictorios.*] Nam moris fuit ingressuro domum aliquam magistratui per lictores ad dignitatem ostendendam percutere fores: quod Plinius VII. 3. his verbis ostendit: *Cn. Pompejus confecto Mithridatico bello intraturus Posidonii sapientiæ professione clari domum, fores percuti de more a lictore vetuit: & fasces lictorios januæ summisit.*

ANNA.

Alii sonum lictoriæ virgæ expavisse minorem Fabiam dicunt.

10 *Marito.*] Patri. *Livius.*

11 *Socero.*] Fabio Ambusto.

SCHOTTUS.

12 *Ut primum.*] pro simulatque, vel postquam primum. Constat vero jam decimum Tribunum plebis cum L. Sextio refectum, quando lex ista Senatum pervicit. Quid si ergo legas: *Ut primum Tribunatum plebis rursum adeptus est?* Nihil tamen pronuntio, aut immuto.

ANNA.

13 *Aggressus est.*] Lege *ingressus est.* Pater meus.

SCHOTTUS.

14 *Legem tulit*] Tulit idem *ut deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset, triennio æquis portionibus persolveretur.* Livius extremo libro VI.

15 *Lex.*] Paullo aliter MSS. *Lex, resistente tamen Appio Claudio lata,* vide infra 34. 4.

16 *Resistente.*] *Restitit* & Furius Camillus quartum Dictator. Plutarchus Camillo extremo.

17 *Et primus Licinius Stolo.*] Sic noster. Livius tamen, Plutarchus in Camillo extremo, & Fasti Capitolini L. Sextium *primum de plebe Consulem factum* ajunt. Vitiose Dominicus Floccus, sive is Jacobus Borragius est, ut Robortellus existimat, auctor de magistratibus Romanorum

CAPUT XXI.

ARGUMINTUM.

Virginiam adamat, per clientem in ſervitutem depoſcit legibus ſcribendis Decemvir factus Appius Claudius. Filiam jam addictam in ſecretum abducit, occidit, humeris ad exercitum fert, Decemviros puniri & Appium Claudium in carcere necari curat L. Virginius Centurio.

POPULUS Romanus cum [1] ſeditioſos magiſtratus ferre non poſſet, Decem-viros legibus ſcribendis [a] [2] creavit, qui eas ex libris [3] Solonis tralatas, [4] duodecim Tabulis expoſuerunt. Sed cum [5] pacto dominationis magiſtratum ſibi prorogarent; unus ex ipſis Appius Claudius [6] Virginiam, Virginii Centurionis filiam, in Algido militantis adamavit: quam cum [7] corrumpere non poſſet, [8] clientem ſubornavit, [b] [9] qui eam in ſervitutem depoſceret: facile victurus, 1 2

a CCCII.

b Vet. l. qui eam vindex popoſceret, more I. C. Vindicias ſecundum ſervitutem dare. & ſic Livius.

MACHANEUS.

1 *Seditioſos magiſtratus.*] Tribunos plebis violentiſſimos: hoc autem fuit anno tercenteſimo altero, quam condita Roma fuit.

SCHOTTUS.

2 *Creavit.*] *Curavit* MSS. Nihil muto.

MACHANEUS.

3 *Solonis.*] Athenienſis, quem conſtat e ſeptem ſapientibus primarium fuiſſe: cujus exquiſita dicta circumferuntur, ut:

Dicique beatus
Ante obitum nemo, ſupremaque funera debet.

Sententia ejus omnino fuit ab Ovidio repetita.

4 *Duodecim tabulis.*] Primo latæ fuere decem confirmante populo, ac in baſes æneas inſcriptæ. Livius: *Centuriatis Comitiis* x. *tabularum leges perlatæ ſunt, qui nunc quoque in hoc immenſo aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulo fons omnis publici, privatique juris eſt.* Idem paullo inferius: *jam & proceſſerat pars major anni, & duæ tabulæ legum ad prioris anni* x. *tabulas adjectæ erant.*

ANNA.

5 *Pacto dominationis.*] Hoc eſt, *dominatione pacta*, hoc eſt, inito conſilio de *dominatione* in perpetuum retinenda. Flor. lib. I. cap. 24. *Traditos faſces regio quodam furore retinebant.*

6 *Virginiam.*] Vide Liv. lib. III. cap. 44.

SCHOTTUS.

6 In MSS. *Verginiam* ſcribitur per ſecundam vocalem. Pierius vero prolixe *Virgilius* ſcribendum aſſeruit.

MACHANEUS.

7 *Corrumpere non poſſet.*] *Neque ſpe, neque pretio.* Livius.

8 *Clientem.*] M. Claudium.

ANNA.

9 *Qui eam in ſervitutem depoſceret.*] Dicendo eam e *ſerva* ſua natam, demum Virginii furto abreptam fuiſſe.

10 Cum

3 xus, cum ipſe eſſet & accuſator, & judex. Pater re cognita, [10] cum [c] ipſo die judiciis [11] ſuperveniſſet, & filiam jam [12] addictam videret, ultimo [13] ejus adloquio impetrato, eam [14] in ſecretum [15] abduxit, & [16] occidit: [17] corpus ejus humeris gerens, ad exercitum profugi[illegible] & milites ad vindicandum facinus accendit: qu[illegible] creatis [18] decem Tribunis, [19] Aventinum

c q. l. cum ipſo judicii die.

SCHOTTUS.

10 *Cum ipſo die judiciis ſuperveniſſet.*] Ita MSS. Quidam codices. *Cum ipſe judicii die ſuperveniſſet.* non placet.

GRUTERUS.

10 Malim abjecta litera, *judicii*, volente exemplari Palatino utroque.

MACHANEUS.

1[illegible] *[illegible]uperveniſſet.*] A duobus impigris juvenibus arceſſitus e caſtris, antequam literæ Appii *ſuperveniſſent* ſcriben[illegible] collegis, *ne illi darent com[illegible]atum, ſed in cuſtodia haberen[illegible]*

[illegible]2 *Addictam.*] Obligatam. Propertius:

Et trahit addictum ſub ſua jura virum.

Jam Appius *I*, inquit: *lictor, ſummove turbam, & da viam domino ad prehendendum mancipium.*

SCHOTTUS.

12 Male, qui *additam* ediderunt, ignorantes vocis vim. *Addicti* enim ii dicebantur, qui Prætoris pronuntiatione, cum ſolvendo non eſſent, creditoribus vendebantur, ut in eos vitæ necisque poteſtatem haberent: Eſt enim ex tribus verbis Prætoriis, quæ ſunt: *Do, Dico, Addico.* Auctor noſter infra in Manlio Capitolino: *Et addictos propria pecunia liberaret.* Sic enim primi legendum docuimus. Quid in augurali ſcientia, *Aves addicunt*; in Numa dicere memini.

ANNA.

13 *Ejus adloquio impetrato.*] Tanquam nutricem coram virgine percontari vellet, quid hoc rei eſſet.

14 *In ſecretum.*] *Seducit filiam ac nutricem prope Cloacinæ ad tabernas, quibus nunc Novis eſt nomen.* Livius.

SCHOTTUS.

14 Unus calamo exaratus *in ſe*[illegible]

15 *Abdux[illegible]t &*] Vulgati ex eo, *[illegible]bduxiſſet* cont[illegible] fidem veterum fec[illegible]nt, & *cum* [illegible] ſuo adjecerant: ſed qua fronte? Acc[illegible]t autem ſexageſimo ab exactis R[illegible]anno. Cicero de finibus: *L. Virginius ſexageſimo anno poſt libertatem receptam, Virginiam filiam ſua manu occidit potius, quam ea Appii Claudii libidini, qui tum erat ſummo in imperio, dederetur.* Exſtat & Libanii Sophiſtæ declamatio de patre filium occidente, cum Tyrannus rapere eum vellet.

MACHANEUS.

16 *Occidit.*] *Arrepto cultro ab lanio.* Livius.

17 *Corpus gerens*] Diſcrepant alii hiſtorici ab hujus ſententia, aſſerentes cadaver Romæ relictum, ipſum vero ad exercitum iratum rediiſſe.

18 *Decem Tribunis.*] Militaribus intelligendum eſt, Livio teſte, ad vindicandum facinus, *Reſperſus cruore & telum cruentum tenens.*

19 *Aventinum occuparunt.*] Inde in *ſacrum montem tranſierunt.* Livius.

SCHOTTUS.

19 Secunda hæc ſeceſſio plebis, quæ non prius in urbem redire voluit quam Tribuni pl. reſtituerentur, & decemviris abdicatis Conſularis poteſtas revocaretur: auctor Livius lib. III. ab U. c. Subit igitur vereri, ne perturbatus hic ordo ſit, falſoque locus a ſcribis inter-

3 lo consul factus. Idem [18] lege [c] sancivit, [d] ne cui [19] plebejo [20] plus quingenta [e] jugera agri habere lice-
4 ret. Et ipse cum [21] jugera quingenta haberet, & altera [22] emancipati [23] filii nomine possideret; [24] in judicium vocatus, [25] & primus omnium sua lege [26] punitus est.

c legem scivit. *MSS. al.* lege cavit.

dccclxxxvii

e Sic *emendavi. Vulg.* plus centum jugera. *mox*: cum jugera centum quinquaginta hab. *male. Notas lege.*

CA-

manorum, nob. Fenestella, *L. Sequarium* nominat.

18 *Lege sancivit.*] Sic locum interpungendum putavi, a quo dissentire liberum cuique facimus. Porro in MSS. *Lege cav[illegible]*: Parh[illegible]nus vero, *Legem scivit*, [illegible]ste admodum. Cæterum *legis* hu[illegible] meminere præter Livium, Varro lib. I. de re rustica, Appianus l. Bell. civil. Agellius lib. XX. cap. I. Valer. lib. VIII. cap. 6. Plinius lib. XVIII. 3. Vellejus Paterculus lib. II. Plutarchus in Camillo & in Gracchis.

19 *Plebejo.*] Delendum videtur. Lege dum ex historiæ veritate, *ne plus quinquaginta.*

20 *Plus centum jugera.*] Sic vulgati hactenus, in quibus mendum inest. Libri MSS. nihil hic nos adjuverunt: nam in uno lacuna erat, quasi librarius hæsisset, aut lituram in autographo vidisset, alter nihil variabat: Nos Livio, Plutarcho, & Valerio auctoribus *quingenta* fecimus, exigente ita historiæ veritate.

21 *Jugera quinquaginta.*] Nos fecimus. *Cum jugera quingenta altera haberet*: ubi vulgati *cum jugera centum quinquaginta haberet.* Manifeste falsum. Lycosthenes *mille* reponebat. nos, nisi me amo, dexterius *quingenta altera* restituimus: præsertim cum Varro, Plautus, cæteri sic loquantur, & in uno scriptum reperissem, *cum jugera quingenta haberet, & altera.* ut *altera* accipiamus pro alterum tantum, vel totidem, quæ lectio etiam tolerari potest. Bis enim quingenta millenarium efficiunt, si non fallunt Pythagorici numeri. Forte vox *altera* omissa, quod statim repeteretur. Simile vulnus in Tiberio Graccho sanavimus.

MACHANEUS.

22 *Emancipati.*] Exhæredati. *Manceps* vocatur, qui a populo aliqui[illegible] eme[illegible]t, conducebatve: *mancipia* appella[illegible] servi, ancillæve em[illegible]titiæ, quia in bello capiantur: unde *emancipare.* [illegible]iusquam sequens caput de legum ori[illegible] interpreter, obiter studiosos juvenes, [illegible]xime juris peritos admoneo, ne Accursii scriptis quibusdam, commentitiisque nugis primo libro digestorum de juris origine fidem habeant.

SCHOTTUS.

22 Valerius Maximus lib. VIII. cap. 6. *dimidiam partem filio emancipavit*, pro vendidit, quomodo Jurisconsulti sæpe usurpant. Justin. libro II. Tit. 10. de Testamentis, Plautus Curculione, & Cicero Philipp. III.

ANNA.

23 *Filii nomine.*] Nam quos pater emancipaverat, ii sibi habebant, sibi quærebant, &c.

SCHOTTUS.

24 *In judicium vocatus.*] Accusante M. Popillio Lænate, ut ait Valerius.

GRUTERUS.

25 *Primus omnium....*] Ac docuit, *nihil aliud præcipi debere, nisi quod prius quisque sibi impetraverit,* inquit Val. Maximus lib. VIII. cap. 6. cui titulus: *Qui quæ in aliis vindicarant, ipsi commiserunt.*

SCHOTTUS.

26 *Punitus est.*] Damnatus decem millibus æris teste Paullo Orosio.

d CCCIV.
e Vulg. præceperunt.

num occuparunt, Decem-viros abdicare [d] [20] se magistratu [e] [21] coegerunt, eosque omnes [22] aut morte aut exsilio punierunt. Appius Claudius [23] in carcere necatus est.

interpolatus, quem sic in integrum restituere tentabam: *qui Aventinum occuparunt, creatisque decem tribunis Decemviros abdicare se magistratu coëgerunt.* Conjecturam hanc meam de ordine inverso historia confirmat.

20 *Se magistratu.*] glossam olet, aliundeque furtim irrepsit, quod librarii desiderari aliquid putarent, nescirentque veteres ... loquutos, *Consules abdicarunt*: quod eo lubentius credo, cum in un... *magistratu abire coegerunt* repe... rim. Ineptius ... illi, qui *a magistratu* infarse... . Nihil tamen a libris antiquis defectus mutare ausim.

21 *Præceperunt.*] Erat in editis libris. Ego scriptos libenter sequor, suadente præsertim ratione, cui in omnibus fidem integritatemque sartam tectam servaturum me polliceor.

22 *Aut morte ... exsilio.*] Mr... tilus hic Pompo... J. C. locus D. de orig. Jur. I. 2. *populique consensu partim in car... e necati*, addendumque, *par... im in exsilium acti*, tum ex historiæ veritate, tum quod *partim* geminate fere proferri solet: tametsi non ignorem solum aliquan... ponі, ut apud Agell. lib ... cap. 13. ex Catone & Clau... Quadrigario, & in Institutionibus Justinianeis titulo de Testamentis, apud Ciceronem II. de Legibus, Tusc. IV. initio: ... Lambinus *partim* male addidit, & I. Offic. in extremo, & Sallustium in oratione Cottæ.

MACHANÆUS.

23 *In carcere necatus.*] Alii ipsummet sibi ipsi mortem conscivisse autumant.

CAPUT XXII.

ARGUMENTUM.

Epidauro arcessitur, ad Romanorum navem pergit, Tiberi adverso subvectus in proximam insulam desilit, & templo constituto donatur anguis imaginem sibi sumens Aesculapius.



1 ROMANI [3] ob pestilentiam [4] responso [5] monente,
2 ad [6] Æsculapium [7] Epidauro [a] [8] arcessendum
decem legatos principe [9] Q. Ogulnio [b] miserunt. Qui
cum eo venissent, & simulacrum ingens mirarentur, an-
guis [10] e sedibus suis elapsus venerabilis, non [c] [11] hor-
ribilis [12] per mediam urbem cum admiratione omnium
ad navem [13] Romanorum perrexit, & se in [14] Ogulnii
taber-

a *Sic MSS. om. & mox* Oculino. *Vulg.* Volumnio.
b CDLXII.
c *MSS.* horrendus.

SCHOTTUS.

1 Capitis hujus emendatio partim a MSS. est, partim Valerio Maximo debetur. Livii enim lib. XI. & alii aliquot, magno malo interciderunt: quam jacturam eo levius ferimus, quod ab injuria temporis Florus abbreviator illius reliquus sit.

MACHANEUS.

2 *Romani.*] Hanc historiam Valerius Maximus, Lucius Florus, Ovidius in Fastis illustrant.

ANNA.

3 *Ob pestilentiam.*] Livius in fine lib. X. *Multis rebus lætus annus, vix ad solatium unius mali, pestilentiæ urentis simul urbem atque agros suffecit; portentoque jam similis clades erat: & libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab Diis daretur. Inventum in libris Æsculapium ab Epidauro Romam arcessendum. Neque eo anno, quia bello occupati Consules erant, quidquam de ea re actum.* Loquitur Livius de anno U. C. 461. Missus Ogulnius anno sequenti.

4 *Responso.*] Apollinis, Ovid. Metam. XV. Lactantius.

SCHOTTUS.

5 *Monente.*] Antiqua lectio, *manante.*

MACHANEUS.

Aesculapium.] *Æsculapius* Apollinis filius, a Græcis Asclepius dictus, de quo Plinius lib. XXIX. *Auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Æsculapium fabulantia, quoniam Tyndaridem revocavisset ad vitam. Nec tamen cessavit narrare alios revixisse opera sua, clara Trojanis temporibus.*

[Epidau]rum.] Urbs est Epiri. Quinctus Serenus:

Qui colis Ægeas, qui Pergama:
quique Epidaurum.

SCHOTTUS.

8 *Arcessendum*] Sic scripsi ex fide veterum, de qua scribendi ratione supra in Fuffetio dixi.

9 *Q. Ogulnio*] De libris MSS. hunc locum restitui, in quibus & *Oculino* & *Otulino* pingitur, quorum consensum confirmat Val. Max. lib. I. cap. 8. ubi *Ogulino* quidam libri scripti. Stephanus Pighius ex Fastis Capitolinis *Ogulnio* emendat. In quibus est *Q. Ogulnius Gallus.*

10 *E sedibus suis*] Colinæus, cæterique impresserunt *e sedibus ejus. Suis* tamen dictum oportuit, ut literati de reciprocis præcipiunt.

11 *Horribilis*] *Horrendus MSS.* præferunt.

ANNA.

12 *Per mediam urbem.*] Ovidius:

Mediamque per urbem
Tendit ab incurvo munitos aggere portus.

SCHOTTUS.

13 *Romanorum*] MSS. & Mediolanensis *Romanam.*

14 *Volumnii*] Antiqui scripti libri partim *Q. Burgoni*, partim *Volguini* legebant, unde *Ogulnii* parva immutatione faciebam: de quo alii viderint.

MACHANEUS.

14 Valerius Maximus scribit: *eo conscendit, ubi Quinti Ogulini tabernaculum erat, inque multiplicem orbem*

d V. c. constipavit. *e Vulg.* profecti. *f* malitiam *MSS.* 2. *Fort.* malaciam. *qua utitur Cæsar* III. *Comm. Gal. & Seneca. Lucret. lib.* II. *&* V. pellaciam *vocat. vide Notas.*

15 tabernaculo [d] 16 conspiravit. Legati Deum vehentes, 17 Antium [e] 18 provecti sunt. ubi 19 per [f] mollitiem 3

bem per summam quietem est convolutus.

15 *Tabernaculum*] Proprie hospitium Imperatoris in castris, quia e *tabulis* fiebat: hic pro tentorio capitur.

16 *Conspiravit*] Hoc est, in *spiras*, & revolutiones se fecit. Inde *conspirare* metaphorice unionem facere.

ANNA.

16 Ita solent serpentes. Virgil. Georg. II.

Squameus in spiram tract
ligit anguis.

Quidam habent *constipavit*, non ita bene.

SCHOTTUS.

16 Ita t en antiqui libri, & parum abest quin hoc pro illo reponam, nam *conspiravit* pro in spiram & gyrum se collegit, nescio an alibi legerint interpretes. Similis error in Cæsare emendandus lib. III. belli civilis; *Subito conspicati pilarii*, lege *constipati*.

GRUTERUS.

16 Nihil hac lectione (*conspiravit*) oculis meis venustius; & tantum abest, patiar ultimam vocem mutari in *constipavit*, ut eandem adhuc inserendam putem Cæsari lib. III. belli civilis cap. 46. ubi est; *milites legionis nonæ subito conspicati pila conjecerunt*; legendum, inquam, & ibi, *conspirati*, volentibus MSS. tam Cujaciano, quam eo, quem mihi subministravit Amplissimus vir Paullus Petavius. Certe hanc scripturam proprie heic locum habere, arguunt membranæ Cæsaris Palatinæ, in quibus, *complicat*; eæ scilicet, omisso vocabulo genuino, arripuerunt glossam. at MSS. Palatini Victoris plane propugnant illud *conspiravit*.

MACHANEUS.

17 *Antium*] Urbs maritima, regius secessus.

SCHOTTUS.

17 In Parisino *Anxium*.

18 *Provecti sunt*] In MSS. *Pervecti sunt*. In Mediolanensi vetere, unde lectionem erui est *provecti*, quod hic magis quad at.

19 *Per mollitiem maris*] Vox *maris* male in quibu m afuit. Parisinus *per sevicinam* [illegible] *is*. Qui nescio quid de maris [illegible] *tia* somniabat, cui numquam m le mare visum fuit. Intelligit autem maris tranquillitatem. Repperi in uno codice *maliciam*: Labor igitur, ut eam vocem corruptam credam, cum antea scripsisset auctor *malaciam maris*, [illegible]od & tranquillitatem significat Græcis: quamquam, si quis *mollitiem* Latine potius scripsisse contendat, quia in MSS. est *ibi per mollitiam*, cum eo non admodum pugnavero: Sic enim Ammi nus lib. XIX. *tranquillitas mare mollivit*. *Malacia* tamen veteribus auctoribus familiarior. Cæsar lib. III. bell. Gallici, *Fuga salutem pete* [illegible] *contenderunt: ac jam conversis in eam partem navibus, quo ventus ferebat*, *subito malacia ac tranquillitas extitit, ut se loco movere non possent.* ubi *malaciam* Cæsar tranquillitatem maris interpretari videtur: amplius tamen significat, quod patet ex illo Senecæ lib. IX. epist. *Sed in otio inconcusso jacere non est tranquillitas, malacia est.* Est autem vocabulum nauticum tractum, ut apparet, ἀπὸ τῆς μαλακίας, quæ Græcis animi mollitiem & remissionem significat: unde apud Plautum μαλακοὺς molles dictos observavi: & *malacum pallium*, pro molli: & *malacissandus es*, pro molliendus, ut Græci μαλακίζειν. Et,

Ne tibi lectus apud me malaciam suadeat.

Quamquam in vulgatis libris male *malitiam*. Quæ omnia apud Plautum occurrunt Bacchid. Act. I. Eadem comœdia:

Hic nostra agetur ætas in malacum modum.

Lucretius vero *pellaciam maris* appellat, quam *malaciam* alii, a *peliciendo*: quod æquoris tranquillitas

ad

litiem maris, anguis proximum [20] Æsculapii fanum petiit, & post [21] paucos dies [22] ad navim rediit: & cum [23] adverso Tiberi subveheretur, in [g] proximam [24] insulam desilivit, ubi templum ei constitutum: & pestilentia mira celeritate sedata est.

g *Vulg.* in primam sylvam. *dupliciter corrupte. MSS. sequor exigente historiæ veritate.*

C A-

ad navigandui avitet, fallatque non raro, cun ost paullo in horrendas tempest es vertitur. Sextus enim Pompeju lib. x. de verb. signific. *Lacit* interpretatur *decipiendo in fraudem inducit*, hincque alia derivat. Sic igitur ille lib. II. de rerum natura:

Infidi maris insidias, viresq; dolumque
Ut vitare velint, neve ullo tempore credant,
Subdola cum ridet placidi pellacia ponti.

& libro v.

Nec poterat quemquam placidi pellacia nti
Subdola pellicere in fraudem ridenbus undis.

Arnobius quoque adversus gentes lib. IV. *pellacia* pro fallacia utitur. *Per omnes libidinum formas incestarum cupiditatum circumegisse pellaciam.*

GRUTERUS.

19 Perplacet Schotti *malacia*; hactenus tamen, ut videatur etiam lepida restare metaphora in voce vulgata. Palatini accedunt emendatori, habentque *mollitiam.*

ANNA.

19 *Sævitiam* ex codicis Parisini per *sevicinam* manifesto legendum. Et forsan hæc sit vera lectio. Ex Ovid.

.... Et spissi littoris Antium.
Huc ubi veliferam nauta advertere carinam
(Asper enim jam pontus erat) Deus explicat orbes,
Perque sinus crebros & magna volumina labens
Templa parentis init, flavum tangentia littus.

Causam enim reddit, cur legati portum Antii subierunt, nimirum jam mare *sæviebat.*

ANNA.

20 *Æsculapii fanum.*] Imo *Apollinis* ex Ovidio supra.

Templa parentis init, flavum tangentia littus.

MACHANEUS.

21 *Paucos dies*] Tres.

SCHOTTUS.

22 *Ad vim*] Pleniores sunt MSS. *dehinc d navem redit.* ut *denc* sit quasi illinc, seu ex illo loco templi Æsculapii, vel denuo.

23 *Adverso Tiberi*] Colonienfe exemplum *adversus Tiberim*, non ita venuste.

ANNA.

23 Quia Romam petebat. *Per adversas undas.* Ovidius.

MACHANEUS.

24 *Sylvam*] In vestibulo templi myrto frequentibus ramis diffusam.

24 Locus haud dubie inquinatus, quem ex Valerio, & L. Floro repurgavi: accedebat & Parisiensis antiqui libri scriptura, quæ me ad veram lectionem manu duxit; nam MSS. variant: alii *in proximam inde silivit*, quidam *inde siluit.* scribe *in proximam insulam desilivit.* Quare male sit audacibus illis emendatoribus, qui pro libito quidvis demutant. L. Florus in epit. lib. XI. de serpente: *Eoque in insulam Tiberis egresso; eodem loco sedes Æsculapii constituta est.* Ubi Sigonius recte *ædes Æsculapii consecrata* ex antiquis schidis reposuit. Fest. Pomp. lib. IX. *In insula Æsculapio facta ædes fuit, quod ægroti a medicis aqua maxime sustententur.* Et Val. lib. I. *At in ripam Tiberis egressus legatus in insulam, ubi templum dicatum est, transnavit.* Plutarchus quoque in problematis quærens cur extra urbem Æsculapii fanum sit: & Plin. lib. XXXIX. cap. I. pro hac lectione faciunt. Victor etiam

tiam in regione XIV. urbis, & Ovid. XV. Metamorphoseon, Suetonius in Claudio c. 20. & Plautus in Curculione.

ANNA.

24 *Insulam* intellige, quæ in Tiberi Romæ de segete agri Tarquiniorum a Romanis in Tiberim fusa, facta est. de qua vide Liv. lib. II. cap. 5. Hanc ita Ovidius:

Scinditur in geminas partes circumfluus amnis.
Insula nomen habet: laterumque a parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.

CAPUT XXIII.

ARGUMENTUM

Ludi literarii magistrum... verberandum tradit, Faliscos in deditionem recipit, Vejos domat, die ab Appulejo sibi dicta damnatus Ardeam , Gallos Senones urbem occupantes Dictator ictus internecione occidit, & populum Romanum migrare Vejos volentem retinet M. Furius Camillus.

a CCCLIX. [1] FURIUS Camillus cum [2] Faliscos [a] obsideret, [3] ac ludi literarii magister, Principum filios ad eum [b] ad- I

SCHOTTUS.

1 *Furius Camillus.*] Si temporis ratio habeatur, sic concinnanda: *Furius Camillus Vejos decenni obsidio domuit, deque iis triumphavit. Cum Faliscos obsideret, dediderunt. Postmodum.*

ANNA.

2 *Faliscos.*] Quidquid dicant quidam e veteribus, *Falisci* non urbem significat, sed populum. Urbs dicebatur *Faleji* seu *Falerii*, unde *Falerisci*, *Falisci*.

MACHANEUS.

2 Populi sunt Etruriæ, ubi optimi botelli fiebant.

SCHOTTUS.

3 *Ac ludi literarii.*] Sic MSS. Vulgati codices *literarum*. At quod hoc magistri genus? an linguæ Latinæ, quæ tum vernacula facta erat? sed doceri primum Grammatica sub secundum Punicum bellum cœpit, teste Suetonio: an potius morum inspector & formator, exercitiis corpora firmans? aut qualis ludus apud T. Livium lib. III. quem Virginia frequentabat? *ibi namque in vernaculis literarum ludi erant.* Ea enim verior lectio quam quæ *in tabernis* vel *tabernaculi* habet. Porro hanc historiam Alphe. Avitus in II. Excellentium virorum dimetro sic extulit:

Tum literator creditus
Ludo Faliscum liberos,
Causatus in campi patens,
Extraque muri ducere,
Spatiando paullatim trahit
Hostilis ad valli latus.

Quod fragmentum cum nuper Priscianum perlegens reperissem lib. VIII. & XIIX. repetitum non dubitavi huc, quo pertinet, transferre: idque libentius, partim quod ejus poëtæ reliqua desiderari doleam, quibus juvari possem: partim quod mendum subesse videam. Consului igitur olim MSS. codices bibliothecæ D. Martini apud Lovanium, sed nodum non solverunt: divino igitur legendum, *Tum literator creditos.* ut sensus planior sit. Illud vero *campi patens* Græca forma dictum, ut a Sallustio *dubia belli*, & Floro lib. I. *subita belli*, a Tacito *offensarum operta*, &, quod huic geminum est, Ammiano lib. XXVII.

[b] adduxisset; vinctum eum iisdem pueris in urbem
2 [4] redigendum & verberandum tradidit. Statim Falisci
3 se ei ob tantam justitiam cediderunt. [5] Vejos decenni, [*] [6] obsidio [c] domuit, deque his triumphavit. Postmodum ꝛ crimini datum, [7] quod albis equis triumphasset prædam iniqi e divisisset; die dicta ab L. [9] Appulej Tribuno plebis, [d] damnatus, [10] Ardeam concessit.

b Vide Alphii Aviti fragm. apud Prisc. lib. VIII. XII. & XVIII. Gramm. ex libro Excellentium virorum.

* hieme obsidio MSS. 3.

c CCCLVII.

d CCCLXII.

XXVII. *aperta amporum* dicitur. Idem Priscian: lib. XII. hæc pædagogi verba adfert:

Seu tute malis hospites:
Seu tute captivos, habes.

Verum, ut illud præter rem admoneam, Valer. Max. lib. VI. cap. a Camillo Consule hoc gestum tradit A. U. CCCLIX. cum Livius Tribunum militarem consulari potestate fuisse dicat, & Plutarchus eum numquam Consulem fuisse tradat.

ANNA.

3 *Ludi magistrum* vocat Florus lib. cap. 12. Vide Liv. V. cap. 27.

4 *Redigendum.*] Ideo dixit *redigere*, quod pueri magistrum præ se *agebant*, ut pastores solent pecora.

MACHANEUS.

5 *Veji.*] Urbs, *Vejens* populus: unde, *Vejentanumque rubellum.*

ANNA.

5 *Veji* Tusciæ urbs ad Laronem fluvium.

SCHOTTUS.

6 *Obsidione.*] *Obsidio* constanter MSS. Unus vero, *hieme obsidio domuit*, quomodo fere & Parisinus codex vetustissimus: unde legendum colligo, *decenni hieme obsidio domuit*, pro hiemali. L. Annæus Florus lib. I. meam conjecturam confirmat: *Vejentium*, inquit, *quanta res fuerint indicat decennis obsidio. Tunc primum hiematum sub pellibus, taxata stipendio hiberna: adactus miles sua sponte jurejurando nisi capta urbe non remeare.* judicent eruditiores.

7 *Quod albis equis triumphasset.*] Plutarchus: Τά τ' ἄλλα σοβαρῶς ἐθριάμβευσε, καὶ τέθριππον ὑποζευξάμενος λευκόπωλον ἐπέβη, καὶ διεξήλασε τῆς Ῥώμης, οὐδενὸς τοῦτο ποιήσαντος ἡγεμόνος πρότερον, οὐδ' ὕστερον. Hinc Symmachus urbis præfectus (quem Mart. Lipsio acceptum referre convenit) Theodosio Imperatori suasit vehiculorum usum in urbe summoveret, non enim e Republica esse urbis moderatorem tanquam Salmoneum quendam superbe invehi. *Irritamentum*, inquit, *superbiæ Roma vestra non patitur: memor scilicet bonorum parentum, quos Tarquinii fastus & ipsius Camilli currus offendit. Nam tanto illi viro albentes quadrigæ exsilium triste pepererunt. Summisit Poplicola concioni civium Consularem securim, & honoris sui culmen infregit, ut libertatem civitatis erigeret. Ergo moribus potius quam insignibus æstimemur.* Sic ille a Christianismo alienus, quæ utinam a nobilibus intelligantur, qui mirum, quam lunatis calceis, non veris animi bonis placere studeant.

ANNA.

7 Nam *parum id, non civile modo; sed humanum etiam visum. Jovis Solisque equis æquiparari Dictatorem in religionem etiam trahebant: triumphusque ob eam unam maxime rem clarior quam gratior fuit.* Livius.

8 *Et prædam inique.*] *Prædam Vejentanam quam publicando sacrandoque ad nihilum redegit.* Livius.

SCHOTTUS.

9 *Ab Appulejo.*] Mediolanensis & MSC. quidam *Saturnino* adjecit: Parisinus vero *Saturnio*, falso uterque, neque enim is erat, de quo infra.

SCHOTTUS.

10 *Ardeam*] *Ardeam civitatem* præ-

concessit. Mox cum [11] Galli [12] Senones relictis ob sterilitatem agris suis, [13] Clusium [14] Etruriæ opidum obsiderent, [15] missi sunt [e] Roma tres legati, qui Gallos monerent, ut ab oppugnatione desisterent. [16] Ex his unus contra jus gentium in aciem processit, & ducem Senonum interfecit. Quo commoti Galli, petitis in deditionem legatis, nec [17] impetratis, Romam petierunt, & exercitum Romanum apud [18] Aliam fluvium ceciderunt, [19] die XVI. Kalend. Augusti: qui dies inter nefastos relatus, [f] [20] Aliensis dictus. 7
Victores Galli urbem intraverunt, [21] ubi nobilissimos 8

e Romani l. ex MSS. Roma tres Fabii, qui. alii a Romanis tres Fabii. *Livius lib.* V. *Ann. & Quinctil. lib.* III. *cap.* 8.

f *Vulg.* Alliensis. *Servium sequor in* VII. *Æn.*

præferebat Parisinus.

11 *Galli*] Vox hæc in Parisino afuit, & certe superare videtur.

ANNA.

12 *Senones.*] *Ab Utente flumine usque ad Æsim fines habuere.* Livius.

13 *Clusium.*] *Clusium* vetus intellige, mediterraneum Tusciæ opidum ad Glanum fluvium, qui non longe ab lacu Trasimeno.

SCHOTTUS.

14 *Etruriæ opidum*] Mediolanensis legit. MSS. vero, *Italiæ*. Vulgata tamen lectio ferri potest. Causas autem, cur in Italiam Galli Senones duce Brenno irruperint, varias colligunt Polybius, Livius, Dionysius, & ex his Hieron. Magius lib. III. Miscell. cap. 12. & Alciatus lib. IV. Dispunctionum cap. II.

15 *Missi sunt Romani tres legati*] Concinnior lectio veterum codicum *missi a Romanis tres Fabii*. Mediolanensis *missi Roma tres Fabii*. Livius enim Qu. Fabium Ambustum & fratres duos M. Ambusti filios legatos a Senatu missos fuisse ad Gallos Clusium obsidentes refert. A. U.C. CCCLXII. A Diodoro *Quinctus*, *Kæso*, & *Cajus Fabii* dicti, qui anno insequenti Tribuni militum Consulari potestate fuere.

ANNA.

16 *Ex his unus.*] Vide Liv. lib. V. cap. 36.

MACHANEUS.

17 *Impetratis*] Imo hi, quorum de pœna agebatur, tribuni militum consulari potestate creati sunt.

18 *Alia fluvius*] XII. miliaribus Roma distans est, montibus Crustumiis affluens in Tiberim.

19 *Die* XVI. *Kalend. August.*] XVII. die Julii.

SCHOTTUS.

19 De *die* nefasto, vel atro, quo pugna Aliensis pugnata est, video inter auctores non convenire. Livius & Plutarchus, a. d. XV. k. Sextil. Tacitus XV. annali quartum decimum numerat. Vide doctissimum Scaligerum de Emendatione temporum.

20 *Aliensis*] Cur simplici liquida scripserim, si quis rationem a me quærat, sequutus veteres libros sum, & Græcam consuetudinem. Hi enim Ἀλίαν ποταμὸν & Ἀλιάδα ἡμέραν vocant. Adhæc Servius in VII. Aen. 717.

Quosque secans infaustum interluit Allia nomen.

affirmat poëtas duplici *ll* metri causa efferre. Lucanus lib. VII.

Et damnata diu Romanis Allia fastis.

Verum circa Idus Februarias a Camillo Roma expulsi sunt Galli, quos inter pendendum aurum adortus erat. Auctor Plutarchus: unde recte Sigonius Camillum anno insequenti CCCLXIV. dictaturam continuasse colligit.

21 *Ubi nobilissimos senum*] Prosenet.

mos senum in curulibus & honorum insignibus, [22] primo ut deos venerat, deinde ut homines despi-
9 cati [23] interfecere. Reliqua juventus cum [24] Manlio in Capitolium [g] fugit, ubi [25] obsessa, Camilli virtute [26] rata est: qui absens [27] Dictator dictus, collectis uis, Gallos [9] improvisos [30] internecione
10 occidit. I ulum Romanum migrare Vejos volentem [31] retinuit.

g CCCLXIII.
h Servata MSS. omn. & mox reliquiis & internitione.

nes nobilissimos. Male *Senonum* quidam. In Scipione Africano *nobilissimos juvenes* dixit.

ANNA.

22 *Primo ut deos venerat.*] Florus I. 13. *Sedentes in curulibus prætextatos senes, velut deos geniosque venerati; mox eosdem postquam esse homines liquebat, alioqui nihil respondere dignantes, pari vecordia mactant.*

MACHANEUS.

23 *Interfecere.*] Initio orto a *Papirio qui dicitur Gallo barbam suam promissam permulcenti, scipione eburneo in caput incusso, iram movisse.*

24 *Manlio.*] Qui clangore crepituve anserum noctu excitus Gallicos jam in arcem ascendentes deturbavit.

25 *Obsessa.*] A Gallis qui omnia flammis in urbe vastarant.

SCHOTTUS.

26 *Liberata.*] *Servata* MSS.

MACHANEUS.

27 *Dictator dictus.*] A Cæditio: consensu omnium in arce existentium. *Dictus* autem fuerat per *Pontium Comminium impigrum juvenem, qui incubans cortici, secundo Tiberi* labens Vejos usque ad Camillum mandata deferens deceptis custodibus in Capitolium repedabat.

28 *Reliquias.*] Exercitus Romani sparsi. Virgilius. *Reliquias Danaum.*

SCHOTTUS.

28 Vulgati *reliquiis.* Aldus vero *reliquis*, ut & libri scripti.

GRUTERUS.

28 Revocandum, quod hæret in aliis libris, etiam Palatinis, *reliquiis.* Neque enim adhærendum codicibus scriptis, ubi abeunt a ratione, aut vero, quamquam heic, veteri modo scribendi, litera una gemina posita videri queat.

MACHANEUS.

29 *Improvisos.*] Inter Quintum Sulpitium, & Brennum Regulum Gallorum, & colloquio interveniente, & auro mille pondo pacto tribuno recusante pondera, quæ Galli pensuri supra ponebant, Camillus forte intervenit, auferrique aurum, & Gallos de medio summoveri jussit; illis vociferantibus conventum cum hostibus, respondit a Sulpitio tribuno minori magistratu jussionem nullius loci esse, cumque ad manus ventum fuit, tanta strages Gallorum Gabina via facta; ut ne quidem nuntius cladis superfuerit.

ANNA.

29 Legendum: *improvisus*, id est, *ipse improvisus Gallos*, &c. Pater meus.

SCHOTTUS.

30 *Internitione.*] Libri scripti, Coloniensis *interitione.* Vidi qui & *internoctione* legerent, ut in antiquo Suetonii libro in Othone cap. 12. Narrat eadem Annæus Florus lib. I. & Polyænus libr. VIII. Stratagematum.

MACHANEUS.

31 *Retinuit.*] Facunda oratione, in qua ostendit tercentum & unum & sexagesimum annum præteriisse, quibus fortuna recte steterat; ne expertis inexperta præferrent. Præterea firmavit populum vox audita: *signifer statue signum;*

[31] retinuit, Sic & [32] opidum civibus, & civeis opido reddidit.

hic optime manebimus. Ad illud Suetonii respexit:

Vejos migrate Quirites.

ANNA.

31 Ejus orationem facundissimam vide apud Liv, lib. v. cap. 51.

SCHOTTUS.

32 *Opidum civibus.*] Vellem *urbem* dixisset: quomodo Romam potissimum appellat [illegible] pueri norunt, & si ignorent, [illegible]pulares plagosis Orbiliis. [illegible]tem alter Romulus dictus [illegible]nilli[illegible]s, ut & Marius tertius d[illegible] [illegible]ictis Cimbris. Auctor Plutarchus

---

CAPUT XXIV.

ARGUMENTUM.

Voluntarium militem se offert, militaribus donis ornatur, in pectore cicatrices habet, Gallos Capitolium conscendentes dejicit, regni affectati suspicione in carcerem conjicitur, liberatur, rursus reus fit, & de saxo Tarpejo præcipitatur M. Manlius Capitolinus.

[1] MANLIUS [2] ob defensum Capitolium [3] Capitolinus [a] dictus, sedecim annorum [4] voluntarium militem se obtulit. [5] Triginta septem [6] militaribus donis a suis ducibus ornatus, triginta treis cicatrices 1

a CCCLXIII.

2

SCHOTTUS.

1 Hunc *M. Manlium* Livius: Dionysius vero *T. Manlium* vocat: Diodorus *A. Manlium.*

MACHANEUS.

2 *Ob defensum Capitolium.*] A Gallis, clangore anseris excitus: ut dicitur inferius.

SCHOTTUS.

3 *Capitolini.* cognomen in gente Manlia fuit, antequam hic Gallos a *Capitolio* depelleret, propterea quod in *Capitolio* habitarent: quod ne cui Patricio liceret, damnato M. Manlio decreto cautum est. Plutarch. in Camillo & de Fortuna Romanorum in fine. Ubi & Polybium lib. II. citat aliter hæc narrantem, Gallos obsidionem deseruisse Capitolii, accepto nuntio suos agros vastari. In Camillo ait Plutarchus peste coactos obsidionem solvere & commeatus inopia.

4 *Voluntarium militem.*] Tales ἐθελοντῆρας vocat Homerus Odyss. β. Vide Macrob. I. Saturn. cap. II. de Augusto. & c. 6. versus Ennii de Manlio, & infra Capitolinum in M. Antonini vita.

5 *Triginta septem.*] Leg. *triginta tres.* Non de libris hæc emendatio, sed a veritate historiæ. Plinius enim Natural. Hist. VII. 28. sic legi jubet. Ex notarum compendiis, ut fit, nata varietas.

MACHANEUS.

6 *Militaribus donis.*] Id est, armillis, phalerisque. Plinius libro septimo cap. 28. de illo fato: *ante decimum septimum annum bina ceperat spolia, primus omnium eques coronam muralem acceperat, sex civicas, septem & triginta dona, tres & triginta cicatrices.*

7 In

3 catrices [7] in pectore habuit. [8] Capta urbe auctor in
4 Capitolium confugiendi fuit. [9] Quadam nocte clangore [10] anſeris [11] excitus, Gallos aſcendentes dejecit. Patronus a civibus appellatus, & [12] farre donatus eſt. [b] [13] D um etiam in [14] Capitolio [15] publice acce-
5 pit. Q ſuperbia elat s, [16] cum a Senatu [17] ſuppreſſiſſe Gallicos theſauros argueretur, & [19] addictos

b Donum alii.

SCHOTTUS.

7 *In pectore.*] Melius, quam quidam, qui *in corpore* habent, nam adverſo corpore, quod *pectus* appellamus, cicatrices accepiſſ idem Plinius refert.

ANNA.

8 *Capta urbe.*] A Gallls.

SCHOTTUS.

9 *Quadam nocte.*] *Qua de nocte.* Pariſinus.

10 *Anſeris.*] Lucretius l. IV. de rerum natura.

Humanum longe præſentit odorem
Romulidarum arcis ſervator candidus anſer.

Videndus Cicero pro Roſcio, Plinius lib. x. cap. 22. & de ſacris D. Baſilius Homil. VIII. in Hexaëmeron. Plutarchus ἐν αἰτίοις ait alimenta publice anſerum a Cenſoribus Romanis locata fuiſſe, ob diligentiorem quam canum cuſtodiam.

11 *Excitus.*] Pariſinus. Vulgati *excitatus*, quod etſi non improbo, illud tamen malo.

ANNA.

12 *Farre donatus eſt.*] Liv. lib. V. cap. 47. *Manlius primum ob virtutem laudatus donatuſque, non ab Tribunis ſolum militum, ſed conſenſu etiam militari, cui univerſi ſelibras farris, & quartarios vini, ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt. Rem dictu parvam, ceterum inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis, cum ſe quiſque victu ſuo fraudans, detractum corpori atque uſibus neceſſariis ad honorem unius viri conferret.*

SCHOTTUS.

13 *Donum.*] Quidam editi pro *domum*, ſed hoc retineo Livii auctoritate; *domum* enim habuit in Capitolio antequam obſideretur a Gallis.

14 *Capitolio.*] MSS. *Capitolino.* quod probo. *Capitolinus* aut *Palatinus* ſæpe pro montibus uſurpantur: quæ ignorantes quidam Livium alioſque contaminarunt, Harpyis unguibus omnia ſuo more fœdantes, quæ non aſſequuntur, aut intelligunt.

ANNA.

15 *Publice.*] Id eſt, ex ærario. Jam ſupra.

GRUTERUS.

16 *Cum a Senatu.*] Aut abit a recepta hiſtoricorum fabula auctor, aut reſtituendum, *cum Senatum ſuppreſſiſſe Gallicos theſauros argueret.*

ANNA.

16 Legendum ita omnino. Ipſe enim Manlius aurum Gallicum a patribus occultari jaciebat. Liv. lib. VI. cap. 14. *Ad hoc domi, concionantis in modum, ſermones pleni criminum in patres: inter quos, cum omiſſo diſcrimine, vera an vana jacerent, theſauros Gallici auri occultari a patribus fecit.*

SCHOTTUS.

17 *Suppreſſiſſe.*] Pariſinus *ſumpſiſſe* habet.

ANNA.

18 *Gallicos theſauros.*] *Theſauros* intellige, qui pro redemptione Capitolii a Romanis fuerunt collati. Sive potius aurum omne *Gallis* ademptum & reportatum.

19 *Addictos.*] Qui, cum ſolvendo non eſſent, creditoribus *addicebantur*, ut eis pro ſervis eſſent.

c *Al.* manu. *Utrumque rectum est.*
d CCCLXIX.
e *Sic MSS. Vulg.* ob conspectum.
f CCCLXX.

dictos propria [c] [20] pecunia liberaret, [21] regni affectati
suspicione in carcerem [d] conjectus, populi consensu
liberatus est. Rursus cum in eadem culpa, & gra- 6
vius perseveraret, reus factus: [22] & [e] ab conspectu Ca-
pitolii [23] ampliatus est. [24] Alio deinde lo[illegible] am[illegible]- 7
tus, & [25] de saxo Tarpejo [f] præcipitat[illegible] [2]6 do-
mus diruta: bona publicata. [27] Ge[illegible]litas ejus 8
[28] Manlii

SCHOTTUS.

19 Parisinus habet *additos.*

20 *Manu.*] *Pecunia* pro *manu* in MSS. omnibus. *Manu* tamen ferri potest. Constat enim ex Plutarchi extremo Camillo ac Livio, vi aperta *addictos* exemisse creditoribus.

21 *Regni affectati suspicione.*] Pro quibus libri quidam veteres legunt: *Regem affectati suspectus*, antiqua, ut apparet, forma.

22 *Et ab conspectu Capitolii.*] Sic censeo legendum auctoribus libris paullo antiquioribus. Nam *ob conspectum* patiendi notione dictum, dure ferit aureis meas; nescio quid aliis usu veniat. Locus, ut interpungendum putamus, habet.

GRUTERUS.

22 Non magis dure ferit aures meas nova isthæc lectio, quam aliorum ferit retro vulgatum, *& ob conspectum Capitolii:* quomodo item restat in MSS. Palatinis, nisi quod alter omiserit voculam *ob.* vultque in causa fuisse Capitolium quod ampliatus fuerit, neque statim etiam damnatus.

ANNA.

22 Venuste, *conspectus Capitolii* Manlium ampliavit. Nam *in campo Martio cum centuriatim populus citaretur, & reus ad Capitolium manus tendens, ab hominibus ad Deos preces avertisset; apparuit Tribunis, nisi oculos quoque hominum liberassent ab tanti memoria decoris, nunquam fore in præoccupatis beneficio animis vero crimini locum. Ita prodicta die, in Petelinum lucum extra portam Flumentanam, unde conspectus in Capitolium non esset, concilium populi indictum est.* Livius.

23 *Ampliatus.*] Id est, condemnatus fuit, nec absolutus. Id cum fiebat, hanc vocem *amplius* pronuntiabant, intelligebant autem *amplius* deliberatum iri super illo aut illo negotio.

MACHANEUS.

23 *Ampliare* est, ut Asconius Pedianus in divinatione inquit, *cum de alicujus capite agebatur, & scribebatur N. L. qua significabant, non liquere: neque condemnabant, neque absolvebant, sed differebant caussam, nam signum condemnationis erat C. absolutionis A.*

ANNA.

24 *Alio deinde loco.*] In Campo Viminali *ad Peletinum lucum extra portam Flumentanam.*

SCHOTTUS.

25 *De saxo Tarpejo.*] Unde dictum vide Festum in *Saturno.*

ANNA.

26 *Domus diruta.*] *Et latum ad populum est, ne quis patricius in arce, aut Capitolio habitaret.* Livius.

27 *Gentilitas.*] Proprie *gens* plures familias amplectitur.

MACHANEUS.

27 *Gentis Manliæ decreto cautum est*, ne quis *deinde M.* Manlius vocaretur.

SCHOTTUS.

27 Florus quoque Livii abbreviator lib. VI. qui nos sanare potuisset, & ipse ægrotat. *Cum obstrictos*, inquit, *are alieno liberaret, nexos exsolveret, crimine affectati regni damnatus de saxo Tarpejo dejectus est: in cujus notam S. C. factum ne cui de Manlia gente Marco cognomen esset.* Syllaba *co* repetita locum corrupit. Recte igitur Sigonius

præ-

[28] Manlii [g] [29] cognomen [30] ejuravit, [31] (ne quis postea Capitolinus vocaretur.)

g ita lib. v. v. nam exc. cognomine juravit. forte Manlii nomen ejuravit, vel prænomen. Vide Notas auctorum.

prænomen ex Quinctiliani lib. III. repon ndu docuit. Quod Livius & ᴙl arc s in libro τ͂ κεφαλαιῶν, & Cice pp. I. confirmat. Constat aut *Marci* prænomen postea in ge Manlia tulisse neminem; *Capit ni* enim cognomen, post eam diem tulerunt plurimi.

28 *Manlii.*] Quid, si legas *Marci.* Confirmat illud Festi, seu Paulli Diaconi lib. XI. de verb. signif. *Manliæ gentis Patriciæ decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum affectasset, damnatus necatusque est.* Vide T. Livium *supra* §. 27. *n.* 3.

29 *Cognomine.*] Coloniense præfert exemplum. *Cognomen* MSS. Locus male habet, quamobrem repugnantibus libris omnibus lego *prænomen.* Prænomina enim propria mihi esse videntur, quibus gens & familia quæque distinguitur, sed hæc alibi.

30 *Ejuravit.*] Coloniense exemplum *vitavit.*

31 *Ne quis Capitolinus vocaretur.*] Glossema est ejus, qui illud *Manlii cognomen* interpretandum putavit. Sic fere a fungis illis audaciter veteribus quibusque auctoribus, ut ille ait, *unus & alter assuitur pannus.*

CAPUT XXV.

ARGUMENTUM.

Fidenatium legatos ad se missos interficientium ducem Lartem Tolumnium interficit, & Jovi Feretrio spolia opima consecrat A. Cornelius Cossus.

I [1] FIDENATES [a] [2] Fidei Romanorum hostes, ut sine spe veniæ fortius dimicarent, [3] legatos ad se missos [4] interfecerunt: ad quos [5] Quinctius

a M. cod. veteres.

ANNA.

1 *Fidenates.*] In Latio sexto ab urbe milliario.

SCHOTTUS.

2 *Fidei.*] Credo ex similitudine vocis Fidenatium fictum esse, quod quasi conjugata sint Dialecticorum, sed Fidena primam extendit syllabam contra atque *Fides.* auctor Carisius lib. IV. & Diomedes lib. II. Gram. qui in hoc Virgilii hemistichio *urbemque Fidenam* fieri συςολῶ in prima syllaba ajunt. Certe in MSS. constanter lego: *Fidenates veteres Romanorum hostes.* recte. Nam annos amplius 324. assidue, jam septimum rebellando victi sunt, ut apud Livium lib. IV. Mamercus Æmilius dictator in oratione sua testatur. Quidam vulg. *fidei Romanæ hostes.*

ANNA.

2 Scriptum fortasse fuerat *rei Romanorum hostes.* Sed non abeundum a MSS.

3 *Legatos.*] C. Fulcinium, Cloelium Tullum, Sp. Ancium, & L. Roscium.

SCHOTTUS.

4 *Interfecerunt.*] Contra jus gentium. Legationis enim jus apud omneis gentes sanctum esse & inviolatum consuevit, ut inquit Cornelius Nepos in Pelopida (ubi tamen

b CCCXXV. ctius Cincinnatus Dictator [b] miſſus [6] Magiſtrum equitum habuit [7] Cornelium Coſſum, qui [8] Lartem Tolumnium ducem ſua manu [9] interfecit. De eo ſpolia [c] opima [10] Jovi Feretrio ſecundus ab Romulo conſecravit. 2

c *Vide Feſtum, in opima ſpolia.*

C A-

men vulgati codices non recte *factum* habent pro *ſanctum*) & Cicero lib. I. Accuſat. Supra in Camillo legiſti ea cauſa poſt Allienſem cladem acceptam urbem Gallos cepiſſe, & magnam partem incendiſſe, contrucidatis Senatoribus.

MACHANEUS.

4 Juſſu Lartis Tolumnii Vejentium Regis, ad quem confugerant.

5 *Quinctius Cincinnatus.*] Livius quarto ait Marcum Æmilium fuiſſe dictatorem. Q. Cincinnatum filium magiſtrum equitum.

SCHOTTUS.

5 Pugnant hæc ut alias ſæpius cum Livio, ut vehementer hallucinentur ii, qui hunc libellum a Plinio Cæcilio & Livio exſcriptum eſſe autumant. Alioqui ſic ad ſenſum T. Livii concinnanda erant: *ad quod Mamercus Æmilius Dictator miſſus, Magiſtrum equitum habuit L. Quinctium Cincinnatum dignum parente juvenem: ac tum A. Cornelius Coſſus inter equites Tribunus militum Lartem Tolumnium,* &c.

6 *Magiſtrum equitum.*] Nos Coſſum anno CCCXXV. Conſulem fecimus faſtos ſequuti: quo in magiſtratu hæc ab illo geſta eſſe, Livio auctore, propius a vero abeſt; quod ea opima ſpolia ſint, quæ dux duci detraxerit, nec dux ſit niſi cujus ductu & auſpicio bellum geritur. Nec deſunt qui *Lar* dignitatis nomen ſonare affirment. Mihi tamen magis prænomen eſſe videtur: tum quia ſemper Livius *Larte Tolumnio Rege*, & Auctor Epitomæ de prænominibus *Lartem Porſenam* vocat quendam, & Etruſcum prænomen facit Verum M. Varro apud Feſtum ait opima ſpolia etiam eſſe, ſi manipularis miles detraxerit, dummodo duci hoſtium detraxerit.

MACHANEUS.

7 *Cornelium Coſſum.*] Is a Romulo ſecundus ſpolia o[illegible] tulit. Tertius M. Marcell[illegible]ſtitit, victo Gallorum duce V[illegible]lomaro.

SCHOTTUS.

8 *Lartem.*] Alii *Larten*, MSS. quidam & editi *Laerten* mendoſe. Priſcianus libro quinto: *Lar, quod ſignificat κατοικίδιον θεὸν, Laris facit genitivum: Sin autem imperatorem Vejentorum, Lartis, quem mactavit Coſſus, ut teſtis eſt Ovidius in Epigrammatis.*

Larte ferox cæſo Coſſus opima tulit.

Livius lib. IV. *ab urbe condita Larte Tolumnio Rege Vejentorum.* Sic ille, adde & Ciceronem Philipp. IX. unde colligi non obſcure poteſt cum Vejentibus, non Fidenatibus bellum populo Romano fuiſſe. Lycoſthenes ſic conciliare conatur, quod ad Vejentes Fidenates defeciſſent, teſte Livio, anno CCCXVI. poſt Romam conditam.

ANNA.

9 *Interfecit.*] Anno ab urbe C. 318.

SCHOTTUS.

10 *Jovi Feretrio.*] *Marti* dixiſſe oportuit, nam lex Numæ erat pro primis ſpoliis opimis bovem Jovi immolari oportere: pro ſecundis Solitaurilibus Marti fieri: pro tertiis vero agnum cædi debere. Cui quidem legi, quoniam hactenus ab omnibus non intellecta jacuit, unus Joſephus Scaliger ingenium ſupra humanum, & patre docto doctior filius, medicam manum adhibuit, dum mutilum Feſtum reſtituit, ut nihil ille niſi ab aliis deploratum magno animo aggreditur. Sic igitur Numa apud Feſtum ſcripſerat:

QUOIUS. AUSPICIO. CLASSE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA. CAPIUNTUR. JOVEI. FERETRIO. BOVEM. CÆDITO. QUEI. CEPIT. ÆRIS. DUCENTA. DARIER. OPORTETO.

SE-

SECUNDA. SPOLIA. IN. MARTIS ARAM. IN CAMPO. SOLITAURILIA. UTRE. VOLUERIT. CÆDITO.
T. RTIA. SPOLIA. JANO. QUIR. N AGNUM. MAREM. C D O. CENTUM. QUEI. EP . EX. ÆRE. DATO. dem Plu are in Marcello affirmat, & Serv. d illud VI. Æneid.

Tertiaque a patri suspendet capta Qui no.

Virg. III. Æneid. v. 222.

--- ivos ipsumque vocamus
In prædam partesque Jovem, tunc littore curvo
Extruimusque toros, dapibusque epulamur opimis.

ubi Solonis legem explicat erudite Germanus Valens, rectius quam Pratejus inter Solonis Legem LXXV. Ex annalibus vero Pontificum apparet, uni *Jovi* suspendi spolia ea solere, si integra ejusdem Pompeji lectio est. *Ad ædem*, inquit, *Jovis Feretrii pani testimonio sunt libri Pontificum in quibus sit, pro primis spoliis bove, pro secundis suovetaurilibus: pro tertiis agno publice fieri debere.* Nec me fugit Sigonium, cui plurimum historia Romana & Livius ipse debet, ingeniose lacunam hanc supplere conatum, itaque in Fastis legere: *M. Varro ait opima spolia etiam esse, si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium detraxerit. Quod autem omnia solita non sint ad ædem Jovis Feretrii poni &c.* Sed cum nullius libri scripti auctoritate nitatur, nihil in auctore nostro demutare ausim.

CAPUT XXVI.

ARGUMENTUM.

Bello Samnitico tribunus militum per medias custodias incolumis evadit, & corona donatur: Latino dis se manibus devovet, & suis victoriam relinquit P. Decius Mus pater.

1 [1] P. DECIUS MUS [2] bello Samnitico sub Valerio [3] Maximo & Cornelio Cosso consulibus [a] Tribunus

a CDX.

SCHOTTUS.

1 *P. Decius Mus.*] Sic est in melioris notæ libris antiquis, tametsi in quibusdam vulgatis *Mus* abesset, indeque ne bestiam facerent, inepti quidam emendatores *Decimus* reposuerant. Res triduano risu digna. In Lactantio vero lib. III. divin. Institut. cap. 12. *Qui propter salutem civium voluntariæ se neci obtulerunt: sicut Thebis Menœceus, Athenis Codrus, Romæ Curtius, & Mures duo Decii, numquam mortem vitæ commodis prætulissent, nisi se immortalitatem opinione civium consequi putavissent.* Ubi quidam pro *Mures*, *Mutius* audacter substituit, quasi aut *Decios Mures* cognominatos, aut cognomina venuste nomini aliquando præmitti ignorasset. Sed non vacat aliorum errores recitare & refellere.

ANNA.

2 *Bello Samnitico.*] Anno mundi 3611. ante C. N. 367. ab U. C. 414. Vide Florum lib. I. cap. 16.

SCHOTTUS.

3 *Maximo.*] Vulgati, quod retineri potest. Parisinum illud exemplar longe optimum *Corvino.* Livius & Cassiodorus anno CDX. Marcum Valerium Corvinum III. Aulum Cornelium Cossum Consules edit. Diodorus similiter & Cicero de divinatione. Fuit autem ille M. Val. Max. filius, & Corvinus similiter appellatus. Integrum enim nomen

bunus militum; exercitu in angustiis [4] Gauri montis insidiis hostium clauso, [5] ac?epto, quod postulaverat, præsidio, in superiorem locum evasit: hosteis terruit. Ipse [6] intempesta nocte per medias c sto dias 2
somno oppressas [7] incolumis evasit. Ob hoc b ex- 3
citu [8] civica corona [9] ([10] de quercu, [b] quæ dabatur ei qui civeis in bello servasset; [11] obsidionali quæ dabatur ei qui obsidione civeis liberasset) donatus est.

[b] *Absunt in quib. MSS.*

[12] Consul

nomen in Fastis est M. VALERIUS MAXIMUS CORVINUS (sive Corvus) M. F. M. N. Porro Valeriæ gentis cognomen *Maximus* jam tum ab anno CCLIX. quo in montem Sacrum plebes secessit, operaque M. Valerii Volusi patribus conciliata est: Unde & *Maximus* appellatus.

ANNA.

4 *Gauri montis.*] In Campania.

MACHANEUS.

4 Mons est propinquus Massico.

SCHOTTUS.

4 Pro *Gauri montis*, *Scauri* habent MSS. occurrebat *M. Aimilius Scaurus* fortasse, de quo infra.

ANNA.

5 *Accepto, quod postulaverat, præsidio.*] Unius legionis principes hastatosque petierat. Vide Liv. lib. VII. cap. 34.

6 *Intempesta.*] *Intempesta nox dicta ab tempestate. Tempestas ab tempore: Intempesta nox, quo tempore nil agitur.* Varr. L. L. lib. VI.

SCHOTTUS.

7 *Incolumis.*] Afuit in Parisino, quod *evadere* hoc illi significare videretur. Nihil tamen expungo.

ANNA.

8 *Civica corona.*] *Civicam coronam civis salutis suæ causa servatus in prælio dabat quæ erat ilignea, frondem habens perennem.* Festus. Aurea tamen *corona* donatum fuisse Decium testatur Liv. lib. VII. cap. 37. *Consul advocata concione, P. Decii non cœptas solum ante, sed cumulatas nova virtute laudes peragit: & præter militaria alia dona, aurea corona eum, & centum bobus, eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat.*

SCHOTTUS.

8 De *corona* autem *civica* videndus Agellius lib. V. cap. 6. Plinius lib. XVI. cap. 4. Sueton. in August. cap. 25. Tacitus lib. II. & XII. Annal. civicam *servati civis decus* vocat.

9 [ ] His lineis inclusa absunt in MSS. & vero glossema apparet. Parisinus tamen ea habebat. Sed res digna non est, ob quam vadimonium deseratur.

GRUTERUS.

9 Resipiunt profecto nauteam librariorum; & alioquin post coronam civicam accipere obsidionalem, ordo fuerit præposterus; cum civica coronarum omnium sit honestissima. agnoscunt tamen MSS. Palatini.

MACHANEUS.

10 *De quercu.*] Lucanus.

Servati civis referentem præmia quercum.

Querna autem fiebat ad ostendendum victum glandium antiquorum.

11 *Obsidionalis.*] Graminea dabatur, quia in locis obsessis & desertis nascitur.

SCHOTTUS.

11 Parisinus addit, *scilicet aurea.*

ANNA.

11 A legionibus. Livius eodem loco. *Secundum Consulis donationem legiones gramineam coronam obsidionalem, clamore donum approbantes, Decio imponunt.*

12 *Consul*

4 [2] Consul [13] bello [c] Latino, collega Manlio Torquato, positis apud [14] Veserim fluvium castris, cum utrique consuli [15] somnio obvenisset, eos victores futuros [16] quorum dux in prælio cecidisset. Tum collat[o] c[um] collega somnio, cum convenisset, ut cujus corn[u] m[a]cie laboraret [17] dis se Manibus voveret; [d] inclinante sua parte, [18] se & hosteis [19] per Valerium Pontificem dis Manibus [20] devovit. impetu in hosteis facto, victoriam suis reliquit.

c CDXIII.

d al. inclinata parte sua.

SCHOTTUS.

12 *Consul.*] *Decius Consul* libri veteres.

ANNA.

13 *Bello Latino.*] Anno mundi 3614. ab urbe C. 417. ante C. N. 334. Vide Florum lib. I. cap. 14.

14 *Veserim.*] Prope montem Vesuvium. Liv. lib. VIII. cap. 8. *Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat.*

SCHOTTUS.

15 *Somnio.*] Afuit a Parisino, quod *obvenire* hoc illi significare videretur. Nihil tamen expungo.

ANNA.

16 *Quorum dux in prælio cecidisset. Tum*, &c.] Hæc propter interpunctionem laborant. Removendum est punctum integrum, quod post *cecidisset* positum est. Nam quæ sequuntur pendent ab antecedentibus, hoc modo: *Consul bello Latino*, &c. *Inclinante sua parte, se & hostes per Valerium Pontificem devovit.* Quod ni ita sit quid fiet τῷ Consul?

17 *Sua parte.*] Lævo cornu.

SCHOTTUS.

18 *Se & hostes.*] MSS. *ad hostes.* Manifesto falsum, neque enim transfugit exercitus Romanus. Parisinus *inclinante sua parte secum hostes*, rectius.

ANNA.

19 *Per Valerium Pontificem.*] Nam Pontifex verba præibat, & qui se devovebat, ea ipsa respondebat. Unde infra in Decio filio. *Sollennia verba respondens.* Vide Liv. lib. VIII. cap. 9.

MACHANEUS.

20 *Devovit.*] Præeunte patre patrato, & verba quædam in signum vetustatis latentia canente. quæ libro VIII. T. Livii leges, etiam canente Juvenale:

Esse aliquos manes, & subterranea regna.

CAPUT XXVII.

ARGUMENTUM.

De Samnitibus triumphat, & Cereri spolia consecrat, multa domi militiæque gerit, bello Gallico se & hostes dis Manibus devovet, suis victoriam relinquit, laudatur & magnifice sepelitur P. Decius filius.

1 PUBLIUS Decius Decii filius, [a] [1] primo Consul de

a CDXLI.

ANNA.

1 *Primo Consul.*] Cum M. Valerio Maximo anno mundi 3640. ab U. Cond. 443. ante C. N. 308.

de Samnitibus [2] triumphans, [3] spolia ex his [4] Cereri
b CDXLIV. consecravit. [b] [5] Iterum &, [c] [6] tertio consul, multa do- 2
c CDLVI.
d CDLVIII. mi militiæque gessit. [d] [7] Quarto consulatu cum [8] Fabio Maximo, [9] cum Galli, Samnites, Umbri, Tusci contra Romanos conspirassent: ibi exercitu in aciem ducto, & [10] cornu inclinante, exemplum patris imitatus, advocato [11] M. Livio Pontifice, [12] hastæ insistens,

SCHOTTUS.

2 *Triumphans.*] Vulgo *triumphavit.* Ex veteribus libris MSS. & ex lapide, quem Romæ vidit Magius *infr.* §. 7. *n.* 2. scripsi *triumphans.* Decium ægrotasse scribit Livius, sine ulla *triumphi* mentione. Collegam quidem reliquias belli in Samnio persequutum esse & *triumphasse* Capitolini lapides notant: qui tamen nullum Decianum *triumphum* agnoscunt: Suspicor hunc *triumphum* Decio IV. & Q. Fabio V. Consule accidisse anno CDLVIII. quo tempore cum Samnitibus ab utroque Consule prospere pugnatum esse memoriæ proditum: quod tamen affirmem nihil habeo.

ANNA.

2 Consul uterque, & in tabulis Capitolinis & in inscriptionibus *triumphasse* dicitur. Quanquam Livius Decium ait ægrum Romæ mansisse, dum Valerius Samnitici belli reliquias persequebatur. Illum vide lib. IX.

SCHOTTUS.

3 *Spolia ex his.*] Scripsi ex eodem lapide, & veteribus libris MSS.

MACHANEUS.

4 *Cereri.*] *Cererem* terram Varro, ac alii philosophi interpretantur, quia gerat omnia, id est, procreet: inde multus fabulæ locus datus est.

ANNA.

5 *Iterum.*] Tertio anno post primum Consulatum. Tunc Tarquinienses subegit, & Hetruscos coëgit pacem petere.

6 *Tertio.*] Decimo anno post primum Consulatum, Apulos devicit. & inde Samnium profectus.

7 *Quarto Consulatu.*] Anno mundi 3955. ab U. C. 458. ante C. N. 293.

SCHOTTUS.

7 Varronis sententia, qua *Quartum Consul* tempus adsignificare, & ter ante factum: & *Quarto Consul* locum, ac tres ante factos, frustra est: ut his confirmari potest. Vide Agellium lib. X. capite I. Sane Hieron. Magius lib. III. cap. 9. Miscell. antiquissimam lapidis inscriptionem Romæ vidisse se affirmat, in quo capitis hujus initium ita, ut edendum curavimus, insculptum erat.

ANNA.

8 *Fabio Maximo.*] Q. *Fabio Maximo* Rulliano.

SCHOTTUS.

9 *Cum Galli.*] Cicero II. de Finibus & in Catone. In Tusculanis vero ait cum *Etruscis* decertasse: alii cum *Gallis.* Orosius lib. III. cap. 21.

ANNA.

10 *Cornu inclinante.*] Vide Liv. lib. X. cap. 28.

11 *Marco Livio Pontifice.*] *M. Livium Pontificem, quem descendens in aciem digredi vetuerat ab se, præire jussit verba, quibus se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret.* Livius loco supra laudato.

12 *Hastæ insistens.*] Livius ubi de Decio Patre, lib. VIII. cap. 9. *Pontifex eum* (Decium) *togam prætextam sumere jussit, & velato capite manu subter togam ad mentum exerta, super telum subjectum pedibus stantem se dicere.* &c.

13 Scilen

stens, & [13] sollennia [e] verba respondens, se & hostes dis manibus devovit. In petu in hosteis facto, victoriam suis reliquit. Corpus a collega laudatum, magnifice sepultum est.

4 dis manibus devovit. In petu in hosteis facto, vi-

5 ctoriam suis reliquit.

e Quæ apud Livium lib. VIII. Macrob. lib. III. cap. IX.

13 *Solle[...] verba respondens.*] Vide quæ supra in Decio Patre notata sunt. *Sollemnia verba* sic Livius lib. VIII. [c]ap. 9. *Jane Jupite[r], Mars Pater, Quirine, Bellona, [La]res, Divi Novensiles, Dii Indigetes, Divi, quorum est potestas nostrorum, hostiumque, Diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto feroque, uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis, hostesque populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro Republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis Populi Romani Quiritium, legiones, auxiliaque hostium mecum Diis Manibus, Tellurique devoveo.*

CAPUT XXVIII.

ARGUMENTUM.

Audito patri diem a Pompejo dictam dimittere eum accusationem a patre rus relegatus, nocte urbem petens stricto gladio compellit, Gallum provocatorem occidit, bello Latino filium securi percutit, & hostes superat T. Manlius Torquatus.

1 TITUS Manlius [1] Torquatus [2] ob ingenii & linguæ tarditatem [3] a patre rus relegatus, cum audisset [4] ei [5] diem dictam a * [6] Pompejo Trib. pleb. nocte
2 urbem petiit. Secretum colloquium a Tribuno impetravit, & gladio stricto [a] [7] dimittere eum accusationem

* *Vulg.* Pomponio.

a MSS. omittere.

MACHANEUS.

1 *Torquatus.*] Primus in ea familia agnomen hoc a *torque* adepto habuit.

SCHOTTUS.

1 De *Torquatis* vide Agellium lib. IX. cap. 13. Stephanum Pighium in Val. Max. lib. VI. cap. 4. & Fastos.

ANNA.

2 *Ob ingenii & linguæ tarditatem.*] *Quia infacundior esset & lingua impromptus.* Liv. lib. VII. cap. 4.

SCHOTTUS.

3 *A patre.*] Quidam codex *a patribus* scripserat. Manifesto falsum. Pater enim fuit L. Manlius Imperiosus Cic. III. Officiorum.

4 *Ei.*] Planius Mediolanensis *patri*.

ANNA.

5 *Diem dictam.*] *Diem* alicui *dicere*, id est, aliquem accusare; quia tunc accusatores reis certum *diem* denuntiabant, quo se ii coram populo sisterent, ut criminibus diluendis vacarent.

6 *Pompejo.*] Lege *Pomponio.* Livius lib. VII. cap. 4. *Q. Servilio Ahala, L. Genucio secundum Consulibus dies Manlio dicitur a M. Pomponio Tribuno plebis.*

SCHOTTUS

7 *Dimittere.*] In MSS. est *omittere.*

b CCCXCII.
c detractam, induit. *Vulg. lib.*
d CDXIII.

nem terrore multo compulit. [8] Sulpicio [b] Dictatore 3
Tribunus militum [9] Gallum [10] provocatorem occidit.
Torquem ei [c] detractum, [11] cervici suæ [12] indidit.
Consul bello [d] [13] Latino filium suum, quod contra im- 4
perium

MACHANEUS.

7 Ac jurare coëgit *se patris ejus accusandi causa consilium plebis nunquam habiturum, aliter extemplo eum transfixurum.*

ANNA.

7 *Dimittere.*] Imo *præ se deinde tulit ea vi subactum se incepto destitisse. Nec perinde ut maluisset plebes, sibi suffragii ferendi de tam crudeli & superbo reo potestatem fieri.* Livius.

SCHOTTUS.

8 *Sulpicio dictatore.*] Fasti Capitolini Consulem fuisse loquuntur hoc bello Gallico *C. Sulpicium Peticum* cum C. Licinio Stolone Calvo II. qui & anno CCCXCIX. collega ejus fuerat: *Dictatorem* non item nisi anno post tertio CCCXCV. *Dictator* autem erat T. Quinctius Pennus Cincinnatus, ut Livius: vel T. Quinctius Barbatus Capitolinus Crispinus, ut eadem Capitolina monumenta signant, non *Sulpicius.*

ANNA.

9 *Gallum.*] Bello Gallico de quo Flor. lib. I. cap. 13.

MACHANEUS.

10 *Provocatorem.*] *Quem nunc,* maxima voce inquit, *Roma fortissimum virum habet, procedat agedum ad pugnam, ut noster duorum eventus ostendat, utra gens bello sit melior.*

SCHOTTUS.

10 Cæterum de Torquati μονομαχία, & Corvini cum *provocatoribus* Gallis, vide Agell. lib. IX. Noct. Attic. quibus lucem attulit doctiss. Lipsius III. & IV. lib. epistolic. qu. ex optimis membranis Vict. Giselini medici: & Lud. Carrio lib. II. Antiq. Lect. cap. I. *omissis his quæ vulgata,* quæ si integræ fuissent, nihil in eo auctore nos remoraretur.

MACHANEUS.

11 *Cervix.*] Pars ea colli dicta, quia inde a *cerebro* o[illegible]e oritur.

SCHOTTUS.

12 *Induit.*] *Indidit* MSS. libri. Rectius.

13 *Latino.*] Plutarchus in Parallelis bellum *Albanum* vocat. Idem & in bello adversus Samnites creatum Manlium Consulem ait & ἐπιτάκτην i. *Imperiosum* appellatum, quod de filio, qui injussu suo in hostem pugnaverat, supplicium sumpsisset, licet victor rediret. Sed errat, tunc enim fœderati erant, verum cum *Latinis* bellum erat. Cato apud Sallustium Catilinaria bellum Gallicum nominat & Auli prænomen tribuit: *Apud majores nostros,* inquit, *A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari jussit, atque ille egregius adolescens immoderatæ fortitudinis morte pœnas dedit.* Et non longe ab initio: *In bello sæpius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant, quique tardius revocari prælio excesserant, quam qui signa relinquere, aut pulsi loco cedere ausi erant.* Vide Cicer. I. de Divinat. de Deciis, qui se vitamque suam Reip. condonavere. Idem III. Offic. non longe ab extremo: *T. Manlius ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto, cognomen invenit: cujus tertio Consulatu Latini ad Veserim fusi & fugati: magnus vir inprimis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium.* Quem locum attuli libentius, cum quia historiam breviter explicat, tum quia varie legitur: Nonius enim, ubi de torque, *Anienum* scribit, quomodo & historici aliquot MSS. & *Verserim* alium fluvium appellant. Nostri vero scripti libri, *qui nuper indulgens* præferunt, & vulgati *idem acerbus & severus,* secus

perium [14] pugnasset, [15] securi percussit: Latinos apud [16] Vesesim fluvium, Decii collegæ devotione [e] superavit. [17] (Consulatum recusavit, [f] quod diceret, neque se populi vitia, neque illum severitatem suam posse sufferre.) e CDXIII. f DXLIII. *sed non ad hunc Manlium pertinent: ut in Notis dixi.*

secus longe atque Nonius.

MACHANEUS.

14 *Pugnasset.*] Licet victor inde. unde *Imperia Manliana* superba dicta fuere.

ANNA.

15 *Securi percussit.*] Vide Liv. lib. VIII. cap. 7.

16 *Veserim.*] Supra in Decio Patre.

SCHOTTUS.

17 *Consulatum recusavit.*] Recedit ab historiæ veritate, recedit a tempore: sæpe enim Consulatum gessit sed posteriorum quidam, & gentilis, T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, bis Consul IϽXVIII. & IϽXXIX. qui anno U. c. IϽXLIII. magistratum ob valetudinem oculorum detrectavit. Q. Fabius quoque Consulatum sibi non petenti oblatum recusavit anno CDLIV.

CAPUT XXIX.

ARGUMENTUM.

Senonum reliquias Camillo persequente, adversum Gallum provocatorem procedit, illumque a corvo adjutus devincit, & multitudinis ære alieno oppressæ seditionem comprimit M. Valerius Corvinus.

1 [1] RELIQUIAS Senonum [2] Camillus persequebatur: CDIV.
adversum ingentem Gallum provocatorem solus [3] Valerius Tribunus militum, omnibus territis,
2 processit. Corvus ab ortu solis galeæ ejus insedit, [4] & inter pugnandum ora oculosque Galli verberavit.

MACHANEUS.

1 *Reliquias Senonum.*] Hanc historiam Titus Livius septimo ab urbe condita, Gellius lib. VIII. cap. II. eleganter tradidere: hoc autem fuit L. Furio, Cl. Appio consulibus.

ANNA.

2 *Camillus.*] Vide Florum lib. I. cap. 13.

3 *Valerius.*] Florus lib. I. cap. 13. & Liv. lib. VII. cap. 26.

SCHOTTUS.

2 Prænomen a L. Annæo Seneca epitomæ T. Livii auctore, *Lucii*: a Fastis Capitol. *Marci* tribuitur.

ANNA.

4 *Et inter pugnandum ora.*] Sic noctua Turni cum Ænea dimicantis & ora & clypeum verberavit. Virgil. XII. Æneid.

--- Turni se pestis ad ora
Fertque, refertque sonans; clypeumque everberat.

vit. Hoste devicto, Valerius [5] Corvinus [6] dictus.
Hinc, cum ingens multitudo ære alieno oppressa, 3
CDXI. [7] Capuam occupare tentasset, & ducem sibi Quin-
ctium [8] necessitate compulsum fecisset, [9] sublato [10] æ-
re alieno, seditionem compressit.

SCHOTTUS.

5 *Corvinus.*] De *Corvini* agnomine, seu cognomine pugnant docti. Sigonius *Corvus* scribi vult ex Capitolinis marmoribus, & ratione assentiente. Quemadmodum, inquit, *Albus*, *Rufus*, *Crassus*, *Luscus*, *Longus* cognomina primum inventa sunt, post autem *Albinus*, *Rufinus*, *Crassinus*, *Luscinus*, *Longinus*, subsequuta sunt: Sic qui primus cognomen hoc tulit *Corvus*, posteri *Corvini* dicti. Tamen MSS. hoc loco & in P. Decio constanter *Corvinus* scribunt, nec enim commode *Corvus* appellari videtur. Assentior igitur M. Antonio Mureto, qui in his rebus non magnopere contendendum censet. Quod enim præter Eustathium illud Propertii advocent, non me movet:

Et cui cognomen Corvus habere dedit.

Nihil enim convincit. Claudiani auctoritatem opponam, qui sic in Eutropium:

Agmina Brutorum Corvinorumque caterva.

Ubi & Brutum, qui Reges ejecit, respicit, & *Corvinum*, qui primus hoc cognomen tulit. Et Manilius Augusti æqualis *Corvinum* diserte vocat.

Et cum militia volucris Corvinus adeptus,
Et spolia, & nomen, qui gestat in alite Phœbum.

MACHANEUS.

6 *Dictus.*] Et una a Consule centum bobus & corona aurea donatus est.

ANNA.

7 *Capuam occupare tentasset.*] Hanc historiam fuse, sed paullo aliter Liv. lib. VII. cap. 38. 39. & sequentibus.

SCHOTTUS.

8 *Necessitate compulsum.*] Scribunt antiqui libri *compulsa*, ut ad multitudinem referatur. Constat enim ducem desideratum a transfugis. Alterum æque quadrat, quod animadvertenti facile persuasero: vi enim & minis coactus Quinctius imperium accepit.

ANNA.

9 *Sublato.*] Unde hæc? nil enim Livius.

MACHANEUS.

10 *Æs alienum.*] Dicitur quod nos aliis debemus, vulgo debitum vocant.

CAPUT XXX.

ARGUMENTUM.

Bello Samnitico in insidias inducitur, exercitu sub jugum misso fœdus a Romanis postea improbatum icit, Samnitibus deditur, & non recipitur Spurius Postumius.

1. [1] TITUS Veturius & [2] Spurius Postumius [a] [3] consules bellum adversum Samnites gerentes, a Pontio Thelesino duce hostium [4] in insidias inducti
2 sunt: Nam ille [5] simulatos transfugas misit, qui [6] Romanos docerent, [b] Luceriam [7] Apulam a Samnitibus obsideri, quo duo itinera ducebant, [8] aliud longius & tutius; aliud brevius & periculosius: [9] festinatio
3 brevius [10] eligit. Itaque cum in insidias venissent [11] (qui locus Furculæ Caudinæ vocabatur) C. Pontius [12] accitum

a CDXXXII. *In q. l.* Cajus Veturius.

b *Locus hic aliter vulgo legitur: ut & inf. sed vett. lib. sequor.*

SCHOTTUS.

1 *Titus.*] *Cajus* erat in Aldino, Mediolanensi cæterisque antiquis, sed *Titus* in Fastis Capitolinis.

2 *Spurius.*] A Plutarcho, ubi de clade Caudina scribit, *Albinus* vocatur.

3 *Consules.*] Fuere primo simul anno CDXIX. iterumque hoc bello CDXXXII.

ANNA.

3 Anno mundi 3631. ante C. N. 317. ab U. Cond. 434. Vide Flor. lib. I. cap. 16. & Liv. lib. IX. initio.

SCHOTTUS.

4 *Per insidias seducti.*] Sic hactenus lectum. Sincerior lectio, quam posui ex vetustis codicibus depromptam.

ANNA.

5 *Simulatos transfugas.*] *Milites decem pastorum habitu misit, pecoraque diversos alium alibi haud procul Romanis pascere jussit præsidiis: ubi inciderint in prædatores, ut idem omnibus sermo constet, legiones Samnitium in Apulia esse: Luceriam omnibus copiis circumsedere.* Liv. lib. IX. 2.

SCHOTTUS.

6 *Romanos docerent.*] Venustius magisque ex usu historicorum, quam *Romanis dicerent*, quod glossarium est.

7 *Apulam.*] Sic præter MSS. Parisinus ille codex elegantius, quam in vulgatis *in Apulia*, quod & aliunde huc delatum.

ANNA.

7 Ad distinctionem: erat enim & Luceria in Picentinis. Erat & apud Umbros: quin & alia etiam alibi fuit.

8 *Aliud longius & tutius.*] Livius ibidem. *Duæ ad Luceriam ferebant viæ, altera præter oram superi maris patens apertaque, sed quanto tutior, tanto fere longior: altera per furculas Caudinas brevior* &c.

SCHOTTUS.

9 *Festinantibus itaque cum insidias statuisset.*] Vulgata ea lectio est, quæ ad Pontium refertur: quam dum quidam impeditam & perturbatam videret, sic immutavit: *Festinantibus cum insidias statuisset Pontius ad eum locum qui Furculæ Caudinæ vocatur, accitum,* &c. Præclare liber optimæ notæ Pulmanni & Sequani, scriptus uterque, quibus loci restitutionem acceptam refero. In Mediolanensi certe *Festinantibus* afuit, legebatque: *Itaque cum.*

10 *Eligi* MSC. habebat, ego *elegit* scripsi, quod propter vocem sequentem ab iisdem literis inchoatam, *t*, literam omissam crederem: si quis alteram tueatur, non repugnabo. Ellipsis enim frequens scriptoribus antiquis; intelligaturque *præcipit*, *monet*, aut simile verbum.

ANNA.

11 *Qui locus Furculæ Caudinæ.*] Circa Aufidum fluvium, ubi Caudium urbs.

12 *Accitum Patrem.*] Antequam patrem

citum patrem Herennium rogavit, quid fieri placeret. Ille ait, aut omneis occidendos, ut vires frangerentur; aut omnes dimittendos, ut beneficio obligarentur. utroque improbato consilio, omnes sub jugum misit [c] 13 icto fœdere, quod a Romanis postea [d] improbatum est. 14 Postumius Samnitibus deditus, 15 nec receptus.

c Vulg. ex fœdere.

dcdxxxiii.

patrem acciret Pontius, bis eum per nuntium consuluerat. Vide Liv. lib. ix. 3.

SCHOTTUS.

13 *Icto fœdere.*] Reposui ex vetustis libris, nam *ex fœdere* ferri non potest. Florus in Epit lib. ix. *fœdere cum Samnitibus facto.* Claudius quoque Quadrigarius *fœdus* appellat, a quo Livius nominis Romani perstudiosus dissentit, qui *sponsionem* interpretatur. Videsis Sigonium lib. i. de antiquo jure civium Romanorum copiose de his dissertantem.

ANNA.

13 Liv. cap. 5. *Consules*, inquit, *profecti ad Pontium in colloquium, quum de fœdere victor agitaret, negarunt injussu populi fœdus fieri posse: nec sine fecialibus ceremoniaque alia sollenni. Itaque, non ut vulgo credunt, Claudiusque etiam scribit, fœdere pax Caudina, sed per sponsionem facta est.*

14 *Postumius Samnitibus deditus.*] Ut hac deditione turpitudinem fœderis dirimeret, populumque Romanum religione exsolveret, ne quid divini humanive obstaret, quo minus justum piumque de integro bellum susciperetur. Vid. Liv. cap. 8.

15 *Nec receptus.*] A Pontio scilicet.

CAPUT XXXI.

ARGUMENTUM.

Ominibus adversis profectus ad auspicia repetenda Romam regreditur, Fabium Rullianum contra imperium pugnantem, & securi feriendum patriis lacrymis & populi precibus condonat, de Samnitibus triumphat, & radicem ambulantibus incommodam jocorum studiosus exscindi jubet L. Papirius Cursor.

cdxxix. 1 Lucius Papirius, 2 a velocitate Cursor, cum [a] 3 Dictato-

MACHANEUS.

1 *Lucius Papirius.*] is est, quem Livius Alexandro Magno comparat, si is in Italiam venisset.

ANNA.

2 *A velocitate Cursor.*] Idem Liv. lib. ix. cap. 16. *Præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit, victoremque cursu omnium ætatis suæ fuisse ferunt.* Quasi vero hic Papirius primus *Cursoris* nomen habuerit, & non ante eum multi.

SCHOTTUS.

3 *Consulem.*] Fuit cum *Consularem*, aut *Dictatorem* ex historiæ fide

ctatorem se [4] adversis [5] ominibus [6] contra Samnites profectum esse [7] sensisset; ad auspicia [c] repetenda Romam regressus, edixit Fabio [d] [9] Rulliano, quem exercitui [10] imponebat, [11] ne manum cum hoste consereret. Sed ille opportunitate ductus, pugnavit.
2 Reversus Papirius securi eum ferire voluit: ille in urbem confugit, [12] nec supplicem Tribuni tueban-
3 tur. Dein [13] pater lacrymis; populus precibus ve-
4 niam impetrarunt. Papirius de Samnitibus [e] triumphavit.

b Exc. omnibus male.
c Petenda v. c.
d Rullo MSS. aliquot. Vulg. Rutiliano & præponebat.
e CDXLIV. alii CDXXIX.

de reposuerim, neque enim *Consules* eo anno CDXXIX. fuisse Sigonius observat: *Consulem* tamen facit Papirium Orosius lib. III. cap. 15. & Eutropius lib. I. Livius quoque ambigi dicit magister ne equitum an *Consul* tunc fuerit.

ANNA.

4 *Adversis.*] Non *adversis*: sed *incertis*, Livius lib. VIII. cap. 30. *In Samnium incertis itum auspiciis est: cujus rei vitium, non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras Imperatorum vertit. Namque Papirius Dictator a pullario monitus, quum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur,* &c.

SCHOTTUS.

5 *Ominibus contra Samnites profectum.*] Antiqua lectio ea est: vulgata, *adversis omnibus adversum Samnites progressum.* Illud concinnius. *Omina* sæpe in veteribus auctoribus corrupta esse in *omnia* olim admonuit Guil. Canterus vir doctissimus in Novis lectionibus; qui nuper magno sui relicto desiderio fatis ereptus est.

ANNA.

6 *Contra Samnites.*] Anno mundi 3628. ante C. N. 320. ab U. C. 431.

7 *Sensisset.*] A pullario monitus.

8 *Ad auspicia repetenda.*] Nihil enim *inauspicato* gerebant Romani. Quare si egressi male pugnassent, vel etiam si ante pugnam, vitiose capta omina meminissent, Romam revertebantur ad captanda rursus *auguria.* Idque dicebant, *redauspicare* & *repetere omina.* Virg. II. Æneid.

Omina ni repetant Argis.

Et hoc servatum a ducibus Romanis, donec ab his in Italia pugnatum est propter vicinitatem. Postquam vero ministerium longius prolatum est, ne dux ab exercitu diutius abesset, si Romam ad *renovanda auspicia* de longinquo revertisset, constitutum ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia, in qua bellabatur, ad quem, si renovari opus esset *auspicia*, dux rediret.

SCHOTTUS.

9 *Rutiliano.*] *Rutilio* Parisinus. *Rullo* MSS. omnes hic & sequenti capite, & Livius: quomodo & Plutarchus in Pompejo vocat, quanquam in Fabio nomen corruptum sit. *Q. Fabium Maximum Rullianum* nominant Val. Max. lib. V. & qui Capitolinos Consules digesserunt.

10 *Imponebat.*] MSS. iidem legunt venustius quam *præponebat.*

ANNA.

11 *Ne manum cum hoste consereret.*] Sic Livius: *Ut sese loco teneret, neu absente se cum hoste manum consereret.*

12 *Nec supplicem Tribuni tuebantur.*] Imo *tuebantur*, sed precarium, non justum auxilium ferebant, ut patet ex Livio.

MACHANEUS.

13 *Pater lacrymis.*] Nam adolescens, & pater M. Fabius contentionis die prorupere ad genua, & depre-

phavit. [14] Idem comis [f] & jocorum studiosus; 5
[15] cum Prenestinum Prætorem gravissime increpuisset, expedi, inquit, lictor secures. Et cum eum 6
metu mortis attonitum vidisset; incommodam ambulantibus radicem [g] [16] exscindi jussit.

f *Castigationis hujus ratio in Notis exponitur.*

g Excidi *exc. lib.*

deprecati, dictatoriæque dignitatis obliti sunt, & multa alia, quæ libro octavo historiæ Livianæ eleganter videbis.

SCHOTTUS.

14 *Idem comis &c.*] Tota hæc linea in vulgatis desiderata hactenus, verum in MSS. paullo aliter. In Pulmanni apographo: *Idem comes Etruscorum & jocorum cum præstudiosus Nestinum prætorem.* Sed τὸ *Etruscorum* in Metelli Sequani schidis abest, unde eam, quam excudendam curavi, lectionem erui: vidi enim præpositionem sede motam ab eo, qui Prenestinam urbem ignorabat, quod teste Volaterrano lib. VI. Geographiæ diruta hodie sit. Cæterum ingenii laudes, merum facilitatem, bellicamque virtutem Livius lib. IX. copiose prædicat, adeoque Alexandro Magno Papirium comparat. Plinius quoque lib. XVII. cap. 17. hujus rei gestæ meminit & Ammianus hist. lib. XXX.

ANNA.

15 *Cum Prenestinum prætorem.*] Ex Liv. lib. IX. cap. 16. *Prenestinus Prætor per timorem segnius ex subsidiis suos duxerat in primam aciem. Quem quum inambulans ante tabernaculum vocari jussisset; lictorem expedire securim jussit. Ad quam vocem exanimi stante Prenestino, age dum lictor, exscinde radicem hanc,* inquit, *incommodam ambulantibus; Perfusumque ultimi supplicii metu, mulcta dicta dimisit.*

SCHOTTUS.

15 Ne quem offendat sine diphthongo urbem prima syllaba pingi. sic enim jussi; Servius enim in VII. Æn. ἀπὸ τῶν πρείνων, ab ilicibus, quibus ager ille abundabat, deflectit.

16 *Exscindi.*] Malui auctoritate codicis antiqui, tametsi alter *excindi* haberet. Hinc enim *exscidium* apud Plautum Curculione scriptum observavi: *discidium* apud Terentium Gabriel Faërnus: *obscidium* apud Varronem lib. IV. de L. L. Ad. Turnebus. Porro *exscidium* a *scindo* deduco: Festi collectanea a *cædendo*, non recte; poëtæ enim secundam corripiunt. A *cædendo* vulgus Grammaticorum derivat *excidium*.

ANNA.

16 In hoc jocus est, quod cum lictorem securim expedire jusserit, quasi in reum animadversurus, præter exspectationem ei radicem *exscindendam* objecerit.

CAPUT XXXII.

ARGUMENTUM.

Maximus dicitur, ob Samnitem victoriam securi pæne percutitur, de Apulis, Lucerinis, Samnitibus, Gallis, Umbris, Marsis, Tuscis triumphat, libertinos tribu amovet, ut equites ab æde Honoris in Capitolium transeant instituit, & mortuus publice sepelitur Q. Fabius Rullianus.

QUINCTUS Fabius Rullianus, primus ex ea fa-

familia [1] ob virtutem [a] Maximus: Magister equitum a Papirio Cursore [b] [2] ob Samnitem victoriam [c] [3] securi pæne percussus', primum de Apulis & [4] Lucerinis: [d] iterum de Samnitibus: [e] tertio de Gallis, Umbris, [5] Marsis, atque Tuscis [6] triumphavit.

2 Censor [8] libertinos [9] [g] tribu amovit. [10] Iterum Censor fieri noluit, dicens non esse [11] ex usu Rei-

a CDXXIX.
b *Absunt in vulgatis.*
c CDXXXI.
d CDXLIV.
e CDLIIX.
f CDXLIX.
g *MSS.* tribubus.

ANNA.

1 *Ob virtutem.*) Quod forensem turbam in quatuor tribus conjecit, ideo ei *Maximi* cognomen datum dicit Livius extremo lib. IX. infr. §. 8.

SCHOTTUS.

2 *Ob Samnitem Victoriam.*] De MSS. duobus exscripsi.

ANNA.

3 *Securi pæne percussus.*] Superiori capite.

SCHOTTUS.

4 *Lucerinis.*] *Nucerinis* alii. Livius Fabium III. Consf. anno U. CDXLV. subegisse ait *Nuceriam* Alphaternam. Sic enim ex Diodoro legendum docuit Sigonius. Glareanus vero *Luceriam* scribit, cujus & Horatius in Odis meminit: Sigonius contra *Nuceriam* tuetur. Hæc in Picentibus seu Campania est IX. millium passuum distans a mari, ut & Alphaterni, auctore Plinio: illa in Apulia est. Lubricus profecto locus, & in quo mihi aqua hæreat, nec pudet fateri, cum nihil eversorum locorum veritate incertius. Ptolemæus enim tres *Nucerias* facit.

MACHANEUS.

5 *Marsi.*] Populi Campaniæ a *Marso* Circes & Ulyssis filio, qui etiam excantare venena dicebantur.

ANNA.

6 *Triumphasse.*] Fabium tantum bis in tabulis invenio, semel cum primum Consul esset, Collega L. Furio Curvo an. mundi 3630. ante C. N. 318. ab U. C. 433. Iterum de Hetruscis secundum Consul C. Martio Rutilio Censorio, duodecimo anno post priorem Consulatum: Apulos quidem vicit Fabius quartum Consul cum Publio Decio Mure; anno mundi 3653. Idem etiam Gallos, Tuscos, Marsos, Umbros devicit V. Consul anno mundi 3655. Sed *triumphasse* non legitur.

SCHOTTUS.

7 *Censor.*] Collega P. Decio, P. Decii filio anno CDXLIX. Lustrum etiam hoc tempore conditum XXVIII.

ANNA.

8 *Libertinos.*] Hos *forensem turbam* vocat Liv. lib. IX. in fine. *Fabius simul concordiæ causa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanasque eas appellavit. Adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret.*

SCHOTTUS.

9 *Tribus.*] Vulgati habent inepte & rustice. alii *Trib.* scribunt, *tribu amovit.* Parisinus MSC. & Mediolanenses *tribubus.* Vascosanus *tribumovit. Senatu amovit* legendum videtur ex Livio. Valerius Maximus libro secundo, capite secundo legendus.

ANNA.

10 *Iterum Censor fieri noluit.*] Vide Valer. Max. lib. IV. cap. I.

SCHOTTUS.

11. *Ex usu Reipublicæ.*) *Populi Romani* Mediolanensis impresserat. hinc forte quod P. R. *populum Romanum* signet: quas literas si invertas R. P. *rempublicam* notant. sin conjungas P. R. prætorem in antiquis schidis significant. Ex qua quidem ignorantia, seu oscitantia

Reipublicæ eosdem Censores sæpius fieri. Hic pri- 3
mus instituit, [12] uti Equites Romani Idibus Quinctilibus ab æde Honoris, [h] albis equis insidentes in Capitolium transirent. Mortuo huic tantum æris po- 4
puli [13] liberalitate congestum est, ut inde [14] filius [15] visceratione m & [i] [16] epulum publice daret.

h Tò albis *a MSS. est. Transvectio dicebatur, qua de Livius* IV. *l. Dionys.* VI. *Plin.* XV. *c.* 4. *Suet. Aug.* 38.
i Vulg. epulas. *male.*

errores infiniti in libros irrepsere. Plutarchus in Coriolano refert, Manlium Censorinum legem tulisse ne cui bis Censuram gerere liceret: & in Catone inter ejus scite dicta, Livius libro quarto & nono de C. Marcio Rutilo Censore secundum CDXXCVIII. & CCCXIX. qui populum increpavit, quod bis Censorem fecissent, quam dignitatem majores coartassent. Valer. Max. lib. IV. cap. I. initio, & simile ibidem de hoc ipso Q. Fabio Maximo Rulliano.

ANNA.

12 *Uti equites Romani.*) Quod *transvectio* dictum fuit. Livius de eodem. *Ab eodem institutum dicitur, ut equites Idibus Quinctilibus transveherentur.*

SCHOTTUS.

13 *Liberalitate.*) In MSS. tribus est, *ubertate*, quod & in Parisino postea reperi, non *liberalitate*.

14 *Filius.*) Parisinus, *filius ejus*.

ANNA.

15 *Viscerationem.*) *Visceratio*, largitio carnaria, qua pecudes integræ populo dabantur. *Viscera* enim non solum intestina; sed quidquid sub corio est. *Servius*.

16 *Epulas.*) Lego *epulum* ex MSS. tribus, quibus usus sum, rectius, ni fallor. Symmachus Ausonio: *Quasi ego coenas dapales & Saliare convivium, tum viscerationem atque epulum postulassem.* Quid autem hæc differant, docet e Glossario Isaacus Casaubonus ad Suetonii Cæsarem cap. 38. ubi & hæc conjungit.

CAPUT XXXIII.

ARGUMENTUM.

De Samnitibus, Sabinis, Lucanis triumphat, Pyrrhum Italia expellit, populo viritim & sibi agri quaterna dena jugera divisit, Samnitum legatos aurum offerentes rejicit, pecuniæ interversæ frustra arguitur, patres comitiis, quibus plebejus magistratus creabatur, auctores fieri cogit, & domo, agrique jugeribus quingentis publice donatur Manius Curius Dentatus.

MANIUS Curius [2] Dentatus primo [3] de Samniti- 1
bus

SCHOTTUS.

1 *Marcus.*] Vitiose hactenus, ut & in Valerio Maximo scripserant scioli quidam, qui *Manius* est. Non viderant lippis oculis supra virgula, vel semilunula M'. in MSS. notari. Frontinus male *Cajum* vocat Strateg. IV. 3.

2 *Dentatus.*] Non celabo lectorem codicem unum scriptum *Dematum* legisse. Non probo. Plinius enim avunculus lib. VII. cap. 16. diserte inde appellatum tradit, quod cum *dentibus* natus esset. Varro, *L. Sicinium Dentatum* quendam celebrat apud Fulgentium Nefrendes, & Plinius lib. VII. cap. 27. & alibi, qui *Siccium* nominat.

3 *De Samnitibus.*] Triumphi hujus

bus [4] triumphavit, [a] quos usque ad mare [5] superum perpacavit. Regressus, in concione ait: Tantum agri cepi, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepissem; tantum porro hominum cepi, ut fame perituri fuerint, nisi tantum agri cepissem.
3.4 [6] Iterum de Sabinis [b] triumphavit. [7] Tertio de Lu-
5 canis [8] ovans [c] urbem [9] introivit. [10] Pyrrhum [11] Epeirotam

[a] CDLXIII. *Al.* propagavit. *Non aeque placet.*

[b] CDLXIII.

[c] CDLXIII.

jus meminit Cicero in Catone, Orosius lib. III. cap. 22. & Florus lib. I. cap. 15. rei tantum in Sabinis gestæ meminerunt. Eutropius collegam ejus in Consulatu anni CCCCLXIII. P. Cornelium Rufinum *Samnites* simul vicisse ait.

ANNA.

3 De *Samnitibus* triumphavit anno mundi 3660. ante C. N. 288. ab U. C. 463.

SCHOTTUS.

4 *Triumphasse.*] Consulem tertium, & semel ovantem urbem inivisse eodem anno mirum profecto. Sed auctor noster illa ordine recenset.

MACHANEUS.

5 *Superum mare.*] Dictum, quod tendit *supra* polum arcticum versus. Virgilius:

An mare quod supra, memorem,
quodque alluit infra.

Hadriaticum & Venetum aliter dicunt.

SCHOTTUS.

5 L. Annæus Seneca in Epitoma Livii lib. I. cap. 15. *Omnem eum tractum, qua Nar ambit, fontesque Velini Adriatico tenus mari igne ferroque vastavit, qua victoria tantum hominum, tantum agrorum redactum in potestatem, ut in utro plus esset nec ipse posset æstimare qui vicerat.* Hinc Cicero lib. IV. epist. 15. ad Atticum Lacum Velinum ait a M'. Curio monte interciso in Nar emissum, & Varro apud Servium in VII. Æn. ad illum versum

Sulphurea Nar albus aqua, fontesque Velini.

Sed triumphorum quatuor meminere Cicero in Catone, L. Florus Livii abbreviator lib. XI. Appulejus Apologia I., Orosius lib. III. cap. 22. Frontinus lib. I.

ANNA.

6 *Iterum de Sabinis.*] Eodem anno quo de Samnitibus.

7 *Tertio de Lucanis.*] Hujus triumphi annales non meminere. Inciderit forsan an. mundi 3666. ante C. N. 282. ab U. C. 469. quo Curius Gallos, Lucanos, Brutios, Samnites vicit. Quamquam dubito cum de iisdem anno post hunc secundo Fabricium triumphasse tabulæ notent. De *Lucanis* quidem & de Pyrrho triumphavit Curius anno mundi 3675.

SCHOTTUS.

7 Eutropius *quatuor elephantos primum Romam induxisse* refert devictis *Lucanis*, indeque *Lucas boves* dictos. Vide Plinium & Varronem.

MACHANEUS.

8 *Ovans.*] i. minori triumpho utens, Nam in *ovatione* magnum a triumpho discrimen fiebat; incedebat namque *ovans* equo albo, corona myrtea coronatus: sed triumphans in curru, laurea insignitus.

ANNA

8 Sed nullus temere pulcrior in urbem aut speciosior triumphus intravit. Tantum abest ut *ovatio* triumphus ille fuerit.

SCHOTTUS.

9 *Introivit.*] Mediolanensis legit *introiit.*

MACHANEUS.

10 *Pyrrhum.*] Qui arcessitus a Tarentinis stipendio, dux primus ductu elephantorum Romanum terruit imperium.

SCHOTTUS.

11 *Epeirotam.*] Sequutus sum veteres libros & Parisinum. vulgati enim

rotam [12] Italia [d] expulit. [13] Quaterna [e] dena agri ju- 6
gera viritim populo divisit. Sibi [14] deinde totidem con-
stituit, [15] dicens neminem [16] esse debere [17] civem, cui
non tantum sufficeret. Legatis [18] Samnitum aurum 7
offerentibus, cum ipse in foco [f] [19] rapa torreret:
Malo, inquit, hæc in fictilibus meis esse, &
rum habentibus imperare. Cum interversæ pecu- 8
niæ argueretur, [g] [20] guttum ligneum, quo u-
ti ad sacrificia consueverat, in medium protulit: ju-
ravitque se nihil amplius de præda hostili in do-
mum suam convertisse. Aquam [h] [21] Anienem de 9
[i] [22] ma-

DCDLXXVIII.

e *Septena agri jugera, tantum Plin. lib.* VIII. *c.* 3. *Valer. lib.* IV. *cap.* 3.

f *q. l.* rapas *vel rapam. Seneca* ἀποκολοκυντώσει. Qui cum Romulo possit ferventia rapa vorare. & *Mar.* XIII. *Epigram. lib.* Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa. Quæ damus, in cælo Romulus esse solet.

g *Sic MSS. Vulg.* cadum ligneum.

h CDXXCI.

enim *Regem Epirotarum*, quasi hoc cuiquam esset ignotum.

12 *Italia expulit.*] Mediolanensis sic, *ex Italia pepulit.*

13 *Quaterna dena.*] Brevius MSS. *quaterdena*: vulgati partim *septena dena*, partim *septemdena*: unde colligi posset, *septena* legi oportere, tot enim Plinius lib. VIII. cap. 3. attribuit. vide Columellam non semel, & Ciceronem II. de Legibus, ibidemque Turnebum. Valerius vero *septena* ait divisa populo lib. IV. cap. 3.

14 *Deinde totidem.*] *Idem* MSS. simul omnes.

15 *Dicens neminem.*] Refert idem Frontinus lib. IV. cap. 3. Strateg. Non dissimile Pittaci apud Probum in Thrasybulo, Plutarchum & Laërtium abstinentiæ exemplum.

MACHANEUS.

16 *Esse.*] Comedere. In xeniis Martialis: *Romulus esse solet.*

SCHOTTUS.

16 *Esse* pro edere Machaneus ridicule exponit.

17 *Civem.*] Accessit ex Pulmanniano.

18 *Samnitum.*] Abstinentiæ Romanæ exemplum, quod apud Cic. in Catone, Plin. lib. X. cap. 5. Plutarch. in Cat. majore & Apophtheg. aliosque juste laudatur. Verum ne illud silentio involvam, Athenæus lib. X. δειπνοσοφ. e Megacle libro de Viris illustribus aurum a *Sabinis* oblatum tradit: & Agellius Fabricio *Samnites* detulisse grandem pecuniam scribit lib. I. cap. 14. Noct. Attic. ex Julii gini libro de vita Virorum Illustrium & Seneca patre Controversiarum IX.

19 *Rapa.*] Alii *rapam* legunt, qua de re disceptent, qui eas in deliciis habent, & qui cum Romulo apud Superos *possint ferventia rapa vorare*, ut ille ait.

20 *Guttum ligneum.*] Sic arbitror legendum de MSS. tribus & Plinio lib. XVI. cap. 38. qui *guttum faginum* appellat. Valerius, *ligneo catino*, vel melius catillo cœnantem facit lib. IV. Plinius lib. XXX cap. 6. *aquam bibere catillo* dixit. Et Appulejus Apologia I. *Diis immortalibus sympulo & catino fictili sacrificat.* Simile de Augusto refert Suetonius cap. 71. qui Alexandria capta nihil sibi præter unum myrrhinum calicem ex instrumento regio retinuerat. Vulgati hic *cadum ligneum* habebant, unde & *fagum* cudi queat. Ovidius quinto Fastorum:

Terra rubens crater, pocula fagus erant.

Verior tamen scripta lectio. *Guttum* enim inter sacrificii vasa numerat Varro libro primo de vita populi Romani apud Nonium in Cymbia.

MACHANEUS.

21 *Anien.*] Sive *Anio*, fluvius est, quem vulgo *Fiveronum* dicunt: oritur autem ex Trebanorum montibus.

i 22 manubiis hostium in urbem 23 induxit. 24 Tribunus plebis 25 patres *m* auctores fieri coëgit comitiis,

i Vulg. manibus *corrupte, vide Not.*
l CDLIIII.
m MSS. Tribunos pl. Patres se auctore fieri--plebei m. creabantur.

tibus. Insignis est victoria Tulli Hostilii Regis.

SCHOTTUS.

De *Anione* Plinius videndus lib. III. cap. 21. *Anio in monte Trebanorum.* Ubi legendum *Trebulanorum* antiquis libris auctoribus.

22 *Manibus hostium.*] Insigne hic mendum, monstrumque horrendum ingens a nobis confectum. Vulgata enim lectio recedit a libris MSS. recedit ab historia. Conjecturam meam proponam, deinde confirmabo. Credebant quidam majestate Romana dignum, si *hostium* opera aquam deductam dicerent, præsertim cum jam tam multos a Curio captos legissent: meminerant ad hæc in Superbo cloacam maximam populi viribus factam, unde fossæ Quiritium dictæ sint. Cum ergo *de manubiis* reperissent, emendarunt bardi homines; *deinde manibus.* Nos lectionem sarcivimus, quam miror a commentatoribus, doctis quidem & copiosis, non observatam. Eant nunc qui antiquorum librorum opem contemnunt, vulgatosque non immutandos barbare jactant. Sed longius provehor. Frontinus libro de aquæductibus: *Vetus Anio post annos 40. quam Appia perducta est, anno ab* U. C. CCCCLXXXI. M'. *Curius Dentatus, qui Censuram cum L. Papirio Cos. gessit* (anno CDLXIV. ut Sigonius conjectat) *Anionis, qui nunc dicitur Vetus, aquam perducendam in urbem ex manubiis de Pyrrho captis curavit, Sp. Carvilio, L. Papirio Coss.* Hos autem Consules iterum fuisse anno CDXXCI. ex Livii XXIV. libro & Capitolinis tabulis discere licet. Similem locum nuper in Cornelio Nepote corruptum vidi in iis quidem libris, quibus usus sum: Is est in Cimonis vita: *His ex navibus.* Lege *His e manubiis* Plutarcho auctore. Itemque in Sidonio Apollinare sic olim *manubiis* pro *manibus* de veteribus membranis reposui libro septimo epist. 7. initio.

23 *Induxit.*] *Introduxit* alii. *Induxit* autem non ipse Curius, sed Fulvius Flaccus alter duumvirum aquæ perducendæ: Curio mortuo intra quintum diem quam esset duumvir creatus anno U. C. CDXXCIX.

ANNA.

24 *Tribunus plebis.*] An. ab U. C. 455.

SCHOTTUS.

24 In MSS. longe aliter periodus habet: *Tribunos plebi patres se auctore fieri coegit comitiis, quibus plebei mag. creabantur.* Nihil tamen demuto. Cicero enim de claris Oratoribus & Livius lib. x. anno CDLIV M. Fulvio Pæto, T. Manlio Torquato Coss. tulisse M'. Curium Dentatum Tribunum plebis ait, ut ante curiata comitia magistratuum patres auctores fierent. Miror equidem quid Francisco Hottomanno viro alioqui doctissimo, & in antiquitate diu multumque cum laude versato in mentem venerit, quod in Catalogo legum Romanarum ad hanc legem Curiam, Probum de viris illustribus libelli nostri laudarit auctorem, cum in lege Sempronia agraria, tanquam sui oblitus, auctorem de viris illustribus, ut plerique omnes docti, appellet. An quia de externis Imperatoribus scripsisse quidam putant, & de Romanis quoque extremo libro ipse fateatur? Ego vero causam, judiciumque amplio, scriboque N. L. Video enim Eliam Vinetum eruditissimum virum hunc fœtum ad Plinium Nepotem perpetuo referre: semel vero ad Suetonium Carolum Sigonium lib. II. de jure provinciarum, forte librariorum incuria.

ANNA.

25 *Patres auctores fieri coegit.*] Legem tulit ut Patres ante comitia auctores fierent, hoc est, ut decreto suo eos Magistratus se probare dicerent, quos populus creasset.

tiis, quibus plebejus magistratus creabatur: ob hæc merita domus ei apud [n] [26] Tiphatam, & agri jugera [27] quingenta publice data.

n Tifata, lib. vett. & mox quinquaginta *MSS. omn.*

Ea lex a Curio, Curia dicta. Cic. de claris Oratoribus, Liv. lib. x.

MACHANEUS.

25 Nam antea plebejo magistratui decretum suum non interponebant.

SCHOTTUS.

26 *Tiphatam.*] *Tifatam* veteres scribebant, quod *f* cum *ph* Græcorum gemina sit, atque ita & Georgius Fabricius in Roma, sed genere neutro *Tifata*, montesque juxta Capuam veterem locat. Juxta hunc *Tifata* montem pugnasse Syllam cum C. Norbano auctor Vellejus lib. II.

ANNA.

26 *Tiphata* locus in urbe fuit. quod de Campania dicunt viri docti, nugæ sunt ad hunc quidem locum.

SCHOTTUS.

27 *Quingenta.*] Vetus lectio *quinquaginta*, quæ lectio propius a vero abest.

GRUTERUS.

27 *Quinquaginta.*] Illud visitur etiam in Palatino altero.

CAPUT XXXIV.

ARGUMENTUM.

Libertinos in senatum legit, tibicinibus epulandi....jus in publico adimit, Potitiis pretio corruptis....cæcatur, ne consulatus cum plebejis communicaretur resistit, ne Fabius solus ad bellum mitteretur contradicit, Sabinos, Samnites, Etruscos domat, viam usque Brundisium sternit, Anienem in urbem inducit, censuram solus obtinet, conditiones pacis cum Pyrrho ineundæ oratione discutit Appius Claudius Cæcus.

APPIUS [1] Claudius Cæcus [2] in censura [a] liberti- 1
nos [3] quoque in Senatum [b] legit: [4] epulandi decan-

a Sueton. Claudio cap. 24.
b CDXLI.

MACHANEUS.

1 *Claudius.*] Constat, Livio, Suetonioque testibus, *Clausios* a Sabinis Romam migrasse, inde *Claudios* dictos, quorum familia duplex exstitit, *altera patritia, altera plebeja.*

ANNA.

2 *In censura.*] Quam gessit anno ab U. C. 443.

SCHOTTUS.

3 *Quoque in senatum.*] MSS. partim *quosque in Senatum*, partim *quoque e Senatu.* Vulgatam præfero. Suet. in Claudio cap. 24. *Appium Cæcum Censorem generis sui proauctorem libertinorum filios in Senatum allegisse docuit, ignarus temporibus Appii & deinceps aliquamdiu, libertinos dictos, non ipsos qui manu mitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.* Ad quem locum plura Lævinus Torrentius noster. Justinianus tamen lib. I. titul. 4. dictos ait *libertinos*, qui ex justa servitute manumissi sunt. Q. Fabius Rullus Censor *libertinos* omneis tribu amovit, ut supra cap. 32. dixit: & Nero eosdem quoque curia amovit, Suetonius cap. 15.

ANNA.

4 *Epulandi.*] In æde Jovis. Tibicinibus

2 cantandique jus tibicinibu in publico ademit. [5] Duæ familiæ ad Herculis sacra sunt destinatæ, [6] Potitiorum
3 & [7] Pinariorum. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, ut [8] sacra [c] Herculea servos publicos edocerent: [9] unde cæcatus est: [10] gens Potitiorum funditus
4 periit. [11] Ne consulatus [12] cum plebejis communica-
5 retur, [13] acerrime [d] restitit. [14] Ne Fabius solus [15] ad
6 bellum mitteretur, [e] contradixit. [16] Sabinos, [17] Samnites,

[c] Herculanea. v. c. Vide sup. de orig. Urbis Romæ.

[d] CCCLXXXVIII

[e] CLDVIII.

bicinibus enim antiquitus traditum erat ut in ea vescerentur. Et paullo post idem iis jus restitutum.

SCHOTTUS.

5 *Duæ familiæ.*] Vidi qui hæc, ut falsa, spongia obducta delenda putarent, scribendumque præter librorum fidem: *Una familia ad Herculis sacra erat destinata. scilicet Potitiorum; Potitios Herculis* &c. vel *quos Herculis sacerdotes.* Cum ignorarent utramque *familiam* destinatam quidem, at alteram Pinariorum, quod serius ad rem divinam venisset, post ab Hercule repudiatam. De quo copiosius quam Livius lib. IX. in commentario de origine urbis Romæ quem ex MSC. nostro edendum curavimus. Ego sic tentabam: *Quæ familiæ ad Herculis sacra sunt destinatæ Potitiorum, pretio corrupit.* Nam XII. ea tempestate Potitiorum *familiæ* erant. Livius lib. I. & IX. Val. Max. lib. I. cap. II. Et illud, *Pinariorum & Potitios Herculis sacerdotes* glossema olet.

MACHANEUS.

6 *Potitii.*] Nam, qui ab Euandro edocti, antistites ejus sacri per multas ætates fuerant, quia invitati ad sollenne Herculeum convivium, præsto adfuere.

7 *Pinarii.*] Extis adesis ad cæteram dapem venere, unde non vescebantur extis sollennibus. Virgilius.

Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

SCHOTTUS.

8 *Sacra Herculea.*] *Herculanea* MSS. *Herculana* Parisinus & Coloniensis.

ANNA.

9 *Unde cæcatus est.*] Liv. lib. IX. cap. 29.

10 *Gens.*] Bene *gens.* Duodecim enim ea tempestate erant Potitiorum familiæ. Inde tamen, quam hic *gentem* dicit, supra familiam vocat, *duæ familiæ*, &c. Auctor libelli de origine urbis Romæ *familiam* dixit

SCHOTTUS.

11 *Ne consulatus.*] Hoc ad Appium Claudium Regillanum decemvirum referendum videtur, nam abhinc annis prope C. illud factum fuisse memoriæ proditum. Legendum ex Livio libro decimo, *Ne Pontificatus & auguratus.* vel potius, *Ne sacerdotia cum.*

12 *Cum plebejis.*] Parisinus & Coloniensis *cum plebe.*

MACHANEUS.

13 *Acerrime restitit.*] Quamvis obtinere non potuit. Creber autem est hic historicus in exornatione rhetorica similiter desinenti dicta, quando in eandem terminationem verba desinunt, de qua vide abunde *Ciceronem* libro ultimo ad *Herennium.*

ANNA.

14 *Ne Fabius solus.*] Sed cum Decio Mure.

15 *Ad bellum.*] Samniticum, quo se Decius devovit.

16 *Sabinos.*] An. ab U. C. 456. quo Appius secundum Consul fuit.

SCHOTTUS.

17 *Samnites.*] Parisinus & Coloniensis *Sampnitas* scribunt.

mnites, Etruscos bello domuit. Viam usque [18] Brundisium [19] lapide [20] stravit: unde illa [21] Appia dicta. 7

f CDXLI. Aquam [22] Anienem in urbem [f] induxit. [23] Censuram solus [24] omni quinquennio obtinuit. 8.9

Cum de 10

g CDLXXIII. pace Pyrrhi [g] [25] ageretur, & gratia potentum per legatum [26] Cineam [27] pretio quæreretur: senex & cæcus

MACHANEUS.

18 *Brundisium.*] Urbs Apuliæ habens portum a Lucano in formam cervinam descriptum, inde Mesapiorum lingua urbi nomen.

SCHOTTUS.

18 Diodorus Siculus libro vigesimo, & Frontinus. MSS. tamen cum tertia vocali in secunda syllaba *Brundisium lapide stravit.*

ANNA.

18 Falsum est. Nam ea tempestate ex veteris historiæ fide, ea via ad *Brundisium* usque perduci non potuit. *Pater meus.* A porta Capena usque ad Capuam stravit Appius.

MACHANEUS.

19 *Lapide.*] Quod *lithostratum* dicitur, ingrediente & latina dictione.

ANNA.

20 *Stravit.*] An. ab U. C. 443.

SCHOTTUS.

21 *Appia dicta.*] Viarum omnium maxima fuit. De hac ita Sextus Julius Frontinus libro primo de Aquæductibus: *Aqua Appia M. Valerio Maximo, P. Decio Mure Coss. anno* XX. (lege ex Fastis Capitolinis an. XXXI. & CDXLI. U. conditæ) *post initium Samnitici belli inducta est ab Appio Claudio Crasso Censore: cui postea Cæco fuit cognomen, qui & viam Appiam a porta Capena, usque ad urbem Capuam muniendam curavit.* Inde Brundisium usque munita est, ut docet Strabo libro quinto Geographiæ: ἐστρωμένης ὁδοῦ ἀπὸ τῆς Ῥώμης μέχρι Βρεντησίου. Libet in Pontii Paullini carmine ad Cytherium numeros etiam in Antverpiensi editione longe optima corruptos restituere:

Post hæc & ad vos pergere inceptat viam,
Qua sternit aggerem silex,
Cui munitor Appius nomen dedit.

Scribe

Munitor Appius cui nomen dedit.

22 *Anienem.*] *Appiam* libenter legerem ex Frontino de aquæductibus, & veritate, vel *Claudiam*, si libri paterentur, qui *aquam Anienis* constanter scribunt. Vetus enim *Anio* in urbem deductus fuit primum anno quadragesimo nono post, quam Appia perducta est, a Curio & Fulvio Flacco Duumviris. Censor autem fuit anno CDXLI. Appius Claudius, Crassus in Capitolinis tabulis dictus, cum C. Plautio, quem Venocem appellatum scribit Frontinus lib. I. ob inquisitas aquæ venas. Aqua vero ab *Appio* collega in urbem perducta Claudia nominata est. Incidit in manus meas, cum hæc scripsissem, Aldi Manutii P. F. libellus de quæsitis per epistolam, percurri obiter & de aquis in urbem Romam olim influentibus cæterisque antiquitatis monumentis non pœnitenda legi. Utinam Frontinum, ut pollicetur, nobis det emendatiorem.

ANNA.

23 *Censuram solus.*] Liv. lib. IX. cap. 29. *Appius jam inde antiquitus insitam pertinaciam familiæ gerendo, solus Censuram obtinuit.*

SCHOTTUS.

24 *Omni.*] Parisinus & Coloniensis *omnium.*

25 *Ageretur.*] Iidem *tractaretur*, non *ageretur.* Vulgata tamen lectio in his servanda.

26 *Cineam.*] Per ἰῶτα Græci scribunt. Munera autem non accipiebant continentes Romani. Plutarchus.

MACHANEUS.

27 *Pretio quæreretur.*] Affectabat Ci-

cus lectica in Senatum latus, turpissimas conditiones magnifica [h] 28 oratione discussit.

h Ennius. Quo vobis mentes. *cet.* *Quæ Plutar. Pyrrho expressit.*

Cineas, ut Rex Pyrrhus componendæ pacis causa in urbem reciperetur, quo dissuadente noluit.

SCHOTTUS.

28 *Oratione.*] Quæ exstat apud Plutarchum in Pyrrho, meminitque Cicero Philipp. I. & ipse Appius oratione pro Cœlio, *Pacem*, inquit, *Pyrrhi diremi.* Versibus vero Ennius apud Ciceronem expressit,

Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant
Antehac, dementes, sese flexere viai.

Sic enim legendum censeo. Vulgati enim: *dementi sese flexere ruina.* Dicitur autem *mentes dementes* venuste, ut nuptiæ innuptæ, & Græcis γάμοι ἄγαμοι, &c. *quo viai* dictum, ut Terentii illud *huic viciniæ*: & *eo loco* alii dixere. Cæterum de Appii eloquentia Cicero in Bruto, & Livius lib. X. *consultum juris & eloquentiæ* vocat.

CAPUT XXXV.

ARGUMENTUM.

Orbis imperium agitans Romanis bellum infert, Lævinum consulem elephantorum novitate turbat, captivos gratis reddit, superatus Tarentum refugit, in Siciliam trajicit, Locros regressus Proserpinæ pecuniam avehere tentat, Argos oppugnans tegulæ ictu prosternitur, & ab Antigono magnifice sepelitur Pyrrhus Epeirotarum Rex.



PYRRHUS Rex Epeirotarum paterno genere ab Achille; 1 materno ab Hercule oriundus, cum imperium orbis 2 agitaret & Romanos potenteis videret,

SCHOTTUS.

1 *Materno genere.*) Præposterus ordo narrandi quem ipsi immutavimus. Vide Plutarchum in Pyrrho. Justinus lib. XVII. Achillis filium facit. Sed de his statuere melius liceret, si exstaret Commentarius Timæi Siculi, quem Pyrrhi bellis præcipue dicavit, teste Halicarnasseo Antiquitatum Romanarum lib. I.

2 *Agitâret & Romanos.*) Lib. MSS.

ret, [3] Apollinem de bello consuluit. Ille [4] ambigue 2
respondit,

[5] Ajo te [6] Æacida Romanos vincere posse:

CDLXXII. Vulg. Aux. Tarentinis venit: bellum Rom.

[7] Hoc dicto in voluntatem tracto, [a] auxilio [8] Ta- 3
rentinorum bellum Romanis intulit: [9] Lævinum
Con-

MACHANEUS.

3 *Apollinem*] Delphicum.

ANNA.

4 *Ambigue respondit.*] Quia incertum est, ab Æacida Romanos vinci posse, an ab Romanis Æacidam. Id Græcis *ἀμφιβολογία* dicitur, *Ambiguus sermo.* Cum vitio compositionis in *ambiguo* posita est sententia: *Sed aptissimum maxime fuit responso* (Priscian. lib. XVIII.) *etiam confusione ordinis propriam oraculi obliquitatem servare.*

5 *Ajo te*] Hoc de Pyrrho finxisse Ennium probat Cicero lib. II. de Divinatione, ut & Herodotum istud de Cræso.

Cræsus Halim penetrans magnam pervertet opum vim.

Cur autem, inquit, *hoc credam unquam editum Cræso? aut Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? Num minus ille potuit de Cræso, quam de Pyrrho fingere Ennius? Quis enim est qui credat, Apollini ex oraculo Pyrrho esse responsum?*

Ajo te, Æacida, Romanos vincere posse.

Primum Latine Apollo nunquam loquutus est. Deinde ista sors inaudita Græcis est. Præterea Pyrrhi temporibus jam Apollo versus facere desierat. Postremo, quanquam semper fuit, ut apud Ennium est,

Stolidum genus Æacidarum
Bellipotentes sunt magis quam sapientipotentes.

Tamen hanc amphiboliam versus intelligere potuisset. Vincere te Romanos, *nihilo magis in se, quam in Romanos valere. Nam illa amphibolia, quæ Cræsum decepit, vel Crysippum potuisset fallere, hæc vero ne Epicurum quidem.*

SCHOTTUS.

5 Et inde Arnobius libro ultimo adversus gentes Ennii versum esse docet, & falsum, quod nunquam Latine Pythius oracula reddiderit. Vide & Priscianum libr. XVIII. qui *ὑπέρβατον* appellat.

ANNA.

6 *Æacida.*] Ab *Æaco* Jovis & Europæ filio, Achillis avo.

7 *Hoc dicto.*] Proprie *dicto*, hoc est, *dictione*, quæ propria Apollinis oraculi vox est. Pacuvius in armorum judicio.

Apertæ fatur dictio, si intelligas.

Dictio Aperta oraculum Apollinis qui *Aperta* dicebatur. Idem in Duloreste:

Sed incertat me dictio, quin rem expedi.

MACHANEUS.

8 *Tarentinis*] Quibus indictum erat bellum, quia spoliaverant mercatores Romanos, atque legatos lotio asperserant.

SCHOTTUS.

8 Quidam *Tarentis.* Vulgata hæc scriptura est MSS. concisior, *auxilio Tarentinorum bellum Romanis.*

ANNA.

9 *Lævinum Consulem.*] Anno mundi 3670. ante C. N. 278. ab U. C. 473.

SCHOTTUS.

9 *Lævinum*] MSS. *Lævinium* scribunt, Plutarchus in Pyrrho Ἀλβῖνον corrupte haud dubie pro Λαβῖνον vocat. Annales enim Consulares Romæ effossi P. Valerium Lævinum & T. Coruncanium Consules ejus anni CDLXXIII. faciunt.

10 *He-*

Consulem apud [10] Heracleam [11] elephantorum novi-
tate [b] [12] turbavit. Cumque Romanos adversis vul- *b* CDLXXIII.
neribus occisos videret, [13] Ego, inquit, talibus [c] [14] *c* Militibus *lib. scr. &* subire.
5 viris brevi orbem terrarum [15] subigere potuissem. A-
micis gratulantibus; [16] Quid mihi cum tali victoria,
6 inquit, ubi [17] exercitus robur amittam? [18] Ad vice-
simum ab urbe lapidem castra posuit: Captivos Fa-
bricio

MACHANEUS.

10 *Heraclea*] urbs inter Apuliam & Metapontum & Siciliam; ab ipso Hercule dicta, qui Græce Ἡρακλῆς dicitur.

SCHOTTUS.

10 *Heream* MSS. Plutarchus *Heracleam* & Pandosiam ad flumen Sirim in Campania collocat, & Frontinus lib. IV. Orosius vero lib. IV. cap. I. *Lyrim* fluvium appellat, qui per i scribi debet. Ptolemæus enim, Strabo, & Dionysius Σεῖρις aut Σῖρις semper, nunquam Λύρις efferunt: Poëtæ adhæc producunt.

11 *Elephantorum*] *Elephantos* Plinius *boves Lucas* VIII. 6. appellat, & Varro libro sexto de L. Latina, quod in *Lucania* primum visi Romanis. & Ausonius Tetradio:

Cur me propinquum Santonorum mœnibus
Declinas, ut Lucas boves,
Olim resumpto præferoces prælio
Fugit juventus Romula?

Lactantius de opificio, capite tertio: *Potest ne igitur aliquis, cum videat etiam boves Lucas cum immanissimis corporibus servire homini, queri de opifice rerum Deo?* ubi de vetere codice glossema *vaccas* primus sustulit Erasmus. Meminit & Claudianus Mamertus lib. II. de statu animæ cap. 18.

12 *Turbavit*] Plinius lib. VIII. cap. 6. Vegetius lib. III. cap. 24. Alii *fugavit*. Verum modestius *turbavit* dixit, quod terrorem injicere & perterrefacere significat. L. Annæus Seneca lib. I. de hac Tarentina pugna: *Tam atrox fuit, ut Ferentanæ turmæ præfectus Obsidius invectus in Regem, turbaverit, coëgeritque projectis insignibus prælio excedere.*

MACHANEUS.

12 Quia Romanos contriverunt equos.

SCHOTTUS.

13 *Ego, inquit*] Plutarchus secunda pugna ad Asculum dixisse hoc refert.

SCHOTTUS.

14 *Viris*] V.L. signanter *militibus*.

GRUTERUS.

14 Præstat, quod ait signanter exstare in veteribus libris Schottus, *Talibus militibus*, invenique item in membranis Palatinis. haud tamen ita inepta scriptura prior. imo ne quid dissimulem, præposuerim fere secundæ.

15 *Subigere*] V. L. *subire*, non *subigere*.

16 *Quid mihi cum tali*] Orosius respondisse ait: *Næ ego si iterum eodem modo vicero, sine ullo milite revertar.*

MACHANEUS.

17 *Exercitus robur*] nam optimos certe ex amicis, & ex ducibus, & quibus maxime fidebat amisit.

SCHOTTUS.

18 *Ad vicesimum*] Eutropius lib. II. ac Plutarchus Preneste milliari ab urbe octavo decimo venisse scribit. Florus a nobis stat.

MACHANEUS.

19 *Gratis dedit*] cognita magnanimitate illius, quando pecuniam a Rege capere noluit; hoc tamen pacto dati sunt, ut si pax non fieret, postquam cum parentibus & domesticis Saturnalia peregissent, ad eum reverterentur.

18 *Gra-*

d CDLXXIII. e & CDLXXV. fort. Viso iterum Lævini exerc. f CDLXXVIII. vide Notas. g CDLXXV. h Vulg. elata est.

bricio[19] gratis[d] reddidit. Viso[e][20] Lævini exercitu,[21] eandem sibi ait adversus Romanos, quam Herculi adversus[22] hydram, fuisse fortunam.[23] A Curio[f] & Fabricio[g] superatus,[24] Tarentum[25] refugit:[26] in Siciliam[27] trajecit.[28] Mox in Italiam Locros regressus, pecuniam[29] Proserpinæ[30] avehere tentavit: sed ea naufragio[h][31] relata est. Tum in Græciam regressus, dum[32] Argos oppugnat, ictu[33] tegulæ prostratus est. Corpus

SCHOTTUS.

19 *Gratus reddidit*] MSS. pro *gratis*.

ANNA.

20 *Lævini exercitu.*] Immo vel *Fabricii*, vel *Curii Dentati*. *Lævinus* enim semel cum Pyrrho manum conseruit.

21 *Eandem sibi ait.*] Flor. I. 18. *Video me, inquit, plane Herculis sydere procreatum, cui quasi ab angue Lernæo tot cæsa hostium capita de sanguine suo renascuntur.*

SCHOTTUS.

21 Cineæ oratori ad Pyrrhum tribuit dictum hoc Plutarch. in Pyrrho.

MACHANEUS.

22 *Hydra*] eadem & *excedra* est, quæ secundum fabulas, diversa gerebat capita, historice aqua fuit: cum Hercules occlusisset rivum, enascebantur alii, nam ὕδωρ, ἀτ© aquam significat: ita Pyrrhus finito uno prælio Romano alia experiri cogebatur.

SCHOTTUS.

23 *A Curio & Fabricio*] L. Annæus hos quoque male conjunxit: constat tamen ex magistratuum triumphorumque Romanorum tabulis in foro Romæ erutis, collegas minime fuisse. C. enim *Fabricius* Luscinus cum Q. Aimilio Papo annis duobus post Lævinum manum cum Pyrrho conseruit, victorque rediit anno U. C. CDLXXV. M'. *Curius* Dentatus III. cum. L. Cornelio Lentulo Consul anno post quinto, (secundum Orosium lib. IV. c. 2. sexto, ut Plutarchus: quarto, ut L. Florus est auctor) de Pyrrho triumphavit CDLXXVIII. Cum vero Tarentum pulsus est, P. Sulpicius & P. Decius Coss. fuere anno CDLXXIV.

MACHANEUS.

24 *Tarentum*] Urbs est Apuliæ a *Tara* Neptuni filio dicta.

SCHOTTUS.

25 *Refugit*) *Confugit* legitur in aliis.

ANNA.

26 *In Siciliam.*] Postquam cum Fabricio pugnatum est, & antequam cum Curio pugnaret.

SCHOTTUS.

27 *Trajecit*) *Trajicit* legitur in aliis.

28 *Mox in Italiam*] Credidi aliquando legendum, *Mox in Italia*, quod sint & in Sicilia & alibi Locrenses, teste Strabone lib. IX. & Servio in II. & III. Æneidos.

29 De *Proserpina* Locrensi Lactantius lib. II. c. 8.

MACHANEUS.

30 *Avehere tentavit*] Valerius Max. de neglecta religione: *cum onustus nefaria præda navigaret, vi subitæ tempestatis tota cum classe vicinis deæ littoribus elisus est, in quibus pecunia incolumis reperta, sanctissimi thesauri custodiæ restituta est.*

SCHOTTUS.

31 *Relata est*) Eximie. Vulgati elata est.

ANNA.

32 *Argos.*] In Peloponeso. Vide Justin. lib. XXV. cap. 5.

SCHOTTUS.

32 Vitiose quidam repetita eadem litera *m. Marsos*. Recte *Argos*. Polyænus enim l. VIII. Strategematum virtutes mulierum laudans *Argivam* Pyrrhum interfecisse ait.

33 *Tegula*] Justinus *saxo* interfectum

pus ad Antigonum Regem Macedoniæ [34] delatum magnifice ſepultum.

fectum narrat: Plutarchus *tegula* de muro jact ut noſter, quam *κεραμίδα* nominat & Strabo lib. VIII.

MACHANEUS.

33 Haſta percuſſus per thoracem, cum in percuſſorem telum adegiſſet, mater forte deſuper cum cæteris feminis pugnam ſpectabat, quæ cognito filii periculo, & ob id formidans ambabus manibus ſublatam tegulam in caput Pyrrhi dimiſit. Plura a Plutarcho in vita ejus excerpe.

SCHOTTUS.

34 *Delatum*) *MSS. relatum, non delatum.*

ARGUMENTUM.

Contra Pyrrhum mittitur, quarta regni parte fruſtra ſollicitatur, Pyrrhi medicum Pyrrhum veneno occiſurum ad Pyrrhum vinctum reduci jubet, & a Pyrrho illum admirante laudatur Fabricius.

12 [35] PYRRHUS cum [36] ſecundo prælio a Romanis eſſet pulſus Tarentum, [37] interjecto [a] anno contra Pyrrhum Fabricius miſſus eſt: [38] qui prius [b] inter legatos [39] ſolicitari non poterat quarta regni parte
13 promiſſa. Cum vicina caſtra ipſe, & Rex haberent, medicus Pyrrhi nocte ad eum venit, promittens ſe Pyrrhum veneno occiſurum, ſi ſibi quidquam pollicita-

* *Non eſt in vulg. ſed in V. c. Pulm. Eadem leguntur in Eutropii lib.* II.
a CDLXXV.
b CDLXXII.

SCHOTTUS.

35 *Pyrrhus*] Caput hoc integrum a MSS. eſt, in quis eadem litera ſcriptum inveni. In tertio ad oram erat adjectum tanquam prætermiſſum. Certe mihi non fit veriſimile præteritum ab auctore tantum virum, præſertim cum proxime illius meminiſſet, & ſuo more vitas ſubjicere ſoleat. Non ignorabam in Eutropio eadem fere legi, verum hic ne a noſtro mutuatus ſit, an contra, quis auſit pronuntiare? Paullus enim Diaconus, ut Feſtum Pompejum tranſcribendo corruperat, ita & Eutropium augendo contaminarat, ut quæ Eutropii eſſent dijudicare vix poſſes: immo Eutropium amplius appellandum eſſe negares. Notabimus quædam.

36 *Secundo prælio*] Anno U. C. CDLXXIV. ducibus P. Sulpitio Saverrione, P. Decio Pyrrhico Coſſ. quorum hic in pugna cecidit, teſte Cicer. II. de Finibus. Rex vero ex altera parte vulneratus eſt: de XL. millibus dimidia pars exercitus amiſſa: apud Romanos quinque millia deſiderata. Frontinus lib. II & Eutropius.

ANNA.

36 Illud Plutarchus. Et alii verius in ſequentem conſulatum rejiciunt.

37 *Interjecto anno.*] Imo anno ſequenti.

38 *Qui prius inter legatos.*] Ait Fabricium, cum inter *legatos* a populo Romano ad Pyrrhum ipſe *legatus* etiam intereſſet, non potuiſſe moveri quarta regni parte illi a Pyrrho promiſſa.

SCHOTTUS.

39 *Solicitari non potuit.*] Vide Val. Max. lib. IV. cap. 3. Agellium lib. I. cap. 14. Juſtinum lib. XVIII. & Frontinum lib. IV. cap. 3.

40 Vir-

c Vide A-gel. lib. III. cap. 8. Cicer. I. Offic. & cæteros.

citaretur: Quem Fabricius 40 vinctum reduci jussit 14
ad dominum, Pyrrhoque dici, quæ contra caput ejus
medicus spopondisset. Tum Rex admiratus eum, 15
dixisse fertur: Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol a suo cursu averti posset.

40 *Vinctum reduci*] Val. Antias *Timocharem* Regis amicum venisse dicit: Quadrigarius *Niciam* familiarem non medicum: quem Niciam corrupte opinor appellat Ælianus *Cineam* lib. XII. ποικιλ. ἱστορ. Vide Agellium lib. III. cap. 8. Plutarchum in Pyrrho & Apophthegmatibus. Valerium lib. VI. Cicer. Offic. I. Justinum lib. XXIII. Senecam Ep. 120. & Ammianum lib. XXX.

CAPUT XXXVI.

ARGUMENTUM.

Servos a Volsiniis manumissos, in curiam lectos, & dominos opprimentes superat; in carcere necat, aut dominis in servitutem restituit Decius Mus.

a Vulg. dum in c. l. c. servorum.
b CDXXCIIX.

1 VOLSINII, Etruriæ nobile opidum, 2 luxuria pæne 3 perierunt: Nam cum temere ser- 1
vos 4 manumitterent, a 5 dein in curiam legerent,
consensu 6 eorum oppressi. Cum multa indigna pateren- 2
tur, clam Roma auxilium petierunt. Missusque b 7 Decius
c Mus

SCHOTTUS.

1 *Volsinii*] variant in scribendo libri omnes. Ex impressis quidam *Volsini*. MSS. *Vulsinia*, ut hoc opidi, *Vulsinii* populi nomen sit, unde Annæus, *Volsinii opulentissimi Etruriæ populi*. *Vulsinii* autem tetrasyllabum in marmoribus Romanis, inde *Vulsinienses*. Strabo & Ptolemæus Ὀυολσίνιον opidum appellant quinque syllabis. Nec defuere, qui *Volscinios* nominarent, quasi a *Volscis* oriundos.

MACHANEUS.

2 *Luxuria*] Omnium rerum superfluitas dicitur. Quod ille indicavit signate:

Luxuriam fugito simul & vitare memento.

SCHOTTUS.

Perierunt] MSS. *periit*.

MACHANEUS.

4 *Manumitterent.*] i. liberarent, quasi extra *manum* in potestatem *emitterent*.

SCHOTTUS.

5 *Dum in curiam*] antiqua lectio, *dein curiam*, unde feci *dum in curiam*. Præpositio omissa quod repeteretur. Si quis tamen legat, *dum temere servos manumitterent, dum in Curiam*, facile patior.

6 *Servorum*] Ex MSS. consensu *eorum* scripsimus.

MACHANEUS.

7 *Decius Murena*] a vivariis *murenarum* piscium primus in ea familia cognomen meruit. Martialis:

Quæ natat in Siculo grandis murena profundo.

7 Me-

Mus mox [8] libertinos omneis [9] superavit, in carcere necavit, aut dominis in servitutem restituit.

c Alii Decimus. *Vulg.* Decius Muræna. *Valerius*, *Tacitus*, *Suet. Frontinus. Vide Not.*
d Omnes aut in carc. *Sic vulg.*

SCHOTTUS.

7 Mediolanensis *Decius Mus* impresserat, nam vulgati male *Murena*, vel *Muræna*, ut Gryphius. In uno scripto *Mus* afuit, in altero *Decimus* erat, & ἐπιγραφὴ talis. At annales Capitolini hoc anno CLXXXVIII. Consf. hoc nomine negant fuisse. L. Annæus lib. I. cap. 21. & de Græcis Zonaras, Q. Fabium Maximum Gurgitem tertium Consulem L. Mamilii Vituli collegam ei bello præficiunt, in quo vulnere accepto periit. Insequenti vero anno finem ei imposuit, & triumphavit de Volsiniensibus M. Fulvius Flaccus. Labor itaque, ut in occisi Fabii locum missum, aut utriusque Consulis legatum in eo bello multa præclare gessisse cum Vincto credam. Zonaras enim Consulem alterum mortuo Fabio supplicium de servis sumpsisse & oppidum evertisse ait, quem *Decium* fuisse liceat divinare. Cicero tamen Tuscul. III. *P. Decium Murem* exemplo patris avito se bello Tarentino devovisse. Vide aliam belli istius causam apud Plinium libro XXXIV. cap. 7. Notandum & illud Tiberium Coruncanium quindecim ante annos de iisdem populis triumphasse testibus Capitolinis triumphis.

ANNA.

8 *Libertinos*] Posuit *libertinos* pro *libertis*, sic & alicubi Plautus.

SCHOTTUS.

9 *Superavit*) ex MSS. addidimus: unde *aut* factum erat.

CAPUT XXXVII.

ARGUMENTUM.

Ad Mamertinos liberandos missus, Carthaginienses Messana expellit, & Hieronem prælio in deditionem accipit Appius Claudius Caudex.

1 APPIUS Claudius [1] victis [2] Volsiniensibus, cogno-

ANNA.

1 *Victis*) Hic transpositione peccatum est: lego ex Victoris genio & historiæ veritate. *Appius Claudius cognomento Caudex dictus, frater Cæci victis Volsiniensibus Consul ad Mamertinos liberandos missus est.*

SCHOTTUS.

1 Johannes vero Grejonius sic locum tentabat: *Appius Claudius cognomento Caudex. Is victis a M. Fulvio collega Volsiniensibus consul ad Mamertinos liberandos* &c.

MACHANEUS.

2 *Volsiniensibus*) debet legi *Carthaginiensibus*, testimonio Senecæ in epistolis scribentis eum primo Punico bello victis *Carthaginiensibus* classe id meruisse cognomen; quod & Lucius Florus in Livii epitomis iis verbis innuit: *Origo Carthaginiensium, & primordia urbis referuntur: contra quos, & Hieronem Regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum censuit senatus. Tum primum mare equitibus Romanis transgressis adversus Hieronem sæpius bene pugnatum.*

SCHOTTUS.

2 *Volsinienses* retineo ex Zonara. *Volsinenses* a *Volsinis* quidam scripserunt.

a Seneca de brev. vitæ cap. 13.
b CDXXCIX. PRIMUM BELLUM PUNICUM.
c MSS. Primus.
d phalangem in Sic. *Vulg. MSS.* 1 eaque legationem.

gnomento [3] Caudex [a] dictus, [4] frater Cæci fuit. Con- 2
sul [b] ad [5] Mamertinos liberandos missus est, quorum arcem Carthaginienses & Hiero Rex Syracusanus obsidebant. [6] Primo [c] ad explorandos hosteis fre- 3
tum piscatoria [7] navi trajecit, & cum duce Carthaginiensium egit ut præsidium arce deduceret. [8] Rhe- 4
gium regressus, [9] quinqueremem hostium copiis pedestribus cepit: [d] ea [10] legionem in Siciliam traduxit. Car-

MACHANEUS.

3 *Caudex*) vel *Codex* utrumque, ut *plaustrum plostrum*. Est autem id dictum lignum crassioris materiæ: inde *caudicariæ naves* dictæ. Sallustius: *Quædam ibi naves codicariæ per hyemem fabricatæ occulte aderant*.

SCHOTTUS.

3 MSS. librorum ea scriptura est, & *Caudicis* format. Colinæus & vulgati *Caudax Caudacis*, non recte. liber antiquus *Caudex dictus*. Unde autem *Caudex* dictus, vide Senecam philosophum de brevitate vitæ cap. 13. Et *codicariæ*, vel *caudicariæ naves* apud Nonium e Varrone & Sallustio.

4 *Frater Cæci*] Alii *frater dicti Cæci*, quod ante ejus meminisset.

ANNA.

5 *Mamertinos.*] In Sicilia urbem Messanam incolentes. Vid. Flor. lib. II. cap. 2.

MACHANEUS.

5 Polybius: Claudius Consul traducere copias in Siciliam & *Mamertinis* opem ferre jussus profectionem parabat: *Mamertini* autem de populi Romani decreto certiores facti, Carthaginiensem præfectum, qui in arce positus erat, circumsistunt, una cum præsidio dejiciunt, post liberius Consulem Romanum per literas vocant *Mamertini*. De quorum vino Martialem in distichis lege:

Amphora Nestorea Mamertinaque senecta.

SCHOTTUS.

5 Et Sext. Pompejum lib. XI. de verborum significatione ex Alfio lib. I. belli Carthaginiensis.

6 *Primo*] MSS. *primus* legunt, non *primo*.

MACHANEUS.

7 *Nave*] lembo.

8 *Rhegium*) urbs est Siciliæ dicta a ῥήγνυμι. i. frangere auctore Strabone, nam quondam Italia conjuncta existente Siciliæ inde convulsa fuit, ac remansit hæc urbs in Sicilia. Virgilius:

Hæc loca vi quondam, & vasta convulsa ruina
(Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus
Una foret, venit medio vi pontus, & undis
Hesperium Siculo latus abscidit; arvaque, & urbes
Littore diductas angusto interluit æstu,

& reliqua.

9 *Quinqueremem*) a *quinto* ordine sedilium, in quibus remi ducebantur, ut *biremes*.

SCHOTTUS.

10 *Phalangem*) Vulgata ea lectio, scripta & Mediolanensis *legionem*. Corrupte vero nonnulli *legationem*. Forte supra adscriptum erat *phalangem*, quæ quoniam vox rarior, utpote Macedonica, teste Q. Curtio, in contextum potius recepta. Hoc autem differunt quod *phalanx* octo hominum millia contineret: *legio* non amplius quam sex millibus constaret, florente maxime Republica a Mario primum conscripta.

11 *Messa-*

Carthaginienses [11] Messana expulit. [12] Hieronem prælio apud [13] Syracusas in deditionem [e] accepit: qui eo periculo territus, Romanorum amicitiam petiit, iisque postea [14] fidelissimus fuit. [e] CDXC

MACHANEUS.

11 *Messana.*] A quibus *Messalæ.* Martialis:

Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum.

SCHOTTUS.

12 *Hieronem prælio.*] Sic MSS. ad unum omnes, vulgati *Hierona Regem.* Jam enim obliti erant prioribus aliquot versibus *Regem* appellatum. Lege Polybium belli Punici scriptorem prudentissimum, qui ab his diversa nonnihil narrat.

MACHANEUS.

12 Polybius: nec *Hieron* quidem detrectavit certamen, sed obviam Consuli egressus acie structa dimicavit: pugnatum est aliquamdiu æquo Marte, tandem vero prælii exitus fuit, ut Romani victores magna parte hostium cæsa Regem nudatum pæne omnibus copiis usque in castra prosequerentur.

13 *Syracusa.*] Metropolis Siciliæ, urbs quidem amœnissima exstitit.

14 *Fidelissimus fuit.*] Hæc confirmat Florus & Polybius Hieronis exitu: Ita tandem vero pax Hieroni iis ferme conditionibus data est, & post eam pacem Hiero in populi Romani tutela usque ad finem permansit, felix omnium Græcorum, fortunatusque regnavit.

CAPUT XXXVIII.

ARGUMENTUM.

Contra Carthaginienses dux missus classem validam fabrefacit, manus ferreas instituit, hostes vincit & capit, & prælucente funali, præcinenteque tibicine a cœna publice redit C. Duilius.

CAJUS Duilius primo Punico bello [2] dux contra

SCHOTTUS.

1 *Cajus Duilius.*] De nomine rursum disserendum, tametsi quidam stolide hæc rideant, aut supervacanea jactent, homines nescio quibus occupati. Video itaque cum Lernæo angui rem esse, ut Herculi, quod resecto uno alterum mendum repullulet. *Cn. Duellium* qui vocant, contra librorum, lapidum, Fastorumque Romanorum fidem faciunt. *Duillio* scribunt codices Antverpiæ olim excusi, propius veritatem. Taritmus nescio quamobrem *Duilio* tribus syllabis, idque perpetuo, ut non operarum injuria accidisse putem. Scribe *C. Duilius* simplici lambda, sequens Capitolinos illos Fastos Romæ magno Antiquitatis, historiarumque bono repertos: & Pet. Ciaconium Toletanum, notis ad rostratam *C. Duilii* columnam quæ in Capitolio hodieque spectatur, & ab illo instaurata est.

ANNA.

1 Græci auctores semper Δυίλιον vocant, & columna rostrata aperte BILIOS per contractionem, scilicet qua *bis* dixere pro *duis*; *bidentem*

CDXCIII. contra [3] Carthaginienses missus, cum videret eos multum mari posse, [4] classem validam [5] fabrefe-

dentem pro *duidentem*, & *bigas* pro *duigas*, & *bonum* pro *duonum*.

MACHANEUS.

1 Lucius Florus libro decimo septimo ita infit: *Duellius Consul adversus classem Pœnorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriæ duxit triumphum. Ob quam causam ei perpetuus honor habitus est, ut revertenti a cœna tibicines canerent, & funale præferretur.*

ANNA.

2 *Dux contra.*] Anno ab U. C. 493.

SCHOTTUS.

3 *Carthaginienses.*] Ex Fastis Capitolinis sex syllabis a dandi casu, ut & Priscianus lib. IV. monet & Ennii auctoritate confirmatur. Servius autem in I. Æneid. Virgilii a *Charta* derivat. quomodo *Chartago* scribendum. Non sequor. Solinus enim Polyhist. cap. 30. *Carthada*, inquit, *Phœnicum lingua sonat novam civitatem: mox verso sermone Carthago appellata urbs, & Dido Elissa.*

4 *Classem validam.*] Sic autem locum emendandum amicus quidam meus ope librorum veterum putabat: Correctio enim illa, quæ in vulgatis legitur, in scriptis abest. *classem (magis) validam (quam decoram.)* Quis enim, inquit, in re bellica, classe, aut pugna pulcritudinem requirat? nisi forte armis fulgidis exercitum, navibus, aplustris, cæterisque rebus ornatis potius quam confirmatis victoriam metiatur: ut Antiochus ille, cui Annibal illa Romanis, etsi avarissimi sint, satisfactura lepide respondit. Agell. etiam lib. V. Noct. Attic. Mihi tamen correctio illa non inanis videtur, quod classis Romana rudis erat ac impolita, & firmitate trabium gravis & tarda: argumento est celeritas comparatæ classis, cum intra sexagesimum diem quam arbores cæsæ erant CLX. navium classis in ancoris stetit. Ann. Seneca lib. II. Rom. hist. Naves autem erant rostratæ, quas Liburnas vocant. Eutropius. Vegetius tamen lib. IV. cap. 33. post Augusti ad Actium victoriam, primum a Romanis usurpatas Liburnicas ait.

GRUTERUS.

4 Nescio quomodo mihi arrideat correctio eorum librorum qui exhibent, *classem magis validam quam decoram.* Ita sane omnibus literis codex Bibliothecæ Palatinæ uterque. Etsi enim non admodum desideretur in re bellica ornatus pulcritudo; eam tamen minime dedecet. Plane armorum elegantiam militibus suis mire laudabat Philopœmen; uti videre licet apud Polybium lib. XI. Histor. Capitulo septimo; apud Plutarchum in vita ejusdem. Verum de hac aptitudine sumptuosiore, & cultu concinniore, non pauca disserimus ad illud Taciti in vita Agricolæ cap. 32. *Ne terreat vanus adspectus, & auri fulgor atque argenti, quod neque tegit neque vulnerat.*

ANNA.

4 Scripturam illam unice probavit Gruterus. Ea tamen mihi, meo forsan vitio, vehementer displicet. Fuit illa classis centum sexaginta navium & intra sexagesimum diem quam cæsa sylva fuit, in ancoris stetit. Columna Rostrata: REMEGESQUE. CLASSESQUE. NAVALES. PRIMUS. ORNAVET. PARAVETQUE. DIEBOS. LX.

SCHOTTUS.

5 *Fabrefecit.*] Mediolanensis *fabricavit.*

6 [ ] Quæ

brefecit: &, [6] (quas [7] corvos vocavere), [8] manus ferreas [9] cum irrisu hostium primus instituit, quibus inter pugnandum hostium [10] naveis XXX [b] apprehendit, XIII. mersit, [11] qui victi & capti sunt. [12] An-

(Abest in MSS.)

b Sic ex MSS. edendum curavi.

6 [ ] Quæ parenthesi inclusi in quibusdam libris absunt.

MACHANEUS.

7 *Corvos.*] Polybius. Huic igitur parti metuentes Romani, quo ludificandi facultatem præripiant hosti, *corvos*, quos possent revocare, singulis aptant navibus. Ea fuit machina in hunc modum structa. ligneum robur in prora destinabatur, longitudine quatuor ulnarum, latitudine vero trium palmorum. Super id robur tabulæ inhærentes scalas conficiebant, quarum erat latitudo pedum quatuor: longitudo ulnarum sex: hæ rursus ab utroque latere genu adusque munitæ erant, in harum vero extremo ferrum erat in mallei formam acutum, anulusque insuper fune illigatus imminentem machinam sustentabat: ut ergo adhærebat hostium navis, laxato fune scalæ dimittebantur, ferrum pondere ac vi roboris super hostilem navem delapsum figebatur. Adagium vetus, *hic corvus est*. i. impudicus. nam vulgus *corvos* ore coire putat. Mart.

Corve salutator, quare fellator haberis?

Et, nec minus, trahi posset hoc proverbium pro rapaci homine, secundum illud Græcum, βωμολόχος τε κόλαξ. *corvus aris* (de quo superius in Romulo diximus) *insidians*. Profecto illud, nullum animal *corvo* obliviosius, verum habetur.

SCHOTTUS.

8 *Manus ferreas.*] Vide Frontinum lib. II. cap. 3. Stratagem. & Polybium lib. I. Variis enim nominibus a veteribus appellantur ferramenta, quæ in proximam navem retinendi causa injiciuntur. *Manus ferreas* quoque appellat Cæsar de bello civili II. Livius lib. XXVI. & XXXVII. ab U. C. Plinius lib. VII. cap. 56. & Qu. Curtius lib. IIII. Livius lib. XXX. sic: *Postremo asseres ferreo unco præfixi (harpagones vocant milites) ex Punicis navibus injici in Romanas cœpti.* Vide Joan. Brodæum lib. II. capite 30. Miscell. & Gyraldum ac Baysium in Navigiis.

ANNA.

9 *Cum irrisu hostium.*] Flor. lib. II. cap. 2. *Injectæ enim ferreæ manus machinæque aliæ, ante certamen multum ab hoste derisæ: coactique hostes quasi in solido decernere.*

SCHOTTUS.

9 Illud, *cum irrisu*, alii *risu*, sic in Mediolanensi conceptum erat, *primus omnium cum irrisu hostium instituit. Sic inter* &c.

10 *Naveis.*] *Triginta* accessit ex MSS. tribus, ut illud: XIII. *mersit*, quod & Eutropius confirmat, & Orosius libro quarto, capite septimo: nisi quod unam & triginta naves numeret. In quibusdam MSS. XIV. est: Polybius lib. I. Pœnos in hoc prælio L. naves amisisse tradit.

ANNA.

10 Ex Eutropio hostium naves XXXI. apprehendit, XIV, mersit. Columna Rostrata a Ciaconio suppleta: XXXQUE NAVES. CEPIT. CUM SOCIIS. SEPTEMRESMOSQUE DUCIS. QUINRESMOSQUE TRIRESMOSQUE NAVES. XX. DEPRESSET. Ita edidit Ciaconius Polybium sequutus, qui omnes naves, quas hoc prælio Carthaginienses amiserunt, quinq aginta fuisse atque ex ipsis XXX. captas tradit. Unde etiam suspicabatur vir doctissimus & hic, & apud Eutropium pro XIII. sive XIV. scriptum fuisse XIX.

SCHOTTUS.

11 *Qui victi & capti sunt.*] Addit Eutropius VII. *Millia hostium cepit, tria occidit*; quomodo illud, *qui victi & capti sunt*, explicari debet.

c Vulg. Himilco dux.

[12] Annibal [c] dux [13] classis Carthaginem fugit, & a 2
Senatu quæsivit quid faciendum censerent. Omni- 3
bus, ut pugnaret, acclamantibus: Feci, inquit, &
victus sum: sic [14] pœnam crucis effugit. Nam apud
Pœnos dux male re gesta puniebatur. Duilio con- 4
cessum est, ut [15] prælucente [16] funali, & præcinente
[d] tibicine, a cœna [17] publice rediret.

d Cicero Catone & Valer. lib. 1. cap. 3.

12 *Himilco dux.*] Lego *Annibal* ex Mediolanensi illo vetustissimo & Val. Max. lib. VII. cap. 3. tametsi rem aliter paullo narret. Fuit autem Gisgonis filius, ut Polybius & Zonaras appellant, Orosius seniorem *Annibalem* vocat. Pœnus & ipse, sed dux infelix I. Punico bello. *Himilconis* nulla hic mentio. Judicent docti.

13 *Classis Carthaginem.*] Parisinus *Classis Carthaginiensium.* Non satis placet.

14 *Pœnam crucis effugit.*] Aliter paullo hæc narrat Orosius libro quarto, capite octavo: qui quod infeliciter pugnasset a suis lapidibus coopertum interiisse scribit. Polybius vero & Epitome Liviana lib. XVII. a suis militibus in crucem suffixum referunt. Vide Marcellinum lib. XVIII. de more Burgundionum in puniendis regibus, qui non satis prospere pugnassent.

ANNA.

14 Anno sequenti a Scipione victus in crucem actus est.

SCHOTTUS.

15 *Prælucente.*] Cicero Cat. majore: *C. Duilium M. F. qui Pœnos classe primus devicerat, redeuntem a cœna sæpe videbam puer: delectabatur crebro funali & tibicine, quæ sibi nullo exemplo privatus sumpserat.* Sic enim rectius legi quam *cereo funali*, quod ex Val. Max. lib. III. cap. 6. quidam reposuerant, Carolus Langius docuit, vir si qui alius, emendandis auctoribus natus, nuper immatura morte præreptus: numquam enim matura mors eorum qui bene de R. P. mereri student. Idem autem refert de Duilio L. Annæus Florus historiæ Romanæ lib. II. & Epitomarum T. Livii auctor lib. XVII. aliique. Plinius lib. XXXI. cap. I.

GRUTERUS.

15 Hujusmodi aberrationes non indecore eis indulgeri, qui Reipublicæ haud tralatitiam navarunt operam, abunde ostendi ad Asinii verba apud Tacitum libro II. Annal. cap. 33. *Distinctos Senatus & Equitum census; non quia diversi natura, sed ut locis, ordinibus, dignationibus antistent, taleque ad requiem animi, aut salubritatem corporum parentur. nisi forte clarissimo cuique plures curas, majora pericula subeunda; delinimentis curarum & periculorum carendum esse.*

MACHANEUS.

16 *Funali.*] i. cereo e *funibus* contexto.

SCHOTTUS.

17 *Publice.*] *Publica* libri vetusti. Non satis placet.

CAPUT XXXIX.

ARGUMENTUM.

Adversus Carthaginienses dux missus ex civitatibus.... hostilia præsidia dejicit, Panormum capit, hostium classem superat, a Pœnis

Pœnis in angustiis clausus a Calpurnio Flamma liberatur & triumphat A. Atilius Calatinus.

1 ATILIUS [1] Calatinus [2] dux Romanorum adver-
sus Carthaginienseis [a] [3] missus, [4] ex maximis
& munitissimis civitatibus, [b] [5] Enna, [6] Drepano,
[7] Lilybæo, hostilia præsidia dejecit. [8] Panormum
2 cepit. [9] (Totam Siciliam [c] pervagatus, paucis navi-
bus [10] magnam hostium classem, duce Amilcare, su-
3 peravit.) Sed cum [11] ad [d] Camarinam ab hostibus
obsessam

a CDXCV.
b Vulg. Aetna.
c CDXCVI. *sed ἀνιστορήτως, ut alias sæpe. Cognomines duo fuere: quæ res sæpe doctos fefellit.*
d MSS. 2. Catinam, *vel* Cathynam, *al.* Cecinam.

SCHOTTUS.

1 *Calatinos.*] A calando dictos docet Fulvius Ursinus Romanus Notis ad orat. Cic. pro P. Sextio.

2 *Dux Romanorum.*] Forte ex Fastis videatur *Consul* legendum. L. Ann. Florus male Dictatorem ait fuisse.

ANNA.

3 *Missus.*] Anno ab U. C. 494.

SCHOTTUS.

4 *Ex maximis.*] Vulgati sine præpositione. *L.* Ann. Florus: *Fere omnia præsidia Pœnorum Agrigento, Drepano, Panormo, Eryce, Lilybæo detraxit.*

MACHANEUS.

5 *Aena.*] Urbs est Siciliæ ad differentiam *Ætnæ* montis. Valerius Maximus de cultu deorum, *Aenam, quoniam ejus sacra inde orta credebant, quindecim viros ad eam propitiandam miserant.* licet alii etiam *Aethnam* legant.

SCHOTTUS.

5 Vulgati *Aetna* quasi *Aena* subjiciunt: In uno MSC. *Herna*, in Mediolanensi *Aenna* scriptum reperi. Strabo lib. VI. & Stephanus sine diphthongo. *Aetna* autem etiam urbs in Sicilia est Plinio tertio & quarto libris.

MACHANEUS.

6 *Drepanum.*] Urbs in modum falcis (nam δρέπανον Græci falcem dicunt) famosa est Anchisæ morte.

ANNA.

6 *Drepanum* Siciliæ promontorium, & urbs versus occidentem.

7 *Lilybæum.*] Promontorium & urbs non longe a Drepano meridiem versus.

MACHANEUS.

7 Triquetra Sicilia habet Pelorum Italiam versus, Pachynum Græciam, *Lilybæum* Africam.

8 *Panormum.*] Oppidum, unde *Panormitano* Juris consultissimo perductio.

SCHOTTUS.

9 *Totam Siciliam.*] Μνημονικὸν ἁμάρτημα priscis scriptoribus familiare. non enim ab A. Atilio Consule, sed insequentis anni CDXVI. C. Atilio Regulo prælium navale pugnatum est. Fefellit auctorem & nominis, & temporum affinitas.

MACHANEUS.

10 *Magnam hostium classem.*] Polybius. Nactique in medio hostes frequentes, eorum naves plenas capiunt, reliquæ in littus adactæ franguntur. Romani tribus maximis præliis hostibus superatis ubique victoria potiti fuerunt; fractæ sunt in his præliis Romanorum naves quatuor & viginti, Carthaginiensium vero supra triginta, plena autem nulla a Carthaginiensibus capta, ipsorum vero quatuor & sexaginta Romani plenas cepere.

SCHOTTUS.

11 *Ad Camarinam.*] MSS. fere *Cathynam*, vel *Catinam.* Parisinus inde scribit, *ad Cecinam hostibus obsessam.* *Camarinam* libri veteres scribunt prima vocali in secunda syllaba, & Græci Strabo, Stephanus,

obsessam festinaret, a Pœnis in angustiis clausus est, ubi [12] Tribunus militum [13] Calpurnius [e] Flamma acceptis trecentis [14] sociis in superiorem locum evasit, Consulem liberavit: ipse cum trecentis pugnans cecidit: postea ab Atilio semianimis inventus est. Sena- 4
tus magno postea terrori hostibus fuit. Atilius glo- 5
riose [f] [15] triumphavit.

e Livius XXI. & XXII. Agell. III. cap. 7. Plinius XXII. cap. 6.
f CDXCVI.

nus, Polybius: Vide Servium in III. Æneidos: *Apparet Camerina procul* &c. & Erasmi Chiliades.

ANNA

11 *Camarinam.*] Siciliæ urbem.

12 *Tribunus militum.*] Florus II. 2. *Trepidatum est semel circa Camariniensium saltum: sed eximia virtute Calpurnii Flammæ Tribuni militum evasimus, qui lecta trecentorum manu infestum & insessum ab hostibus tumulum occupavit, adeoque moratus hostem, dum exercitus omnis evaderet.*

SCHOTTUS.

13 *Calpurnius Flamma.*] Sic a Livio quoque lib. XXI. Tribunus nuncupatur. *M.* prænomen in Liviana epitoma cap. 6. & in Plinio lib. XXII. M. Cato in Originibus *Q. Ceditium* vocat. Cl. Quadrigarius Annal. III. *Laberium.* Tu lege Agell. lib. III. cap. 7. ubi cum quadringentis militibus in hostem pugnasse Tribunum refert ex Catone illo. Vide & Frontinum lib. I.

14 *Sociis.*] Ex MSS. est, & qui sequitur orationis ambitus aliter paullo a nobis interpolatus ex libris antiquis.

ANNA.

15 *Triumphavit.*] Anno sequenti post Consulatum.

SCHOTTUS.

15 De *triumpho* quod extremo hoc capite dicitur, ad Cajum Atilium Regulum puto pertinere. Navalem enim egisse in Fastis Capitolinis scalptum video, probaturque auctoritate P. Orosii, Zonaræ, & Polybii. Hinc Plinius *triumphalem aratorem* appellat, Valerius *triumphalis currus habenas* eum tractasse tradit. Primus in sua gente *Serranus* dictus, quod serentem in agro lictores, qui ad magistratus vocabant, invenissent. Cicero pro Roscio. Val. lib. IIII. Plinius lib. XVIII. Appulejus in Apologia. *Triumphi* tamen iidem Capitolini, etiam de Calatini *triumpho* ejusdem anni de Pœnis loquuntur.

CAPUT XL.

ARGUMENTUM.

Sallentinis fusis triumphat, classem in Africam trajicit, naves, opidaque & homines capit, capitur, conditionem de permutandis captivis Romam missus in Senatu dissuadet, Carthaginem regreditur, & in arcam ligneam conjicitur M. Atilius Regulus.

MAR-

I MARCUS [1] Atilius [2] Regulus [a] [3] Consul, [4] fusis [a] CDXXCVI.
[5] Sallentinis triumphavit: [6] primusque [b] Roma- [b] CDXCVII.
norum ducum in Africam [7] classem trajecit: [c] [8] ea [c] Vulg.
quassata de Amilcare naveis longas treis & sexaginta quassatas
[9] accepit. [10] Opida [11] ducenta, & hominum [12] du- duce Hamilc.
centa millia cepit. Absente eo, conjugi & liberis
3 ob paupertatem sumptus publice dati. [13] Mox arte
[14] Xan-

SCHOTTUS.

1 *Atilius.*] Simplici tau Fasti.

MACHANEUS.

2 *Regulus.*] De quo Florus epitome decima septima plura scribit: *conquestum esse in Senatu Regulum per literas, quod agellus ejus a mercenariis devastaretur.*

ANNA.

3 *Consul.*] Secundum anno mundi 3694.

4 *Fusis.*] Ann. mundi 3683. ante C. N. 265. ab U. C. 486. Vid. Flor. lib. I. cap. 20.

SCHOTTUS.

5 *Sallentinis.*] Liquida repetita scribunt Fasti Capitolini & MSS. omnes.

MACHANEUS.

5 Populi sunt Apuliæ. Virgilius:
Et Sallentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus.
Addit Polybius: per hoc tempus apud Bagradam fluvium castra habens Marcus Atilius serpentem horrendæ magnitudinis apud ripas ejus fluminis stabulantem balistis, & catapultis oppugnatum occidit, cujus postea corium Romam delatum viginti pedum longitudinem habuisse quidam memoriæ prodiderunt.

SCHOTTUS.

6 *Primus Romanorum.*] C. Tacitus C. Duilium *primum* facit, qui in Africam trajecerit.

7 *Classem trajecit.*] *Classe traicit* MSS. quomodo nono ab hinc capite loquutus est.

8 *Ea quassata.*] Ita ex iisdem MSS. corrige. Vulgata enim *quassatas duce Hamilcare* falsum sensum continet, si ipse Latine intelligo. Eutropius enim, & de Græcis Polybius Romanos XXII. naveis amisisse, hostium vero LXIIII. depressisse, partim cepisse, diserte ait.

ANNA.

9 *Accepit.*] Lege: *cepit.*

SCHOTTUS.

10 *Opida.*] Simplici p scribo, juxta analogiam ab *ope*, & Varronem, Ciceronem libro II. de Gloria, alios denique libros veteres.

11 *Ducenta.*] Hoc ἀδύνατον videtur. Eutropius enim *septuaginta treis* duntaxat urbes *in fidem Romanorum acceptas* refert. Orosius vero lib. IV. cap. 8. *opida octoginta duo in deditionem cessere Romanis, Carthaginiensium sunt cæsa* XVII. M, *capta* V. M, *elephanti* XVIII *abducti.* & L. Ann. Florus lib. II. *trecenta & amplius castella vastata.* Fides sit penes auctores: nec mirum victos eos & captos, qui vincendo defatigarentur.

12 *Ducenta millia.*] In vestigiis veteris scripturæ mendum, aut potius mendacium prodigiosum odoratus sum: Ego *vicena millia hominum* aut *tricena* scripsisse credo. unde *ducenta millia* rotundo numero facta, quod totidem opida capta fuisse diceret. Eutropius *quinque* tantum *millia cum octodecim elephantis cepisse* ait, *octodecim millia ad internecionem cecidisse*: Collegam vero Romam revocatum *L. Manlium Vulsonem, victorem in* triumphum duxisse *septem & viginti millia captivorum*, anno post R. C. CDCXVII.

ANNA.

13 *Mox.*] Anno sequenti.

[14] Xanthippi Lacedæmonii [15] mercenarii militis captus in carcerem missus. [16] Legatus [17] de permutandis captivis [18] Romam [d] missus, dato jurejurando, [19] ut si non impetrasset, [20] ita demum rediret: in Senatu [21] conditionem dissuasit: [22] rejectisque [23] a [e] se conjuge & liberis, Carthaginem [24] regressus; ubi in [25] arcam ligneam conjectus, clavis introrsum [26] actis vigiliis ac dolore punitus est. 4

d DII.

e V. C. ab amplexu. *vide Cic.* III. *Offic.* *Agell.* VI. *cap.* 4. *Liv.* XVIII. *&* *Horat.* III. *od.* 5. *mox* *Vulg.* adactis.

SCHOTTUS.

14 *Xanthippi.*] Libri veteres *Xantippi* præferunt. De *Xanthippo* V. Vegetium initio lib. III.

15 *Mercenarii.*] Libri veteres *mercennarii* duplici *nn* præferunt.

MACHANEUS.

16 *Legatus.*] Alii scribunt duos *legatos* de permutandis captivis missos.

SCHOTTUS.

17 *De permutandis captivis.*] Videndus Cicero in extre. III. Offic. in paradoxis & in Pisonem, Livius lib. XVIII. Eutropius lib. II. Val. Max. lib. I. cap. I. Appianus & Agellius lib. VI. cap. IV. diverse tamen ex Tuberone & Tuditano. de Poetis Silius lib. VI. & Horatius eleganti Oda V. lib. III. Carm. & ibi pluribus Læv. Torrentius.

18 *Romam missus.*] Bene habet, quod deperdito T. Livii Punico bello, Polybius scriptor gravissimus nobis relictus: Is lib. I. ante Metelli victoriam, Regulum *Romam missum* ait. idem libri XVIII. Livii Epitome confirmare videtur; quod moneo propter eos qui Fastos Consulares digesserunt. Hi enim victos Pœnos id fecisse affirmant, anno 1311.

19 *Ut si non impetrasset, ita demum...*] In MSS. paullo aliter. *Ut si impetrasset, ita demum non rediret.* Nihil interest.

ANNA.

20 *Ita.*] Hujus vocis frequens usus in jurejurando.

MACHANEUS.

21 *Conditionem dissuasit.*] Asserens venenum temporarium a Carthaginiensibus sibi datum, ut permutatio nulla fieret.

22 *Rejicere.*] Est morbosum aliquid, ac displicens ablegare. Inde oves *reiculæ* dictæ.

ANNA.

22 *Rejectisque.*] Vid. Cicer. Offic. III. Et Horat. Od. III. lib. V.

SCHOTTUS.

23 *A se.*] MSS. *ab amplexu* habent.

MACHANEUS.

24 *Regressus.*] Non ignarus ad quos crudeles hostes reverteretur.

25 *Arcam ligneam.*] Historiæ Gellii, Valerii & Ciceronis hujus patientiam miris laudibus ac præconiis extollunt, ubi Gellianum illud non tacebo, positum esse in vase muricibus i. lapillis, acutis, seu ferreis stimulis, quales sunt spinæ muricum piscium: cogebaturque interdiu aciem oculorum defatigare in radiis solaribus perpendiculariter inspiciendis, noctu vero ne dormiret, pervigilio exagitabatur.

SCHOTTUS.

26 *Actis.*] Vulgati *adactis.*

CAPUT XLI.

ARGUMENTUM.

Adversum Pœnos profectus Pœnorum naves deprimit aut capit, & Pœnis pacem petentibus concedit C. Lutatius Catulus.

I [1] CAJUS[2] Lutatius[3] Catulus[4] primo Punico bello [a][5] trecentis navibus adversum Pœnos profectus, [6] sexcentas eorum naveis [7] commeatibus & aliis oneribus impeditas, duce [b][8] Annone apud [9] Ægates,

a DXI. Ita reposui ex Fastis Capitolinis. Vulg. Quinctus Luctatius Cat. qui insequ. anno Consul fuit.
b Vulg. & MSS. aliquot Himilcone.

SCHOTTUS.

1 *Cajus*] Hactenus *Qu.* prænomen fuit, quo nomine frater *Caji* appellatus, qui insequenti anno fratris Consulatum excepit, anno IↃXII. Mirum ergo non est, si aut temporum, aut literarum *C.* & *Q.* cognatione falsi sint vel librarii: vel potius auctor ipse, quod uni omnia tribuat, cum tamen plerique Romanæ rei scriptores victoriam & triumphum navalem *Cajo*: pacem vero Pœno datam *Quinctio* adscribant, qui & de Faliscis triumphavit, ut Triumphales tabulæ prodiderunt. Cornelius Nepos etiam in Amilcaris vita *Cajum* nominat, quo confidentius ita scripsi.

2 *Lutatius*] Eædem tabulæ & MSS. libri sine *c* scribunt, uti & *Amilcar*, *Anno*, *Annibal*, absque aspiratione, quos libenter sequor. In Mediolanensi & uno MSC. prænomina afuerunt, quæ in Romana historia fere corrupta sunt.

ANNA.

3 *Catulus.*] Coss. cum A. Postumio Albino, ann. mundi 3707. ante C. N. 241. ab U. C. 510. belli Punici 23.

MACHANEUS.

4 *Primo Punico bello*] De quo sic Polybius. Quamobrem ubi pugnari cœptum est, confestim, ut par erat, a Romanis superantur, centum viginti naves in ea pugna Carthaginienses amisere: harum duædequinquaginta summersæ, fractæque sunt, reliquæ vero captæ; fugientibus ex prælio plurimum opitulata est venti subita mutatio: qui statim post fugam contrario, quam prius impetu flare cœpit: itaque velis sublatis, cursum sequentium antevenere, & ad Hieronensium, unde prius solverant, se ex fuga receperunt: Consul post prælium cum tota classe Lilybæum rediit, ibi laudatis, donatisque militibus, cætera intento studio persequebatur. Carthaginienses, ubi superatum Hannonem, profligatamque classem intellexere, præter spem tanta clade percussi, quo se verterent, nesciebant. de quo ita Lucius Florus nono decimo lib. *Luctatius Consul victa ad Ægates insulas classe Pœnorum finem bello posuit: petentibus Carthaginiensibus pax data.*

SCHOTTUS.

5 *Trecentis*] Et ita Orosius. *Ducentis* Polybius.

6 *Sexcentas*] Eutropius *quadringentas.* Suspicatus igitur aliquando sum mendum subesse, quod omnes pæne classem & hostium & Romanorum tantum DCLXXX. navium fuisse affirment, indeque errorem natum credebam, quod, cum notis olim numeri exprimerentur, earum transpositione infinitas mendas in libros antiquos irrepsisse didicissem. Forte scriptum reperit librarius CD. exscripsit alius parva immutatione DC. nec enim major pestis optimos auctores invasit, quam notarum frequens usus in numeris exprimendis. Nec muto sententiam, post enim incidi in librum calamo exaratum, in quo supra adscriptum erat CCCC. *naveis*, quæ res conjecturam meam confirmat.

MACHANEUS.

7 *Commeatus*] annonam castrensem & libertatem significare notius est quam ut declaratione indigeat.

SCHOTTUS.

8 *Himilcone*] Orosius *Annone.* Hamilcare Annibalis patre, ex Livio lib. XXI. in oratione Annonis in Senatu Carthaginiensium adversus Annibalem.

9 *Aegathes*] Sic vulgati pingunt. Gryphius *Egates.* MSS. partim *Ægadas.*

tes, [10] insulas inter Siciliam & Africam, [11] depressit, [c] [12] aut cepit, finemque [13] bello [d] imposuit. Pa- 2
cem petentibus hac conditione concessit, Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis [14] intra Italiam Africamque [15] decederent: [16] Hispania citra [17] Iberum [18] fluvium abstinerent.

c Addidi ex MSS. vide Notas.
d DXII. *Belli Puni. primi* XXIV. *anno.*

gadas, partim *Egadas*. Polybio Αἴγουσαι appellantur insulæ inter Lilybæum Siciliæ promontorium & Carthaginem. Vide Pomp. Melam lib. II. & Silium Italicum extremo sexto. & lib. I.

... avet Aegates abolere parentum
Dedecus.

ANNA.

9 *Aræ* a Virgilio dicuntur.

SCHOTTUS.

10 *Insulas*] *Insulam* forte melius.

ANNA.

11 *Depressit*) Demersit naves CXXV. Eutropius.

SCHOTTUS.

12 *Aut cepit*) Adde ex MSS. Aliud enim *deprimere*, vel demergere naveis cum pugnatoribus, aliud *capere*. Tacitus libro quarto histor. Aug. *Major pars navium depressa, aut capta.* Sic & Orosius loquitur libro quarto, capite decimo quinto, & capite 18. Vide Petri Victorii variar. lect. libros utilissimos.

ANNA.

12 *Cepit*) Vero naves LXXIII. Eutropius.

13 *Bello.*) Quod duravit annis XXIV.

MACHANEUS.

14 *Intra Italiam Africamque*) Plinius lib. III. c. 8. *Insulas in Africam versus Gaurum Melitamque*, & alias commemorat, *citra vero Siciliam ex adverso Metauri amnis XXV. ferme millia passuum ab Italia, septem Æoliæ appellata.* Notum autem est non solum *insulas* poni pro locis undique ab aquis circumfluis, sed etiam pro ædibus vicinitatem aliarum nequaquam habentibus, ut Suetonius *dominos* ait *insularum.*

SCHOTTUS.

15 *Decederent*) Additum ait Orosius lib. IV. capite undecimo, *ut pro impensis bellicis argenti puri tria millia talentorum Euboicorum annuis pensionibus per annos XX. penderent.* Eadem Polybius libro tertio, qui tamen in talentis mire variat, & Livius libro vigesimo primo. Nam XXII. millia & ducenta talenta Euboica stipendii loco imposita ait, & subjicit decem legatos tempus stipendii mutasse, ac mille talenta adjecisse.

16 *Hispania*] Non puto adscriptum huic fœderi, sed ei quod cum Asdrubale ictum in *Hispaniis* fuit, eo, qui sororem Annibalis in matrimonio habebat: Polybius III.

17 *Iberum*] Mediolanensis scribebat *Hiberium.*

MACHANEUS.

17 Fluvius Hispaniæ, a quo dicta *Hiberia*. Et Lucanus inquit:

Profugique a gente vetusta
Gallorum Celtæ nomen miscentis
Hiberis.

SCHOTTUS.

18 *Fluvium*] Ex MSS. superat: sic enim legunt: *ab Hispania citra Iberum ut abstinerent.*

CAPUT XLII.

ARGUMENTUM.

Aris a patre admovetur, odium in Romanos jurat, Saguntum evertit, in Italiam trajicit, P. Scipionem, Sempronium Longum,

guro, Flaminium, Paullum & Varronem superat, Campaniæ deliciis elanguescit, fractus, repulsus, fugatus, superatus ad Antiochum, & deinde ad Prusiam confugit, veneno absu nitur & in arca lapidea ponitur Annibal.

a Sic Corn. Nepos in Annib. aliique, quos in notis laudo; Vulg. XI. quod fort. ex IX. factum.

1 ANNIBAL Amilcaris filius [a] novem [1] annos natus, a patre aris admotus, odium in Romanos perenne [2] juravit. Exinde socius & miles in
2 castris patris fuit. Mortuo [3] eo causam belli quærens, [4] Saguntum Romanis fœderatam [5] intra sex menses

ANNA.

* Hoc caput totum bellum Punicum secundum complectitur, de quo vide Flor. lib. II. cap. 6.

SCHOTTUS.

1 IX. *annos natus*] Sic omnino scribendum censeo, non XI. Rursus, ut fit, notæ in numeris transpositæ: itaque legendum monent Livius lib. XXI. Orosius lib. IV. cæterique historiæ Romanæ racematores, & Cornelius Nepos in vitis externorum Imperatorum. Anno dehinc ætatis XXVI. Imperator belli electus est: nam duce patre Amilcare IX. annos in Hispania militavit, VIII. sub ejus genero Asdrubale. Mendose igitur Eutropius XX. scribit.

ANNA.

1 Liv. lib. XXI. *Fama etiam est, Annibalem annorum ferme novem, pueriliter blandientem patri Amilcari ut duceretur in Hispaniam, quum perfecto Africo bello exercitum eo trajecturus sacrificaret, altaribus admotum tactis sacris jurejurando adactum, se, quum primum posset, hostem fore populo Romano.* Juravit Annibal anno mundi 3713. ante C. N. 235. ab U. C. 516.

MACHANEUS.

2 *Juravit*] De hoc intellexit Juvenalis:

Hoc puer ad Libycas juraverat Hannibal aras.

SCHOTTUS.

3 *Eo*] Pronomen *eo* abest ab uno scripto. *Asdrubale* autem exaudiendum ex Corn. Nepote, unde hæc forte sarcienda, *octo post ejus mortem annis, mortuo Asdrubale*, &c.

MACHANEUS.

3 Tacet Cornelius Hannibalem defuncto patre militasse per octo annos sub sororio Hasdrubale.

4 *Saguntum*] non referam singula, quæ a Tito Livio lib. I. secundi belli Punici, & a Plutarcho in vita Hannibalis referuntur, neque enim officii mei est transcribere, verum interpretari. Est autem *Saguntum* urbs Hispaniæ ab Herculis socio *Saguntino* dicta. Silius Italicus primo:

Haud procul Herculei tollunt se littore muri,
Clementer crescente jugo, quis nobile nomen
Conditus excelso sacravit colle Zacynthus.

SCHOTTUS.

4 Libri veteres *Zagunthus* scribunt, de qua scriptura vide Priscianum. De *Saguntina* fame illud memorabile extremo Satyrico Petronii Arbitri, quod Pythœi beneficio amplius est; humanas edisse carneis.

ANNA.

4 *Civitas ea longe opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille ferme a mari. Oriundi a Zacyntho insula dicuntur, mistique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis.* Liv. lib. XXI. cap. 7.

5 *Intra sex menses.*] Livius, Plutarchus, Orosius, Eutropius: *Intra octo menses.* Florus *mense* demum *nono.* Illum vide.

6 *Ever-*

b DXXXV. menses [b6] evertit. Tum [7] Alpibus patefactis, in Italiam 3

MACHANEUS.

6 *Evertit*] Dum ultro citroque tempus legationibus teritur, dum a Carthaginiensibus Romanæ legationes deluduntur, sera tandem pœnitentia succurrendi Romanos cepit.

7 *Alpibus patefactis*] Antea soli Herculi perviis: inde Grajæ dictæ. Constat autem venisse per montem Iovis, quem vulgo Cinisum appellant Gebennas versus tendentem, partem ejus Rupiolæ, & Durandum vocitant, qui ex altero latere flumen Druentiam, ex altero exitum in Taurinos habet: id Plutarchus sentire videtur. Desinant igitur garrire ἀμφότεροι de cavata via, atque manu facta ad saltus Augustæ Cæsareæ: nam quomodo opidum Taurinum expugnasset? vetustissima namque etiam inclyta hac in urbe plura venerandæ antiquitatis monumenta profecto spectaremus, quæ, asserente Eustathio Homerico interprete, ab Eridano eodemque Phaëthonte binomini condita fuit, qui Solis Ægyptii filius per Nilum magna classe in mare navigans, cum Genuino socio, Genuæ Ligusticæ deinde fundatore, post longas peregrinationes, tandem in hanc amplissimam atque fertilem planiciem devenit: hominesque rudes & agrestes, feroces tamen, comperiens, ratus se ingenio proprio eorum superaturum ferociam, penes Padum consedit, Eridanumque condidit, Taurinum dictum: ab armentoso loco, a copia taurorum, seu boum ferunt originem vocabuli: circumferuntque pictum nostri concives palam tauri vexillum. Non desunt scribentes a ripis Padi cornua taurina referentibus, vel a murmure aquæ mugitum hujusce animalis imitante, quia pluribus hic augetur fluminibus, Taurinum nuncupatum extitisse. Foribus domus mei gymnasii scholastici adstat currus Phaëthonteus marmoreus. Romani certe hic, utpote in commune totius Galliæ Cisalpinæ ac Transalpinæ diversorium divertere solebant, uti epitaphium a me inventum in marmoreo conditorio sacelli D. Viti ultra Padum indicat hac inscriptione: *C. Rutilio Gallico Consuli.* De quo præfecto Romæ sub Domitiano Juvenalis:

Et custos Gallicus urbis.

Marmoreum hunc lapidem sacrum, Canonicorum collegium D. Joannis tutelaris nostri Sancti mihi dono munificentissime dedit. Licet etiam pro urbis hujus priscis, & sacris mœnibus memoriosas antiquitates cognoscere, quarum portiunculam fideliter, ut reperi, hic subscribam. In parietibus magnifici Scipionis Charæ: *Annaeo. M. F. Senecæ.* Aliud affixum turri divi Salvatoris: *P. Cornelio. L. F. T. N. decurioni. Æ: P. judici. dec.* IV. *Cornelia. P. fil. Trisca. T. F.* Aliud in ejusdem cœmeterio: *Petronia. M. F. Marcellina. T. F.* Aliud in templo ejusdem: *V. F. P. Albutius. C. F. & C. Albutius. Sabinus. fratres. sibi. & C. Albutio. C. F. Rufo patri.* Aliud ibidem: *Plancus curator veteranorum. leg.* IIII. *Macedonicæ. decuriæ. T. F. I.* Aliud ibidem: *L. Poetius. M. F. S. Tel. Quartus. Veteranus.* Aliud ibidem: *Statius. Albutius. & P. Albutio. adjunctori. S. C. D. S.* Aliud in antiquo pariete: *Q. Glitio. P. F. Atilio. Auguri. Cos.* VII *Vir. Epul. Legato. Propraet. Ausp. Imp. Nervae. Caesar. provinciæ. Be .... Leg.* VI. *Ferrat. Leg. citerioris. Hisp. Praetori. Aedili. cur. civi. Vespasia. trib. m. lice.* X *viro. Selit.* Aliud in templo divæ Virginis: *V. F. C. Publicius Primigenius sibi & Turrianæ.* Aliud ibidem. *P. Aebutius. P. lib. Memno. aug. sibi. &. Aebutiæ. Mile. libertae. delicatae. suae. T. F. I.* In infimo: *H. M. G. N. S.* Utinam his omissis antiquitatibus, Hannibal in Taurinos veniens pulcerrimum illud amphitheatrum extra portam marmoream, evanescens, ac obsoletum minime solo æquasset.

7 De

4 taliam [c] trajecit. [8] P. Scipionem apud [9] Ticinum, [c] BELLUM PUNIC. II.
[d] [10] Sempronium [11] Longum apud [12] Trebiam: [13] Fla- [d] DXXXV.
minium [e] apud [14] Trasimenum: [15] Paullum & [16] Var- [e] DXXXVI.
5 ronem [f] apud [17] Cannas [18] superavit. Cumque Ur- [f] DXXXVII.
bem capere posset, in Campaniam devertit, [19] cujus deliciis

SCHOTTUS.

7 De *Alpibus* superatis Plinius lib. XXXVI. cap. I. Ammianus Marcellinus libro XV.

ANNA.

8 *P. Scipionem.*] Anno mundi 3732. secundi belli Punici anno primo.

MACHANEUS.

8 De quo erat actum, ni eum filius periclitantem servasset.

ANNA.

9 *Ticinum.*] In Gallia Transpadana.

SCHOTTUS.

9 *Rhodanum* inquit Nepos in Annibale.

ANNA.

10 *Sempronium*] Qui cum Pub. Scipione Consul fuit eodem anno quo supra.

MACHANEUS.

10 Qui ex Sicilia arcessitus fuerat, ut duo exercitus jungerentur.

SCHOTTUS.

11 *Longum*] *Longinum* Parisinus.

ANNA.

12 *Trebiam.*] In Gallia Cispadana ad Placentiam.

MACHANEUS.

12 Ex Appennino in Padum fluit, vulgo *Treviam* accolæ vocitant.

SCHOTTUS.

12 Scripti libri vitiose *Cremeram.* Quod adscribendum duxi, ne quis semper in auctoritatem librorum veterum & consensum jurandum putet.

ANNA.

13 *Flaminium.*] Q. *Flaminium* secundum Cos. anno belli secundo.

14 *Trasimenum.*] Lacum in Hetruria intra Clavim fluvium & Tiberim Umbriam a Tuscia dividentem.

MACHANEUS.

14 Est penes Perusiam. Ovidius in Fastis,

Sint tibi Flaminii, Trasimenaque littora testes,
Per volucres, æquos multa monere deos.

De quo prælio lege Titum Livium secundo belli Punici, in quo ipse dux ab equite, cui Ducario nomen erat, interfectus fuit.

15 *Paullum*] Æmilium, cordatum sagacissimumque Consulem, qui pro patria occubuit.

16 *Varronem*] C. Terentium, qui e laniaria taberna fortunæ ludibrio ad fastigium consulatus pervenerat. Jamque magis indignandum. Obviam itum superstiti, actæque gratiæ, quia de republica non desperasset, scribunt, qui si Carthaginiensis fuisset, malo consilio atque ductu suo in crucem haud dubie elevatus fuisset.

ANNA.

17 *Cannas*] Ignobilem Apuliæ vicum juxta Aufidum amnem.

MACHANEUS.

18 *Superavit*] Non prolixus in his historiis ero, quia Plutarchus & Silius Italicus nocturna diurnaque manu evolvendi. Illud constat tres modios anulorum aureorum ab Hannibale collectos; ea autem tempestate soli equites anulos ferebant. Juvenalis:

Cannarum vindex, & tanti sanguinis ultor
Anulus.

19 *Cujus deliciis*] Ob Capuam & Salapiam, ubi amore etiam puellæ captus, tantus imperator est mollitus: nam post Feroniæ opulentissimum

g DXLII. h DXXXVI. i *Vulg.* frustratus *male*, *Inf. cap. seq. & sup.* 14. *cap.* l DXXXVIII. m DLI.

liciis elanguit: Et cum [18] ad tertium ab Urbe lapidem [19] castra g posuisset, [20] tempestatibus repulsus, primum [21] a h Fabio Maximo i [22] fractus, deinde [23] a Valerio Flacco [24] repulsus, a [25] Graccho & [26] Marcello fugatus, in l Africam revocatus, [27] a Scipione m [28] superatus, [29] ad Antiochum Regem Syriæ confugit,

tissimum templum depopulatum, in Brutios Lucanosque contendit.

SCHOTTUS.

18 *Ad tertium*] Usque ad IIII. milliarium, inquit Eutropius: quicum consentit Appianus libro de rebus Annibalis; ait enim ipsum XXXII. ab Urbe stadio ad Anienem castra posuisse, id est, IV. ab Urbe milliari. Polybius vero lib. IX. XL. stadia sive millia passuum quinque numerat. Livius autem & Plinius lib. XV. nobiscum faciunt.

MACHANEUS.

19 *Castra posuisset*] Cum duobus millibus equitum Romam speculatus, ac per triduum conserto certamine semper prælio incepto vi tempestatis distractus est: adeo ut dixerit Hannibal *potiundæ sibi Urbis Romanæ, modo mentem non dari, modo fortunam.*

ANNA.

20 *Tempestatibus repulsus.*] *Tanta enim ad singulos illius motus vis imbrium effusa, tanta ventorum violentia coorta est, ut divinitus hostem summoveri: neque cœlo; sed ab Urbis ipsius mœnibus, & Capitolio ferri videretur.* Florus lib. II. 6. Accidit id an. ab U. C. 542.

21 *A Fabio Maximo.*] Cunctatore. An. ab U. C. 536.

MACHANEUS.

22 *Frustratus*] Quando Hannibalem lassando mora vicit, ut inferius leges.

SCHOTTUS.

22 Corrige *fractus*, rectius: ut patet capite sequenti proxime & supra 14. adjuvantibus & libris antiquis.

23 *A Valerio Flacco*] Si per libros liceret, legerem *a Fulvio Flacco*, qui anno IↃXLI. post Romam conditam Consul, Appio Claudio Pulcro collega ad Capuam feliciter pugnavit, tametsi frater Q. Fulvius Flaccus prætor ad Herdoneam infeliciter.

MACHANEUS.

23 Capuam cepit, quæ ad Hannibalem desciverat, Senatumque Campanum ad palum deligatum securi percussit, absconsis in sinu literis Roma missis, quibus eis parcere jubebatur.

ANNA.

24 *Repulsus*] Anno ab U. C. 541.

25 *Graccho*] Tiberium Sempronium *Gracchum* intellige, & refer ad annum ab U. C. 538. & suscepti belli quartum. Gracchus, si Floro fides est, per Lucaniam Annibalem vadentem sequutus est. Florum adi lib. II. cap. 6.

26 *Marcello*] Marcum Claudium *Marcellum* intellige. Annibalem ab obsidione Nolæ hic excussit.

MACHANEUS.

27 *A Scipione*] Apud Zammam urbem, auctore Plutarcho, ubi secundissimum prælium Romanis fuit, maxime Lælio & Masinissa adjuvantibus, elephantosque perturbantibus, constat supra viginti millia hostium eo die a Romanis cæsa, tantundem prope capta: ipse Hannibal dux ad ultimum eventum pugnæ moratus e media cæde cum paucis effugit: arcessitus deinde Carthaginem persuasit, ut pacis conditiones a Romanis reciperent, quibus captis, & pœnitentia affectis, a popularibus exsilio mulctatus.

ANNA.

28 *Superatus.*] An. ab U. C. 551. suscepti belli 17.

SCHOTTUS.

29 *Ad Antiochum Regem*

pos

fugit, cumque hostem [n] Romanis fecit: [30] quo victo, ac [31] Prusiam [32] Bithyniæ Regem [33] [o] concessit: unde [34] Romana legatione [35] per T. [p] Flamininum repetitus; [36] ne Romanis traderetur, [37] hausto, quod sub anuli gemma habebat, veneno, [38] absumptus [q] est, positus apud [39] Libyssam [40] [r] in arca lapidea, [41] in qua hodieque inscriptum est, ANNIBAL HIC SITUS EST.

n DLVIII.
o DLXIII.
p *Est in vet. libro.*
q DLXXI.
r In fine Nicomediensium *addit V. cod.*

pos Cornelius sexto post anno accidisse refert, M. Claudio Marcello, L. Furio Purpureone Coss. qui est urbis ƆƆLVII. Alii insequenti anno id accidisse memoriæ prodiderunt.

ANNA.

30 *Quo victo.*) A Scipione, an. ab U. C. 563.

31 *Prusiam.*) Nicomedis magni filium.

32 *Bithyniæ.*) Ad Pontum Euxinum & Propontidem.

MACHANEUS.

33 *Concessit*) Quia inter conditiones pacis de Hannibale Romanis dedendo agebatur.

SCHOTTUS.

34 *Romana legatione*) libri veteres.

MACHANEUS.

34 *Legatione* Titi Flaminini missi ad conciliandos Reges Eumenem ac Prusiam, impetravit Romanus legatus magna contentione, ut ei omnino Hannibal dederetur; itaque a militibus Regis frequentibus, obsesso undique ejus diversorio, quum se evadere non posse cognovisset, quidam epoto sanguine taurino: fideliores scriptores, quod sub gemma suberat, veneno mortem sibi ipsi conscivisse asserunt, prius effatum: *Solvamus ingenti cura populum Romanum.*

SCHOTTUS.

35 *Per T. Flamininum*) Missus T. Quinctius *Flamininus* infra cap. 51.

36 *Ne Romanis traderetur*] Sic MSS. pleniores, quæ ad sensum necessario supplevimus.

37 *Hausto veneno*] Sic Livius Annali XXXIX. Appianus vero Συριακῇ tradit Flamininum per Prusiam Annibalem veneno necasse, nihilque ei a Senatu nominatim de Annibale mandatum. Varro περὶ ἐξαγωγῆς apud Nonium *Medicamentum: Quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum. quia Romanis inquit me Prusiades tradere volebat.*

ANNA.

38 *Absumptus est.*] An. mundi 3767. ante C. N. 181. ab. U. C. 670.

MACHANEUS.

39 *Libyssa*] In Bithynia vicus est juxta littus, de quo vulgatum carmen erat:

Corpus Hannibalis Libyßa tumulabit terra.

SCHOTTUS.

40 *In fine Nicomediensium*] Quasi alluvione accrevit ex MSS. plenioribus. Vide Plinium lib. V. cap. 32. & Nicolai Sophiani Tabulam Græciæ, & in eandem Nicolai Gerbelii commentarium.

41 *Cui inscriptum est*] Sic alter MSC. Alter vero *hodieque* non *hodie quoque* legebat.

CAPUT XLIII.

ARGUMENTUM.

De Liguribus triumphat, Annibalem mora frangit, & in agro Falerno includit, Minucium ad hostes transfugere volentem retinet, Lucano mulierem emptam dono dat, Tarentum recipit, & de captivorum redemptione cum hostibus pangit Q. Fabius Maximus.

QUINCTUS Fabius [1] Maximus [2] Cunctator: 1
[3] Verrucossus a verruca [a] [4] in labris sita, [5] Ovicula a clementia morum dictus: [6] Consul [b] de [7] Liguribus

a Vulg. ut verrucosus a verruca in labris, ita Ovicula. *Vide Serenum poetam de verruca.*
b DXX.

MACHANEUS.

1 *Maximus*] *Maximi* cognomen idem principium habuit, teste Livio in hac familia, ab eo primum, qui omnem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, easque urbanas appellavit, & instituit equites idibus quintilibus transvehi.

2 *Cunctator*] A mora, qua Hannibalem vicit. Virg. VI. Æneidos:

Cunctando restituit rem.

3 *Verrucosus*] Quod parvam elationis carnem innatam in superiori labri extremitate habebat: *verruca* enim id significat, & omnem summitatem. Ut apud Gellium: *In montis verruca.*

SCHOTTUS.

3 Scribitur autem in Capitolinis marmoribus *Verrucoßus*, sic dictus, ait Plutarchus, ὅτι ἀκροχορδόνα μικρὰν ἐπάνω τοῦ χείλους ἐπιπεφυῖαν haberet. Vide ἀκροχορδῶν apud Galenum in definitionibus Medicinæ. De *verruca* Serenus Poëta:

Interdum existit turpi verruca papilla:
Hinc quondam Fabio verum cognomen adhæsit,
Qui solus patriæ cunctando restituit rem.
Id poterit vitium sanguis curare lacertæ.

M. Cato *verrucam* locum editum & asperum in Originibus etiam appellat, teste Agellio lib. III. cap. 7. Noct.

4 *In labris sita*] Emendavi locum de MSS. nam depravatus haud dubie circumfertur. Scripserat auctor *in labris sita*: Ex literæ ejusdem repetitione sigma omissum, adjectum *ut*, cui *ita* responderet. *ut verrucosus ita.* O corruptores servum pecus! Observavi Plinium eodem verbo corruptum lib. III. Nat. hist. cap. 5. *Stœchades* inquit, *a vicinis Massiliensibus dictæ propter ordinem: quas item nominant singulis vocabulis Prote, Mese*, &c. legit Pintianus ex antiquo codice, *dictæ propter ordinem quo sitæ sunt. Nomina singulis Prote, Mese.* In MSS. Hieronymi Suritæ Hispani sic reperi: *propter ordinem erunt. Nomina singulis* &c. unde legendum *propter ordinem earum.*

ANNA.

5 *Ovicula a clementia morum.*] Plutarchus. Ὁ δὲ ὀϊκύλας σημαίνει τὸ πρόβατον: ἐτέθη δὲ πρὸς τὴν πραότητα τοῦ ἤθους ἔτι παιδὸς ὄντος. *Ovicula ovem significat. Illud autem ei nomen impositum propter morum clementiam, cum adhuc puer esset. Ovis* enim symbolum πραότητος, ut & e sacris literis discimus.

6 *Consul*] Cum M. Pomponio Mathone anno mundi 3717. ante C. N. 231. ab U. C. 520.

MACHANEUS.

7 *Ligures*] populi ab Alpi-

mai

2 guribus triumphavit. Annibalem [8] mora [c] fregit. [9] CDXXXVI.
3 Minucium Magistrum equitum imperio sibi [10] æquari passus est: nihilominus [11] periclitanti [12] subvenit.
4.5 Annibalem in agro [13] Falerno inclusit. [14] Manlium [d] [15] Statilium transfugere ad hosteis volentem, equo & armis donatis retinuit: & Lucano cuidam fortissimo, [16] ob amorem mulieris infrequenti, eandem emptam

d Marium Stat. MSS. omn. Marsum fuisse ait Plutar. Fabio. fortem & nobilem: non nominat tamen nec Lucanum.

mare usque inferum, alias Liguſticum & Thyrrhenum, dicuntur, vel a *Ligure* Rege, vel a *legumi-num* copia.

SCHOTTUS.

7 MSC. unus *Lyginibus*, quos populos, ut verum fatear, ignoro: *Ligures* de meliori nota novi, propter Genuam, quæ Jacobum Mariam Cervettum juvenem patricium, mei olim Lovanii in studiorum ratione observantiſſimum, produxit. Hæc postrema auctor postea deleri voluit.

ANNA.

8 *Mora fregit.*] Unde *Cunctator* dictus.

9 *Minucium.*] Vide Liv. lib. XXII. cap. 27.

SCHOTTUS.

9 Libri, Fasti, lapides & Græci per *c*.

MACHANEUS.

10 *Æquari sibi passus*] Ob querelas crebras Romæ de ipsius negligentia jactatas maxime a Metello Tribuno plebis persuadente.

11 *Periclitanti*] Actum de illo erat, nisi succurrisset adversus Hannibalis vaframenta, ob quod beneficium acceptum patrem optimum cum Minucius nominavit deposita imperii dignitate, ut constanti ac experto duci parentiſſimus foret.

GRUTERUS.

12 *Periclitanti subvenit*] Nimitum ea est generosæ animæ honestas, ut non modo nihil noceat inimicis suis, sed etiam prosit, ut prolixa diduxi di[a]triba, ad Taciti librum II. Annal. cap. 55. ubi Germanicus ea dicitur egisse mansuetudine, *ut cum orta tempestas raperet in abrupta* Cn. Pisonem, *possetque interitus inimici ad casum referri, miserit triremes, quarum subsidio discrimini eximeretur.* Bene ergo Lactantius lib. VI. c. 18. *Non minus mali est, referre injuriam, quam inferre.*

ANNA.

12 Adi Liv. lib. XXII. cap. 28. 29. 30.

MACHANEUS.

13 *Falernum*] Opidum Campaniæ vini generositate celebre.

SCHOTTUS.

14 *Manlium*] MSS. *Marium*. Forte *Marsum* legerat scriba, quomodo a Plutarcho in Fabio appellatur. Valerius lib. VII. nomen omittit.

GRUTERUS.

14 Non male, nam & alter Palatinus *Marium*. Et Plutarchus in Fabio, quamvis nomen reticeat, nominat tamen a patria *Marsum*, at enim Val. Max. lib. VII. cap. 3. videtur facere *Nolanum*, & vero eadem indulgentia L. Bantium sibi conciliavit Marcellus, apud Livium libro XXIII. cap. 14.

SCHOTTUS.

15 *Statilium*] *Statillum* Parisinus appellat.

16 *Ob amorem mulieris infrequenti*] *Infrequens* militare vocabulum Livio, Ausonio, Plauto & aliis. Cornificius ad Herennium lib. IV. *Præterea, quod militiæ te infrequentem tradidisti.* Agellius lib. XVI. cap. 4. *Miles, cum die, qui prædictus est, aberat, neque excusatus erat, infrequens dicebatur.* Festus: *Infrequens appellatur miles, qui abest, afuit-*

e IϽXLIV. emptam dono dedit. [17] Tarentum [18] ab hostibus [19] recepit: [20] Herculis signum inde tralatum in Capitolio dedicavit. [21] De redemptione captivorum cum hostibus pepigit: f [22] quod pactum cum a Senatu improbaretur; fundum suum [23] ducentis millibus [24] vendidit, & [25] fidei suæ satisfecit. 7

f quæ pactio. vv. l.

afuitque a signis. Plura doctissimus Lipsius noster Antiq. Lect. lib. v. cap. 4. & lib. v. de militia Romana dialogo 8.

ANNA.

17 *Tarentum.*] in magna Græcia.

MACHANEUS.

18 *Ab hostibus* Carthaginiensibus.

ANNA.

19 *Recepit*] Anno ab U. C. 544.

MACHANEUS.

19 Per causam cujusdam adolescentis Tarentini, qui habebat, militans sub Fabio, sororem in urbe sibi amantissimam, fidelissimamque amatam a Bruttio juvene, urbi ab Hannibale præposito, pellicente congressu nocturno muliere ad se amatorem, occasio data fuit Fabio prodendi, volenteque Brutio, immo signum exhibente, contra Tarentinorum spem (in quam) opportunitas commoda fuit duci Romano scalis appositis urbem ingredi.

ANNA.

20 *Herculis signum.*] E captis enim opidis signa Deorum transferebant, eisque vel eundem, vel ampliorem, quam habuerant, locum dicabant.

MACHANEUS.

20 Alias deorum imagines dimisit inquiens: *deos iratos Tarentinis relinquamus.*

ANNA.

21 *De redemptione captivorum.*] Fabium inter & Annibalem convenerat, *ut quæ pars plures captivos acciperet quam daret; argenti pondo bina & selibras in militem præstaret. Ducentos quadraginta septem quum plures quam Pœnus recepisset, argentumque pro eis debitum, sæpe jactata in Senatu re, quoniam non consuluisset patres, tardius erogaretur, inviolatum ab hoste agrum misso Romam Quinctio filio vendidit, fidemque publicam impendio privato exsolvit.* Vide Liv. lib. XXII. cap. 23.

SCHOTTUS.

22 *Quod pactum*] Tertia inflexione MSS. *quæ pactio.* Factum id ante Cannensem cladem, & prius quam æquaretur Minucius dignitate, Plutarchus. Non igitur hic habita in narrando accurata ratio temporis.

ANNA.

23 *Ducentis millibus.*] Sestertium scilicet. Quæ librarum nostratum quatuordecim millia efficiunt.

MACHANEUS.

24 *Vendidit*] Per filium, nec unquam acceptavit pecuniam, volentibus reddere Romanis.

SCHOTTUS.

25 *Fidei suæ*] Ut sit, pronomen *suæ* MSS. adjiciunt.

CAPUT XLIV.

ARGUMENTUM.

Matrem Deum hospitio recipit, Magistratu adversum auspicia nominatus se abdicat, statuas sibi positas tollit, Delminium expugnat, Imperatoris nomen & triumphum oblatum recusat, & Corculum dicitur P. Scipio Nasica.

PUBL



PUBLIUS Scipio Nasica, a Senatu [a] vir optimus judicatus, [2] Matrem Deum [3] hospitio [b] recepit. [4] Is [c] cum adversum auspicia Consulem [d] [5] se

a Hic pater fuit.
b IↃXLIX.
c Hæc filii sunt.
d IↃXCI.

ANNA.

1 *Publius Scipio Nasica.* Ejus filius qui in Hispania perierat.

2 *Matrem Deum.*] Cybelem. Lapis erat, quem cœlitus ferunt demissum in quendam Phrygiæ agrum, cui Pessinunti nomen est. Eum Romani ab Attalo Asiæ Rege acceperunt. Vide Liv. lib. XXIX. & Ovid. Fast. IV. Romam advecta Cybele an. ab U. C. 549.

SCHOTTUS.

2 Hinc quidam colligunt Scipionem Nasicam non solum Megalenses ludos instituisse, sed & templum Matris Idææ dedicasse, etsi id neget Ovidius lib. IV. Fastorum:

Nasica excepit, templi non exstitit auctor;
Augustus nunc est, ante Metellus erat.

Quare priorem Nasonis versum sic tentabat Pomp. Lætus:

----- *templi tunc exstitit auctor.*

ANNA.

3 *Hospitio recepit.*] Secundum dictionem Apollinis, qua Romanos monebat: *curarent ut Deam, qui vir optimus Romæ esset, hospitio exciperet.*

SCHOTTUS.

4 *Is cum.*] Errat: hæc enim ad filium, superiora ad patrem pertinent. Confundit ideo historiam Scipionum patris & filii, ut & Valer. Maxim. libro VII. cap. 5. quod admonendum, ne quis erraret, duximus. Quoniam vero erravit in stemmate Scipionum scriptor hic noster, &, ut dixi, Valerius Maximus ac Liviana Epitome, idcirco apponam integre e doctissimi Sigonii Emendat. l. II.

P. SCIPIO NASICA, qui adoptatus a Q. Metello Pio, Q. METELLUS PIUS SCIPIO dictus est: Cos. IↃCCI. Cicero VI. ad Attic. pro domo sua, & in Bruto.

Pater P. Scipio Nasica.
: Avus P. Scipio Nasica orator, Cos. IↃXLII. Uxor Cæcilia Macedonici filia.
: : Proavus P. Scipio Nasica Serapio, Cos. IↃCI.
: : : Paternus C. Lælius Cos. IↃCXIII.
: : : Abavus .. .. :
: : : Maternus P. Scipio Nasica Corculum Cos. IↃXCI. & IↃXCVIII.
: : Proavus maternus Q. Mutius Scævula Augur Cos. IↃCXXXVI.
: : Ejus uxor Lælia filia C. Lælii.
: Avus maternus L. Licinius Crassus orator Cos. IↃCLVIII. Ejus uxor Mucia filia C. Lælii.
Mater Licinia filia Licinii Crassi.

[5] se a Graccho nominatum comperisset, [6] magistra-
e IↃXCIII. tu se abdicavit. [7] Censor [e] statuas, quas sibi quisque 3
per [8] ambitionem in foro [9] ponebat, sustulit. [10] Con- 4
f IↃXCIIX. sul [f] [11] Delminium urbem [12] Delmatarum expugnavit. [13] Imperatoris nomen a militibus; & ab sena- 5
g *Confundit historiam nominum, uti fit, ambiguitate deceptus. Vide Notas.* tu [14] triumphum oblatum recusavit: [g] Eloquentia 6
primus, Juris scientia consultissimus, ingenio [15] sapientissimus: unde vulgo [16] Corculum dictus.

5 *Se*] Ex MSS. abundat.

ANNA.

6 *Magistratu se abdicavit.*] Ut & Collega ejus C. Martius Figulus an. U. C. 591.

7 *Censor.*] An. U. C. 594. quo Romæ clepsydras fieri jussit. Hoc anno mortuus Terentius.

MACHANEUS.

8 *Ambitio*] Est nimia honorum affectatio: Ambitus vero pecuniæ corruptio.

SCHOTTUS.

9 *Ponebat*] *Proponebat* Parisinus præfert.

10 *Consul*] Iterum *Consulem* fuisse anno IↃXCVIII. Cicero in Bruto auctor est.

ANNA,

11 *Delminium.*] In ea Illyridis parte quæ ad Macedoniam vergit.

SCHOTTUS.

11 *Delminium* scribunt MSS. & Agrippinense exemplum: *Deliminum* Parisinum.

12 *Delmatarum*] Gryphius, *Delmatorum* Coloniense exemplum.

MACHANEUS.

13 *Imperator*] Nomen est militare. Nemo illud assequebatur, nisi cujus exercitus, victoria parta, x. millia hominum internecioni dedisset.

SCHOTTUS.

13 Quod de *Imperatoris* nomine hic dicitur, P. Scipioni Africano Plutarchus adscribit, ut in nomine Scipionum falsum credam auctorem nostrum.

14 *Triumphum oblatum recusavit*] Recte enim Octavianum Augustum triumphalem lauream folia infructuosa appellare solitum refert Sextus Aurelius Victor.

15 *Sapientissimus*] Quid si *Sagacissimus* legas? quod ingenii proprium. Nihil tamen muto. In corde *sapientiam* quidam collocarunt. Animam alii vocarunt. Hinc Cordati & excordes vecordesque. Cic. I. Tusculana.

MACHANEUS.

16 *Corculum*] Apud physicos lego animalia habentia minimum *cor*, esse prudentiora, inde homini est pusillum, virtute unita fortiore se ipsa dispersa: e contrario videmus boves, cervos & alia bruta, habentia magnum *cor.* Homerus I. Iliad.

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων,
κραδίην δ' ἐλάφοιο.

id conviciatus Achilles iratus Agamemnoni. Latine: *Vino gravis, ocule canine, cor cervinum.*

ANNA.

16 *Corculum a corde dicebant antiqui solertem, & acutum.* Festus.


SCHOTTUS.

16 De *Corculo* vide Pomponium I. C. lib. II. de origine juris. Ciceronem in Bruto, & Tusculanis disputationibus.

CAPUT XLV.

ARGUMENTUM.

Virdumarum ſingulari prælio fundit, opima ſpolia Jovi conſecrat, Annibalem vinci docet, Syracuſas expugnat, in Albano monte triumphat, Annibalis inſidiis deceptus occumbit, & magnifice ſepelitur M. Claudius Marcellus.



1 MARCUS [1] Marcellus [2] Virdumarum [3] Gallo-
2 rum ducem ſingulari [4] prælio fudit. [5] [Spolia [b] opima [6] Jovi Feretrio tertius a Romulo conſecravit. *a* ɪↄxxxɪ.

b *A manu ſcr. ſunt. In vul. deſiderantur.* Spolia legit apud Nolam. Hannibalem primus loc. ang.

MACHANEUS.

1 *Marcellus*] De hac pugna egregie Petrarcha in triumphis inquit: *Vide el bono Marco Marcello che ſupra la riva di po apreſſo gia ſteſſo occiſo con le ſue mani el gran ribello.* Virg. VI. Æneid.

---- Gallumque rebellem
Tertiaque arma patri ſuſpendet capta Quirino.

Tertius autem a Romulo ſpolia opima Jovi Feretrio tulit.

SCHOTTUS.

2 *Viridomarum*] Ita vulgati omnes. Veteres libri & Faſti Romani *Virdumarus* quatuor ſyllabis ſcribunt, & quincta vocali. Quidam calamo exarati *Viriodomarus* ſex ſyllabis. Propertius lib. IV. tetraſyllabum facit.

Virdomari genus hic Rheno jactabat ab ipſo,
Nobilis erectis fundere geſa rotis.

Plutarchus hoc nomen ignoraſſe videtur, in Romulo enim & Marcello *Britomartum* & *Briomarum* nominat. Joſephus Scaliger in quibusdam libris *Virdumani* reperit apud Propertium.

ANNA.

3 *Gallorum*] Inſubrium.

4 *Prælio fudit.*] An. U. C. 531.

SCHOTTUS.

5 *Spolia legit apud Nolam. Annibalem primus*] Præclare locum hunc mutilum reſtitui ex membraneis codicibus, niſi vehementer fallor. Nec enim conſentaneum vero, cum & Romuli & Coſſi opima ſpolia tam diligenter referat, tertia ab illo ſtudio eſſe præterita, nec enim plura fuiſſe leguntur.

6 *Jovi Feretrio*] Virgilius tamen VI. Æneid. Quirino ſuſpenſa canit.

Aſpice ut inſignis ſpoliis Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros ſupereminet omnes:
Hic rem Romanam magno turbante tumultu

cravit. Primus docuit quomodo milites [c] 7 cederent, 3
nec terga præberent. Annibalem] 8 apud Nolam, 4
9 locorum angustia adjutus, 10 vinci [d] docuit. 11 Sy- 5
racusas 12 per treis annos [e] expugnavit. Et cum per 6
calu-

[c] Fort. incederent, vel milites ejus cæderent.
[d] DXXXVII.
[e] IↃXLI.

Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumque rebellem,
Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.

De qua controversia Servius, & Sex. Pompejus lib. XIII. de verborum significatione & nos in Cornelio Cosso quædam. Johannes Grejonius ab antiqua scriptura manu ductus sic tentabat: *Spolia opima Jovi, &c. Primus docuit, &c. præberent. Spolia etiam legit apud Nolam, ubi Annibalem primus locorum angustia.* Ego MSS. religiose sequor.

ANNA.

7 *Cederent.*] Id est, retrocederent.

SCHOTTUS.

7 *Cederent*] Ambiguum, an, quod mihi videtur, diphthongo hic scribendum, hoc est, Annibalem vinci posse, ut de Pœnicis militibus intelligatur. Sed *Ne quomodo milites cederent* non nemo legendum putabit ex Plutarcho in vita & comparatione Marcelli cum Pelopida.

GRUTERUS.

7 Annotant viri doctissimi; forte legendum, *incederent*; vel, *milites ejus cæderent*. non est profecto. aliud enim adverso vultu gradu lento turmatim retrocedere, aliud perturbatis ordinibus aufugere. qui urgente vi adversariorum pedem proferre nequeunt, eum sensim & restitantes referunt; more leonis, qui in campo deprehensus, canum venantiumque impetum haud tolerat, cujus mentio apud Plinium lib. VIII. Nat. Hist. cap. 16. qui terga præbent, passim in fugam effunduntur, & omnes quidem acerrimo cursu; nonnulli etiam abjectis armis: uti pluribus ostendi in dissertationum Livianarum farragine

Allusit pulcre imagini illi Seneca lib. de Tranq. animi cap 3. *Nec ego negaverim, aliquando cedendum; sed sensim relato gradu, & salvis signis, salva militari dignitate. Sanctiores tutioresque sunt hostibus suis, qui in fidem cum armis veniunt. Hoc puto virtuti faciendum, studiosoque virtutis: si prævalebit fortuna, & præcidet agendi facultatem, non statim aversus inermisque fugiat, latebras quærens, &c.*

ANNA.

8 *Apud Nolam.*] Supra in Annibale. *Nola* in Picentinis non longe a Neapoli.

SCHOTTUS.

8 Lego *Annibalem apud Nolam primus* &c. ex Valerio Max. lib. I. cap. 7.

MACHANEUS.

9 *Locorum angustia*] Nam tertia porta reclusus est Nolæ.

10 *Vinci docuit*] De quo Plutarchus his verbis meminit: Hic primum Hannibal terga Romanis ostendit. Pœni itaque terrore, ac vulneribus confecti in castra compulsi sunt: in ea pugna plura quinque millibus hostium desiderata feruntur, ex Romanis vero non plures quingentis. Livius tantam hostium stragem fuisse nequaquam asserit.

11 *Syracusæ*] Urbs est metropolis, Siciliæ quidem amœnissima.

12 *Per tres annos*] Nam Archimedis Geometræ machinis diu in obsidione laboravit, tandemque cepit. Syracusanis Dianæ festum inter jocos, ac delicias celebrantibus triumphavit: Romæ autem ovavit minore triumpho, Plutarcho teste.

ANNA.

12 Syracusas obsedit Marcellus anno U. C. 538. expugnavit an. 541.

13 *Trium-*

calumniam [13] triumphus ei a senatu negaretur, [14] de sua sententia in Albano monte *f* triumphavit.[15] Quinquies Consul, [16] insidiis Annibalis deceptus *g* occubuit, & magnifice sepultus. [17] Ossa Romam remissa, a [18] prædonibus intercepta perierunt.

f IↃXLII.

g IↃXLV.

13 *Triumphus ei.*] Sed minor ei *triumphus* concessus est, nam ovans urbem intravit. Vide Liv. lib. XXVI. cap 21.

14 *De sua sententia.*] Prius *de sua sententia*, sine Senatus consulto in Albano monte, cum ei honos Romæ negaretur, triumphavit C. Papirius Maso, quem multi alii postea sequuti sunt.

15 *Quinquies consul.*] Cum T. Quintio Crispino. an. U. C. 545.

MACHANEUS.

16 *Insidiis*] Dum cum Crispino ivisset speculatum collem, qui mediastinus erat inter utriusque castra hostis, a Carthaginiensibus circumventus occidit, magnifice sepultus.

SCHOTTUS.

17 *Ossa Romam*] De his vide quæ ex Plutarcho annotavimus in fragmentis Nepotianis.

ANNA.

18 *Prædonibus.*] Numidis.

MACHANEUS.

18 Plutarchus. Corpus splendide ac magnifice ornatum cremavit Annibal, postmodum reliquiis in argentea urna conditis coronam imponens auream, filio mittere curavit, quæ dum feruntur, intervenere Numidæ, qui, ut vas corriperent, portantes adorti sunt: parte alia dum obsistitur, vique pugna committitur, ossa disperguntur. Id cum audisset Hannibal, adstantibus dixisse fertur: *Profecto nil fieri Deo licet invito*, & affectis pœna Numidis amplius legendas, transmittendasque neglexit reliquias. Unum addam in umbilico hujus capitis. In fine vitæ Marcelli a Plutarcho conscriptæ pedibus quoque me in sententiam fateor ire eruditi Catellani Cottæ Mediolanensis, qui ad perdoctum condiscipulum nostrum Tristanum Calchum Regium nunc auricularium in Senatu Insubrio judicio desiderati Hermolai Barbari, atque viventis Parrhasii scribit, opusculum istud, quod commentamur, Cornelio Nepoti addici, ita scribentis. Plutarchus: hæc a Cornelio Nepote, atque Valerio Max. scripta traduntur. [Scilicet interceptas reliquias Marcelli.]

CAPUT XLVI.

ARGUMENTUM.

Matrem Deum repente in alto stantem zona imposita movet incestus falso suspecta Claudia virgo Vestalis.

1 ANNIBALE Italiam devastante, ex responso [1] librorum Sibyllinorum, *a* Mater Deum e [2] Pessi-

a *Alii*, matre.

ANNA.

1 *Librorum Sibyllinorum*] De iis apud Florum, quæ vide ne actum agam. Repertum fuit in iis hoc carmen; *Quandoque hostis alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, eum pelli Italia vincique posse, si mater Idæa a Pessinunte Romam advecta foret.*

[b] IↃXLVIII. [2] Peſſinunte [b] arceſſita : cum adverſo Tiberi vehe-
retur, repente [3] in alto ſtetit : & cum moveri nullis viribus poſſet ; [4] ex libris cognitum, caſtiſſimæ demum feminæ manu moveri poſſe. Tum [5] Claudia, 2
* *al.* de inceſtu. virgo Veſtalis, [6] falſo * [7] inceſtus ſuſpecta, Deam oravit, [8] ut, ſi pudicam ſciret, ſequeretur : Et zona
[c] IↃXLIX. impoſita navem movit. [9] Simulacrum [c] Matris Deum, 3
[d] dum

MACHANEUS.

1 De qua re lege Livium, Gellium, Macrobium. Libros vetula quædam Deo plena Tarquinio Priſco vendidit, in quibus de Hannibale pellendo talis fuerat ſententia: *Romani, ſi unquam vomicam illam, quæ longe terrarum venit, pellere vultis a vobis, magnam Deum Matrem arceſſendam puto.*

2 *Peſſinunte*] Phrygiæ oppido.

SCHOTTUS.

3 *In alto*] *in alveo* libri ſcripti & Agrippinenſis, & *vado Tiberino extraxit*, inquit Sueton. in Tiberio cap. 2. Mihi tamen miraculum augere videtur vox *alto*. i. profundo ſatis loco. Quid enim mirum ſi in vado ſteterit? Herodianus lib. I. in oſtio Tiberis accidiſſe refert, ubi vadum fuiſſe quis credat? Adde adverſo flumine id accidiſſe.

GRUTERUS.

3 Non memini *altum* legere circa fluvios. ſi tamen alibi reperitur; belle & heic locum ſuum tuebitur: ſin minus; reſcribendum cum MSS. *in alveo ſtetit.* Palatina tamen exemplaria alterum exhibent.

ANNA.

3 Ovidius tamen IV. Faſt. limoſo vado preſſam dicit.

Sicca diu fuerat tellus: ſitis uſſerat herbas:
Sedit limoſo preſſa carina vado.

4 *Ex libris.*] Simpliciter, pro libris Sibyllinis, ita ſæpe Livius.

SCHOTTUS.

5 *Claudia*] Ego *Q. Claudiam* eſſe puto, cujus ſtatua in veſtibulo templi matris Deum poſita, bis ea æde incendio conſumpta, in ſua baſi flammis intacta ſtetit. Val. lib. I. cap. 8. *Quinctam* etiam appellat Cicero pro M. Cœlio, & de Aruſpicum reſponſis, & Lipſius noſter libro de Veſtalibus.

ANNA.

6 *Falſo*] Ovidius:

Claudia Quinta genus Clauſo referebat ab Atta,
Nec facies impar nobilitate fuit.
Caſta quidem: ſed non credita, rumor iniquus
Læſerat, & falſi criminis acta rea eſt.

MACHANEUS.

7 *Inceſtus*] Dicitur hoc vocabulum ab in, i. non caſto, literæ mutatione: vel in & ceſto, baltheo Venereo.

SCHOTTUS.

7 Correxere emendatores tot fere modis, quot literatores illi veteres dici permiſere; alii enim *inceſtu ſuſpecta*, alii *inceſti*, ſecunda inflexione, alii *de inceſtu.* Malim *inceſtus ſuſpecta.*

8 *Ut ſi pudicam*] Lactantius lib. II. cap. 8. *Ut ſi ſe ſanctam judicaret, ſuum cingulum ſequeretur.* Alii legunt: & *pudicam ſe ſciret, ſequeretur.*

9 *Simulacrum*] Pleniores membranæ noſtræ quas bona fide expreſſi, ſenſu & pleniore & veriore id requirente. Vulgati enim hactenus: *Simulacrum matris Deum advexit*, alii *adduxit. Templum ædificavit Naſica, qui vir optimus judicabatur.* Supra vero c. XLIV. ait matrem Deum, ſeu matrem Idæam ab Attalo

dum templum ædificatur, Nasicæ, qui vir optimus judicabatur, quasi hospiti datum.

d *Vulg.* matris Deum adduxit: (*al.* advexit) Templum ædificavit Nasica, qui vir opt. judicabatur. *Nos ex fide MSS. eam lectionem constituimus.*

talo Asiæ Rege Romanis legatis traditam a Nasica hospitio acceptam & consecratam, responso ita monente. Vide Plinium l. XVIII. cap. 3. Nec templum ædificasse Nasicam verum est, sed a Livio & Cajo Claudio Censoribus auspicatum, & a Junio Bruto dedicatum, teste Livio Annali XXXVI. Johannes Grejonius ita cum Livio comparabat: *Simulacrum Matris Deum adduxit, quod, dum templum ædificatur, a Nasica, qui vir optimus judicabatur, exceptum est, & in ædem Victoriæ latum*, lib. XXIX. & XXXVI.

CAPUT XLVII.

ARGUMENTUM.

Sardiniam subigit, Celtiberos domat, occupatis Thermopylarum jugis præsidium hostium depellit, L. Flamininum senatu movet, basilicam suo nomine facit, matronis ornamenta repetentibus restitit, Galbam accusat, ipse accusatus absolvitur, Carthaginem delendam censet, & post octoginta annos filium gignit M. Porcius Cato Censorius.

MARCUS [1] Porcius Cato, genere Tusculanus, [2] a Valerio Flacco Romam [3] solicitatus: [4] Tribunus [a] militum in Sicilia: [5] Quæstor [b] sub Scipione [6] fortissimus; [7] Prætor [c] justissimus fuit: [8] in prætura

a IϽXLV.
b IϽXLIIX.
c IϽLV.

MACHANEUS.

1 *Porcius*] *Porciorum* certe familia rustica a *porcis* pascendis dicta.

2 *A Valerio Flacco*] hic Catonem induxit, animavitque, ut rem Romanam attingeret, motus maxime Catonis vita ac morum modestia.

SCHOTTUS.

3 *Solicitatus*] *Ductus*, scriptum habet unus codex perantiquus. Non male.

4 *Tribunus militum*] *Factus* adjicit vetus liber.

ANNA.

4 Fuit An. ab U. C. 545. Cornelius Nepos in vita Catonis.

MACHANEUS.

5 *Quæstor*] Ærarii subaudi, quia etiam erat criminum.

ANNA.

5 *Quæstores* qui pecunias conquirebant & reponebant Græcis ταμίαι, vulgo dicimus *Tresoriers*. fuit *Quæstor* anno ab U. C. 549.

MACHANEUS.

6 *Fortissimus*] *Fortitud* est, qua ausus increpare Scipionem, quod prodigalitate continentiam corrumpi permitteret, cui Scipio, se quæstore nimium diligenti non egere respondit.

ANNA.

7 *Prætor.*] An. U. 555.

SCHOTTUS.

8 *In prætura*] Hoc aliter in MSS. est: *Ex Prætura.*

GRUTERUS.

8 Palatinus alter habet *in Sicilia prætura.*

9 Sub

tura Sardiniam [9] subegit, ubi ab [10] Ennio [11] Græcis
d IↃLIIX. literis institutus. [12] Consul [d] [13] Celtiberos domuit: 2
& ne rebellare possent, literas ad civitates singulas
misit, ut muros diruerent: Cum unaquæque sibi soli
imperari putaret, [14] fecerunt. [15] Syriaco bello [16] Tri- 3
e IↃLXII. bunus militum [e] sub [17] M' Acilio Glabrione occu-
patis

SCHOTTUS.

9 *Subegit*] Legendum ratiocinabar olim *obtinuit*, aut sic; *sortitus est*, aut *rexit*. vel *subegit* retinendum, & pro tenuit, aut rexit interpretandum: vel potius *delegit* reponerem, ut affine magis, exigente id rei veritate. nam Hispaniam citeriorem provinciam, hoc est Celtiberiam, quam Consul sortitus erat, pacasse, deque ea triumphum duxisse refert Polybius, Appianus in Hispanicis, & Latini Romanæ historiæ racematores. *Sardiniam* quidem provinciam sortitum Catonem prætorem Liv. l. XXXII. & Plutarchus Catone commemorat: *subegisse* vero nemo, quod equidem meminerim. Judicium tamen amplio. Forte hinc error natus, quod sive Cornelius Nepos, sive Æmilius Probus ita hæc prior extulisset. *Ex Sardinia Q. Ennium poëtam deduxerat, quod non minoris æstimamus, quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.* Quæ tamen non triumphasse Catonem de *Sardis* loquuntur, neque *subegisse*: nondum enim rebellasse eo tempore *Sardos* legi.

ANNA.

9 Ego puto delendam tantum vocem *subegit*, quam e glossemate natam suspicor. Nempe scripserat Victor: *In pratura Sardiniam* Elleipticῶs, subintellecto *obtinuit*, *egit*, *habuit*, &c. Quod ut moneret studiosus aliquis margini adscripsit *sup. egit*. Quod postea in textum receptum in *subegit* immutatum est.

MACHANEUS.

10 *Ennius* poëta ingenio maximus, arte carens: de quo ita Cicero in Archia: *Quare suo jure ille noster Ennius sanctus appellat poetas.* Ibi etiam: *Charus fuit Africano superiori noster Ennius: itaque etiam in sepulcro Scipionum is putatur esse constitutus.*

ANNA.

11 *Græcis literis institutus*] Imo Ennium Poëtam inde deduxit, a quo multo post *Græcis literis* senex admodum *institutus*.

12 *Consul*] Ann. U. C. 558.

13 *Celtiberos.*] Hispaniæ Tarraconensis populos. Flor. lib. II. cap. 17. *Cato ille Censorius Celtiberos, id est, robur Hispaniæ, aliquot præliis fregit.*

MACHANEUS.

13 De illis etiam Lucanus:

Profugique a gente vetusta
Gallorum Celtæ nomen miscentis Hiberis.

14 *Fecerunt*] Omnium urbium muros, quæ intra Bætim sunt amnem, a Catone uno die solo æquatos fuisse, Livius auctor est.

ANNA.

15 *Syriaco bello.*] Quod contra Antiochum gerebatur. Vide Florum lib. II. cap. 8.

MACHANEUS.

15 *Bella*, ut Servius ait, a victis nominantur.

ANNA.

16 *Tribunus militum.*] Idem Appianus, Plutarchus, Cicero. Livius vero *Consularem legatum* vocat.

SCHOTTUS.

17 *M. Acilio Glabrione*] *Manius Acilius Glabrio* scribendum ex Capitolinis Tabulis, nam apud Appianum mendose legitur Ἀ'χίνιος pro Ἀ'κίλιος.

17 Fuit

 A. U. C.

p tis [18] Thermopylarum jugis, [19] præſidium hoſtium
4 depulit. [20] Cenſor ſ L. [21] Flamininum [22] Conſularem ſ IↃLXIX.
ſenatu movit, [23] quod ille in Gallia, [24] ad cujuſ-
dam [25] ſcorti ſpectaculum, [26] eductum quendam e
5 carcere, [27] in convivio jugulari [28] juſſiſſet. [29] Baſili-
cam

ANNA.

17 Fuit Conſul cum P. Cornelio Scipione Naſica an. U. C. 562.

18 *Thermopylarum jugis.*] Thermopylæ Oetæ montis anguſtiæ juxta Maliacum ſinum. *In iis iter eſt non latius quam ſexaginta paſſus, hæc una militaris via eſt, qua traduci exercitus, ſi non prohibeantur, poſſint, ideo Pylæ (id eſt, portæ) & ab aliis quia calidæ aquæ in ipſis faucibus ſunt, Thermopylæ locus appellatur.* Liv. lib. XXXVI. cap. 15.

MACHANEUS.

19 *Præſidium hoſtium depulit*] Callidromi hiſtoriæ referunt. Cato miſſis militibus ſuis Firmianis, quib s præerat, ſpeculatorias cuſtodias regis propalavit, qui univerſum exercitum pavore fugaque conſternavere, unde Antiocho lapide icto, excuſſiſque dentibus, ac doloris acerbitate equum avertente, exercitus regius nulla ex parte impetum Romanorum ſuſtinere potuit.

ANNA.

19 Vide Liv. lib. XXXVI. cap. 15. 16. 17. &c.

20 *Cenſor.*] Cum L. Valerio an. U. 569. ætatis ſuæ 49.

SCHOTTUS.

21 *Flamininum*] Patriciæ gentis nomen, non *Flaminium*, ut vulgati.

ANNA.

21 *L. Quintium Flaminium* Livius.

SCHOTTUS.

22 *Conſularem*] Quem liber unus *Conſulem* facit, non *Conſularem.* Hoc tamen verum. Nam apud Ciceronem Cato ſeptem annis poſtquam Coſ. fuiſſet, ſenatu illum ejeciſſe narrat.

23 *Quod ille in Gallia*] Placentiæ inquit apud Livium Valerius Antias famoſam mulierem fuiſſe. Porro Livius habet, ab Roma in *Galliam* perductum Philippum Pœnum, nobile ſcortum. MSS. *in Galliam* accuſandi caſu. Sic enim habent: *quod ille in Galliam cujuſdam ſcorti ſpectaculum ejectum quemdam e carcere jugulandum juſſiſſet.*

MACHANEUS.

24 *Ad cujuſdam ſcorti ſpectaculum*] De hoc auctores variant hiſtoriam. *ſcortum* autem de utroque ſexu dicitur, quia, ut corium, ſubigatur: σκύτος corium Græce.

ANNA.

24 Livius ad *ſpectaculum ſcorti procacis:* id eſt, ut ſpectaculum ſcorto fieret, Hanc hiſtoriam fuſe Liv. lib. XXXIX. cap. 42. & 43.

SCHOTTUS.

25 *Scortum*] Pro puero meritorio, ut Sueton. Vitellio cap. 3.

26 Pro *eductum*] Pariſinus antiquus codex *vectum* legit, Agrippinenſis *vinctum.* Quid ſi legas, *e Gallia ejectum*, vel *vectum quemdam, a carcere &c.* nam Gallum transfugam fuiſſe, aut e Galliis profugum Livius diſerte ait libro XXXIX.

ANNA.

27 *In convivio.*] *Inter pocula atque epulas, ubi libare Diis dapes, ubi bene precari mos eſſet, ad ſpectaculum ſcorti procacis in ſinu Conſulis recubantis mactatam humanam victimam eſſe, & cruore menſam reſperſam.* Livius.

SCHOTTUS.

28 *Juſſiſſet*] Livius *ſua manu hominem interfeciſſe:* non per lictorem, ut Valerius Antias & Plutarchus in Catone & in T. Quinctio Flaminino.

29 *Baſili-*

cam ſuo nomine primus fecit. [30] Matronis, [g] or- 6
namenta erepta [h] [31] Oppia lege, [32] repetentibus [33] re-
ſtitit. Accuſator aſſiduus malorum, [34] Galbam [35] 7
octogenarius [i] accuſavit; ipſe [36] quadragies quater
accuſatus, glorioſe abſolutus. [37] Carthaginem de- 8
lendam [l] cenſuit. [38] Poſt octoginta annos filium 9
ge-

g ıↄLVIII.
h *Locus falſa interpunctione circumfertur*, Oppia lege petentibus reſtituit. *Inepte, & falſo.*
i ıↄC.
l ıↄCIIII. *Vide in Notis Catonis* dignitates *per annos* Conſulares *contextas.*

MACHANEUS.

29 *Baſilica*] Regium ædificium, nam *βασιλεὺς* rex appellatur. Porcia vocitabatur, cujus adhuc veſtigia exſtant, ſi famæ credimus.

ANNA.

29 E quatuor tabernis, quas emerat, erat facta.

SCHOTTUS.

30 *Matronis*] Locus mendoſus, recte nunc habet felici interpunctione: ſic antea diſtinctus: *Matronis ornamenta erepta, Oppia lege repetentibus*, quaſi dicas, *matronas* per Oppiam legem repetiiſſe jus cultus, mundumque muliebrem nimis ſumptuoſum.

ANNA.

31 *Oppia lege.*] De matronarum cultu tulit C. *Oppius* Tribunus plebis Q. Fabio, Tito Sempronio Coſſ. anno U. C. 540. *ne qua mulier plus ſemuncia auri haberet, neu veſtimento verſicolori uteretur, neu juncto vehiculo in urbe, opidove, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſa, veheretur.* Liv. XXXIV. Tacit. lib. III.

MACHANEUS.

32 *Repetentibus*] Sic legendum, non *petentibus*.

33 *Reſtitit*] bene ait, quia uſus oratione gravi ſcripta a Livio, IV. libro belli Macedonici in principio æque reſpondente L. Valerio.

ANNA.

23 Fruſtra. Nam Oppii lex abrogata, & matronis ornatus conceſſus.

SCHOTTUS.

33 Ineptius qui pro *reſtitit reſtituit* reſtituerunt præter ipſam hiſtoriæ veritatem.

MACHANEUS.

34 *Galba*] unde dicti ſunt, lege Suetonium in principio vitæ *Galbæ* Imperatoris late dicentem.

SCHOTTUS.

34 Fuit hic Servius Sulpitius *Galba*, qui prætor Luſitanos diripuit. Cujus gentis prænomen male in antiquis ſcriptoribus Cicerone, Livio, Suetonio, Nepote, aliis, in *Sergius* eſt commutatum: & in Tacito quoque, ut Juſtus Lipſius admonuit, qui propter ingenii doctrinæque præſtantiam nemini eſt paullum modo humaniori incognitus, ut Varronis uſurpem. Cum enim *Ser.* ſcriberetur, *Sergius* inde formarunt, quod eſt Catilinarum gentile nomen. Græci ſcriptores Σέρβιος Γάλβας: tametſi in Plutarcho Σεργύλιος hic reperi inemendate ſcriptum.

35 *Octogenarius*] Livius XXXIX. & Plutarchus *nonagenarium* peroraſſe ſcribunt: falſo, nam 85. annos natus mortuus eſt, auctor Cicero libro de Claris Orator. & Plinius lib. IX. cap. I.

MACHANEUS.

36 *Quadragies quater*] Idem Plinius lib. VII. de Catone affirmat.

37 *Carthaginem delendam cenſuit*] Africanas ſubinde ficus oſtentans, quas de induſtria ſub toga tulerat, inquiens: *Fundum, ex quo hæc lecta poma, trium dierum navigatione ab urbe Romana diſtare: unde e republica mihi Carthago delenda videtur.* Licet Scipione Naſica contradicente, decretum eſt a Senatu, eam everti.

SCHOTTUS.

38 *Poſt octoginta*] Aldinus codex, eumque

genuit: 39 Imago hujus, funeris gratia produci solet.

C A-

eumque sequuti: reliqui *octuaginta*. Septuagenarii viri generant, inquit Aristoteles lib. VII. Animal. & in Politicis lib. VII. cap. 15. Cato tamen *octogenarius* filium e Salonii clientis sui filia. Plinius lib. VII. cap. 13. & Solinus. Plutarchus idcirco nuptias eum contraxisse ait ὀ καθ' ἡλικίαν. Et Massanissa post *octogesimum sextum* annum filium, qui Methymnus appellatus sit. Valerius lib. VIII. cap. 14.

38 *Imago hujus, funeris gratia*] Aldinus codex *imago cujus* &c. Malo tamen *solius*, aut *unius*. *Uni* enim hoc honoris gratia tributum, ut ejus e curia *imago* in *funus* produceretur, ut auctor est Val. Max. lib. VIII. cap. 16. Unde hunc locum ut mutilum instaurare doctissimus Pighius tentavit, *imago ejus funeris gratia e curia produci solet*. Cæterum de *imaginibus*, quæ comitabantur gentilitia *funera*, lege Plinium lib. XXXV. cap. 2. & Corn. Tacitum lib. III. Annal. extremo. Visum autem fuit non abs re fore Catonis dignitates, quas multas gessit, & ætatem per annos Consulares diligenter a nobis digestam subjicere, ut facilius Plutarchus, Livius, Cicero, & Cornelius Nepos intelligantur. Nam Porciæ gentis stemma texuit egregie Agellius lib. XIII. cap. 18.

M. PORCIUS M. F. CATO CENSORIUS.

DXXI. Natus M. Aimilio Lepido, M. Poblicio Malleolo Coss. Sic enim ipse apud Ciceronem in libro de Senectute: *Anno postquam primum Consul fuerat Q. Fabius Maximus Verrucosus, qui Tarentum recepit, ego natus sum &c.* Alii DXIX. anno natum putant L. Postumio Albino, Sp. Carvilio Maximo Coss. in iis Karolus Langius, legitque: *Anno post, Consul primum fuerat, quam ego natus sum*. quæ & in veteribus se reperisse libris Aldus Manutius testatur.

DXXXIX. Annos natus XVII. primum stipendium meruit, & militavit ad Capuam sub eodem Fabio quartum Consule. *Cor. Nepos*. XIX. alii numerant, ut altero a primo consulatu Fabii anno natus sit Cato.

DXLIV. Ætatis XXIV. ad Tarentum stipendia fecit, Fabio quinctum Consule, ut ipse apud *Ciceronem de Senectute*.

DXLV. Ætatis XXV. Tribunus militum in Sicilia fuit M. Claudio Marcello V, T. Quinctio Crispino Coss. *Cor. Nepos, vel Æmilius Probus in vita Catonis*.

DXLVI. C. Claudii Neronis Cos. castra sequitur: strenuus habitus & laudatus in prælio Senensi, quo cecidit Asdrubal, exercitu Alpeis trajiciens, ut copias cum Annibale fratre conjungeret. *Corn. Nepos & Livius lib.* XXVII.

DXLVIII. Quæstor P. Scipioni Africano, in Africa proconsuli, cum quo perpetuo dissensit, & Augur, annos natus XXIIX. P. Cornel. Scipione Africano, P. Licinio Crasso Coss. *Livius* XXIX. *Annal. & Nepos*, *Cicero* vero *in Bruto & Catone* anno insequenti, Cethego & Tuditano Coss. Quem locum recta interpunctione & collocatione sanat And. Patricius in lib. II. M. Tullii de Rep. *Fabio quartum Cos. adolescentulus miles profectus sum ad Capuam, decimoque anno post ad Tarentum quæstor, quem magistratum gessi Coss. Tuditano & Cethego. Deinde ædilis, quadriennio post factus sum prætor, cum quidem ille admodum senex suasor Legis Cinciæ de donis & muneribus fuit.* Lambinus in Probum bis quæstorem fuisse existimat: non sequor, quem & in Ciceronis Catonem vide.

DLI. Quadriennio post Ædilis plebis

bis factus cum Cajo Ælio, qui male in Nepotis fragmento *C. Helvius* appellatur. *Livius libro* XXXII. *& ipse apud Ciceronem Senectute.* Agebat tum annum ætatis trigesimum primum.

DLV. Prætor quadriennio post Sardiniam provinciam obtinuit: Q. Ennium poëtam inde deduxit, a quo & post Græcas senex admodum literas didicit. *Val. Max. lib.* VIII. *cap.* 7. *Plinius lib.* VII. *cap.* 30. *D. Hieron. epist. ad Nepotianum. Liv.* XXXII. *Annal. Plutarchus* & *Nepos Cornelius in ejus vita. Cicero in Catone.*

DLVIII. Consul cum L. Valerio Flacco, quo auctore Romam e Sabinis commigrarat. Veget. l. II. cap. 3. (ut Modius quidem legit) & lib. I. cap. 8. Hic ejus abstinentia eluxit, & frugalitas. In hoc magistratu totam citeriorem Hispaniam, quæ rebellaverat, pacavit, bello ab Emporiis inchoato, adjuvante P. Manlio prætore. Matronis cultum repetentibus, Oppia lege ademptum, restitit. *Plutarchus, Livius* XXXIII. *Annal. Nepos, alii. Val. Max. lib.* IX.

DLIX. Hoc anno pro consule ex eadem provincia de Senatus sententia triumphavit, *Fasti Capitolini, Appianus Ibericis, Frontinus, Florus,* & *Zonaras.*

DLXII. Legatus (ut Cicero memoriæ vitio, Tribunus militum) Manii Acilii Glabrionis Consulis, occupatis Thermopylarum jugis præsidium hostium depulit. *Cicero in Catone Majore, Livius lib.* XXXVI. *Appianus, Plutarchus, Justinus lib.* XXXI. *Festus in Ordinarium, & Sosipater* ex oratione dierum dictarum de Consulatu suo: *Item uti a Thermopylis atque ex Asia maximos tumultus maturissime disjeci atque consedavi.* Idemque Cato in ea quam scripsit de suis virtutibus contra Thermum: *M. Fulvio Consuli legatus sum in Ætoliam: propterea quod ex Aetolia complures venerant, Ætolos pacem velle.* Festus in *Oratores. Auctor hic de viris illustribus.*

DLXIX. Ætatis XLIX. Censor gravissimus cum L. Valerio Flacco rursum. L. Quinctium Flamininum, Titi fratrem Senatu movit, & in ærarium redegit. Luxuriam hominum repressit, quæ incipiebat pullulare. In quo honore quod tam severe præfuisset, *Censorius* est appellatus. *Livius* XXXIX. *lib. ab U. C. Plutarchus in Catone, Capitolini lapides, Val. Max. lib.* II. *cap.* 9. *& lib.* IV. *cap.* 5. *Corn. Nepos & Cicero in Bruto & Catone. Seneca Rhetor. Controvers.* 25.

DC. Octogenarius jam Servium Sulpitium Galbam, qui Lusitanos Prætor diripuit, vehementi oratione accusavit. *Livius lib.* XXXIX. *Plutarchus* & *Auctor noster de viris illustribus. Val. Max. l.* III. *cap.* 7. non ut Livius l. XXXIX. & Plutarchus nonagenarius.

DCIV. Initio tertii belli Punici Karthaginem nova molientem delendam censet, certatque in ea sententia de Reip. salute & commodo cum Scipione Nasica, qui servandam urbem censebat, ne otio in luxum juventus Romana dilaberetur. Pervicit tamen sententia Catonis. *Livius, Florus, Auctor hic de viris illustribus.*

DCV. Hoc anno mortuum suspicor, octoginta quinque annos natum: Coss. P. Censorino & M. Manlio. *Vell. Paterculus. Cicero de claris Oratoribus & Plin. lib.* XIV. *cap.* 4. *Natur. hist.* Plutarchus vero & Livius nonagenario majorem faciunt, sed falluntur: pace eorum dixerim.

1 *Copiis*

CAPUT XLVIII.

ARGUMENTUM.

In Italiam trajicit Asdrubal. Asdrubalem cum Livio collega vincit, Asdrubalisque caput ante vallum Annibalis projicit, & ovans urbem introit C. Claudius Nero.

1 ASDRUBAL frater Annibalis, ingentibus [1] copiis [2] in Italiam [a] trajecit: [3] actumque erat de Romano imperio, [4] si jungere se Annibali potuisset:
2 Sed Claudius Nero, qui [5] in Apulia cum Annibale castra conjunxerat, [6] relicta in castris parte, cum [7] delectis ad Asdrubalem properavit, & se [8] Livio collegæ [9] apud Senam opidum [10] & [b] Metaurum flumen conjunxit: amboque [11] Asdrubalem vicerunt. Nero

a IOXLVI.

b *Livius lib.* XXVII. *Valer. lib.* V *Horat.* IV. *Od.* 4.

MACHANEUS.

1 *Copiis.*] Exercitu. nam in singulari abundantiam & facultatem indicat, licet Sallustius dixerit profecto: *Ex omni copia Catilinæ.*

ANNA.

2 *In Italiam trajecit.*] Alpes transierat ann. U. C. 546.

3 *Actumque erat.*] Idem Florus lib. 2. cap. 6. p. 3. *Actum erat procul dubio, si vir ille se cum fratre junxisset.*

SCHOTTUS.

4 *Si conjungere Annibali copias potuisset.*] Reposui quod non solum in MSS. omnibus est, verum etiam antiq. Paris. & Colon. suadente & ratione, ne eadem vox inutiliter repetatur.

ANNA.

5 *In Apulia.*] Imo in *Lucania* ad urbem Grumentum.

MACHANEUS.

6 *Relicta parte.*] Cum Q. Catio legato.

7 *Delectis.*] Sex millibus peditum, & mille equitibus.

SCHOTTUS.

7 Sic hactenus editi, quos mihi videre contigit. MSS. *electis.* Scribe *dilectis* tertia vocali, ut docet Festus lib. IV. de verb. signific.

ANNA.

8 *Livio.*] M. Livio Salinatori.

9 *Apud Senam opidum.*] In Brutiis juxta mare Adriaticum, a Gallis *Senonibus* conditum, unde & *Sena Gallica* dictum.

SCHOTTUS.

9 *Senogalliam* Plinius lib. III. cap. 24. Nat. hist. appellat. Est vero a Gallis *Senonibus* urbs condita, quos constat juxta Adriaticum mare sedes habuisse: auctor Polybius lib. II. Unde M. Tullius in Bruto hoc prælium *Senense* vocat; *Ludis*, inquit, *Juventutis, quos Salinator Senensi prælio voverat.*

10 *Et Metaurum flumen.*] MSS. *Metaurumque fluvium.* Mediolanensis *Methaurum* scribit cum spiritu. Est autem fluvius in Umbria non longe ab opido Sena.

MACHANEUS.

10 Descendit in Adriaticum sinum, haud longe a Fanestri colonia.

11 *Asdrubalem.*] Qui, ut patre Hamilcare, & Hannibale fratre dignum erat, pugnans cecidit, redditaque est clades Cannensis per caput Hasdrubalis. Petrarcha: *Claudio Nerone che el capo de Hasdrubale presento al fratello aspero & feroce*

c *Vulg.* venerat.

Nero regressus [12] pari celeritate qua [c] [13] iverat, [14] ca- 3
put Asdrubalis ante vallum Annibalis projecit: [15] Quo 4
ille viso, vinci se [16] Fortuna Carthaginis confessus
est. Ob hæc [17] Livius [18] triumphans, Nero [19] ovans, 5
urbem introierunt.

si che de doglia gli fece voltar le spalle. Causa ruinæ *Hasdrubalis* fuere legati cum literis a fratre ad Hannibalem missi, qui incertis itineribus Tarentum delati, & capti, ad Claudium Neronem perducti fuere, unde Consul, admonito Senatu, nocturno profectus tempore & diurno, quantis maximis potuit itineribus, tacite ad Senam Galliam, ubi castra M. Livii erant, properavit: qui silentio egressi, a suis quisque ordinis hominibus ad tentoria adducti cum summa omnium lætitia hospitaliter excipiuntur.

ANNA.

12 *Pari celeritate.*] Nam die sexta post pugnam in castra rediit.

SCHOTTUS.

13 Pro *Venerat* in antiquis scriptis *iverat*, melius.

14 *Caput Asdrubalis.*] Exemplum hujus ferociæ & animi aliquo modo insultantis hostibus apud Homerum de Ajace Oilei F. caput Imbrii abscissum conjiciente in mediam aciem Trojanorum, quod forte cecidit ante pedes Hectoris. Iliad. I. Pet. Victorius variarum lectionum lib. XXVII. cap. 22.

ANNA.

15 *Quo ille viso.*] Florus loco supra, pag. 64. *Certe Annibal re cognita, quum projectum fratris caput ad sua castra vidisset: agnosco,* inquit, *infelicitatem Carthaginis.*

16 *Fortunâ.*] Nota in malam partem, *Le malheur.*

SCHOTTUS.

17 *Lucius.*] Appellatur in Consularibus Fastis *M. Livius* Salinator II. Consul cum C. Claudio Nerone. Tametsi vero Neronis opera & industria victoria parta erat; quia in provincia Salinatoris, illi triumphum a senatu decretum libens volensque reliquit. M. igitur Livium quadrigis urbem invectum milites sequebantur: Claudius equo sine militibus ingrediebatur. T. Livius lib. XXVII. Val. Max. lib. V. cap. I. Horatius quoque lib. IV. Oda. 4. ut poëtarum suavitas hæc temperet.

Quid debeas o Roma Neronibus,
Testis Metaurum flumen, & Asdrubal
Devictus, & pulcer fugatis
Ille dies Latio tenebris.

Sequitur ad extremum.

Nil Claudiæ non perficient manus,
Quas & benigno nomine Jupiter
Defendit, & curæ fugaces
Expediunt per acuta belli.

MACHANEUS.

18 *Triumphans.*] Triumphus quasi τρίαμβος: exercitus carmine jambico sequebatur, cantans vero lingua Sabina fortem indicat.

19 *Ovans.*] Equo albo insidens, myrteaque corona insignitus, cæsis ovibus, nam triumphante aliquo tauri mactabantur. inde vocabulum, licet alii a voce, ovationem dictam ajunt, de quibus alias.

CAPUT XLIX.

ARGUMENTUM.

Jovis filius creditur, patrem servat, juvenes Italiam deserere cupientes compescit, Carthaginem novam capit, virginem pulcerrimam patri ac sponso restituit, Asdrubalem Magonemque Hispania expellit, amicitiam cum Syphace conjungit, Massanisam in societatem recipit, in Africam classe trajicit, Asdrubalis & Syphacis castra perrumpit, Annibalem superat, repetundarum accusatur, in voluntarium exsilium concedit, & moriens corpus suum Romam referri non vult P. Cornelius Scipio Africanus.

1 PUBLIUS Scipio [1] ex virtutibus [2] cognominatus [3] Africanus, [4] Jovis filius [a] [5] creditur: nam antequam conciperetur, [6] serpens in lecto matris ejus apparuit. & ipsi parvulo [7] draco circumfusus, nihil
2 nocuit. In Capitolium intempesta nocte [b] [8] eunti
3 numquam [9] canes [10] allatraverunt. [11] Nec hic quidquam prius

a IƆXVII *natus.*

b quid. l. eunte n. ca. latrav.

SCHOTTUS.

1 *Ex virtutibus.*] MSS. *ex virtute.*

2 *Cognominatus.*] *Agnominatus* alii. MSS. *dictus.*

ANNA.

3 *Africanus.*] A devicta *Africa.*

SCHOTTUS.

4 Primus a devicta provincia nomen retulit.

5 *Creditur.*] MSS. *creditus*: Jovis autem filium *creditum* fuisse auctor Plin. lib. XVI. cap. 43. Livius lib. XXVI. Val. Max. lib. I. cap. 2. vide & Agellium lib. VII. cap. I.

ANNA.

6 *Serpens.*] Quem genium Jovis esse putabant. Vid. Gell. lib. VII. cap. I. Valer. Max. lib. I. cap. 2.

MACHANEUS.

7 *Draco.*] Sacrorum peculiariter a δέρκομαι, id est, aspicio, quia visus est acuti.

GRUTERUS.

7 De *draconibus* istis innoxiis, qui *nec fugiunt homines, nec vulnere lædunt*, diximus nimium multa libro I. Suspicionum cap. 18. ubi adsertores veniebamus veritati historiæ Suetonianæ, ubi inquiebat Tiberii capite LXXII. *Erat ei in oblectamentis serpens draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, cum consumptum a formicis invenisset; monitus est, ut vim multitudinis caveret.*

SCHOTTUS.

8 *Eunti.*] *Euntem* Parisinus. MSS. *eunte.* Varronem etiam *Allatr* cum dandi casu conjunxisse scio. Et Plautus etiam Pœnulo accusandi casu:

Etiam me meæ allatrant canes.

GRUTERUS.

9 *Canes.*] Qui ei nimirum templo custodes, uti non uno exemplo ostendi in Suspicionibus.

SCHOTTUS.

10 *Allatraverunt.*] MSS. *latraverunt.*

MACHANEUS.

10 Quasi in belluis ratio aliqua divinitus infusa sit, vel providentia divina: omne enim bonum datum descendens a patre luminum, licet verum bonum ethnici illi ignorarent.

ANNA.

11 *Nec hic quidquam.*] Liv. 26.

prius cœpit, quam [12] in cella Jovis diutissime sedisset, quasi divinam mentem [13] acciperet. Decem & 4
c IↃXXXV. octo [c] annorum [14] patrem [15] apud Ticinum singulari
d IↃXXXVII. virtute servavit. [16] Clade [d] Cannensi nobilissimos ju- 5
venes, Italiam deserere cupientes, [17] sua auctoritate
compescuit. [18] Reliquias incolumes per media ho- 6
stium castra [19] Canusium perduxit. [20] Viginti 7
qua-

11 *Ex quo togam virilem sumpsit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque ædem consideret, & plerumque tempus solus in secreto ibi tereret.* Ubi *ædem* vocat Livius quam noster *cellam*.

12 *In cella Jovis.*] ἐν Διὸς σηκοῖς Anacreon diceret. σηκὸς proprie *septum ovium*; sed quia apud veteres simulacrum Dei, cui templum sacratum erat, in medio collocabatur, non autem ut hodie fit, in remotiori seu interiori ædium sacrarum parte; Et quia ille locus paullo editior erat & undique circumseptus, ideo σηκὸν, quod per se nihil aliud est quam *septum ovium*, pro ea parte templi sumebant, in qua Dei simulacrum collocabatur, & hoc est quod *cellam Jovis* vocat Victor. Deorum autem simulacra in medio templorum fuisse illud Virgilii satis probat:

In foribus Divæ media testudine templi;

Quo enim modo *in media testudine templi* fuisset Dido, si *in foribus Divæ*. Sed fores Divæ, hoc loco sunt fores τοῦ σηκοῦ, fores cellæ, loci nempe ejus in quo Divæ simulacrum. Inde etiam est quod alibi legas,

In medio mihi Cæsar erit.

Eo enim loco de templo struendo agitur. Sed res argumentis & exemplis non eget. Pater meus suis in Anacreontem notis.

SCHOTTUS.

13 *Accepisset.*] *Acciperet* MSS. melius.

MACHANEUS.

14 *Patrem.*] Vide superius in Hannibale.

ANNA.

15 *Apud Ticinum.*] Supra in Annibale. Vide Liv. lib. XXI. cap. 46.

16 *Clade Cannensi nobilissimos juvenes.*] Sed Canusii erat Scipio cum juvenes illos compescuit. Sic igitur ordinanda verba sunt, ut & optime Schottus monuit: *Clade Cannensi reliquias incolumes per media hostium castra Canusium produxit. Nobilissimos juvenes Italiam deserere cupientes, sua auctoritate compescuit.* Vide Liv. lib. XXII. cap. 52. & 53. Ubi reliquias non a Scipione, sed a Sempronio Tuditano perductas dicit.

MACHANEUS.

17 *Sua auctoritate compescuit.*] Immo, Livio teste, stricto super capita deliberantium ferro, juravit pro hoste habiturum eum, qui in verba sua non jurasset, effecitque uti omnes minime relictum iri a se Italiam jurejurando adstringerentur.

SCHOTTUS.

18 *Reliquias.*) *Reliquos* MSS. non *Reliquias*, ut *juvenes* ἀπὸ κοινοῦ intelligas.

ANNA.

19 *Canusium.*) Opidum paullo infra Cannas, juxta Aufidum fluvium.

MACHANEUS.

20 *Viginti quatuor annorum.*) Primoribus talem provinciam aspernantibus, ipse prosiliens ingenti voce professus est libenter iturum.

ANNA.

20 Idem Livius lib. XXVI.

20 Pra-

quatuor annorum [21] Prætor in Hispaniam [e] missus, [22] Carthaginem [f] [23] novam, [24] qua die venit, [25] ce-
8 pit. [26] Virginem pulcerrimam, ad cujus [27] aspectum [28] concurrebatur, [29] ad se vetuit adduci, patrique
9 [g] ejus [30] ac sponso [31] restitui jussit. Asdrubalem Magonemque, fratres Annibalis, Hispania [h] [32] expulit:
10 Amicitiam cum Syphace [33] Maurorum Rege [i] [34] conjunxit.

[e] DXLII.
[f] τὸ novam a veteri est.
[g] MSS. summo consensu: patrique ejus sponsor astitit. *Vide Not.*
[h] IↃXLVII.
[i] IↃXLVII.

MACHANEUS.

21 *Prætor.*) Pro consule in castris: namque prætor imperator dicitur.

ANNA.

22 *Carthaginem.*) Ad maris interni littus.

SCHOTTUS.

23 *Novam.*) Amplius veteres libri, ut ab Africana distinguatur. Illa Σπαρταγένη est Appiano Alexandrino, qui eam turpi errore cum Sagunto confundit. Vide Geographos.

MACHANEUS.

24 *Qua die venit.*) Compertum habens stagnum maris alluens Carthaginem æstu maritimo decrescere: & vado transiri posse, unde ad murum facilius esset accessus; itaque captata occasione in urbem per eam partem minime suspectam ascenderunt Romani, duobus militibus corona murali donatis. Igitur opidani, ac auxiliares re inopinata consternati mœnia deseruere.

ANNA.

25 *Cepit.*) *Eodem quo obsessa est die, capta est.* Florus. Vid. Liv. lib. XXVI.

MACHANEUS.

26 *Virginem pulcerrimam.*) Quam custodiri fecit, & Lucio principi Celtiberorum desponsatam, eo accito, integram inviolatámque restituit.

SCHOTTUS.

27 *Aspectum.*) *Conspectum* Coloniensis.

28 *Concurrebatur.*] *Accurrebatur* Mediolanensis.

ANNA.

29 *Ad se vetuit adduci.*) Imo ad eum adducta. Liv. lib. XXVI. cap. 50. *Captiva deinde a militibus adducitur ad eum adulta Virgo, adeo eximia forma, ut quacumque incedebat, converteret omnium oculos. Scipio percunctatus patriam, parentesque*, &c.

SCHOTTUS.

30 *Ac sponso.*) Bene habet lectio: fit tamen nescio quomodo, ut non calamo solum sed & typis scripti codices antiqui constanter legant: *sponsor*. *Sponsi* & Plutarchus & Livius meminere, hic *Albucium*, ille *Lucejum*: ut & Front. lib. II. cap. II. Celtiberorum principem nominat. Valerius Maximus *Indibilem* lib. IV. cap. 3.

31 *Restitui jussit.*) Iidem libri legunt *astitit*.

ANNA.

32 *Expulit.*) Asdrubalem fugavit, Magonem cepit an U. C. 546.

MACHANEUS.

32 Captis etiamnum Asdrubalis castris, eoque fugiente paucis cum militibus.

SCHOTTUS.

33 *Maurorum.*) Masæsulorum Rex fuit Syphax, tenuit tamen Mauritaniam, eam quæ nova dicta est, a Mulucha ad Ampsagum: cum vetus a freto ad Mulucham protenderetur, quæ Bocchi imperio paruit, cujus in Druso mentio.

MACHANEUS.

34 *Conjunxit.*) Nam quum Hasdrubal Gisgonis filius & Scipio ad eum

junxit. [35] Massanisam in societatem recepit. [36] Vi- 11
l IↃXLIIX. ctor domum regressus, [37] Consul ante annos fa-
ctus, concedente collega in Africam classe trajecit.
m IↃL. [38] Asdrubalis [m] & Syphacis [39] castra una nocte [40] per- 13
n IↃLI. rupit. [41] Revocatum ex Italia Annibalem [n] [42] supe- 14
o IↃLII. ravit. Victis Carthaginiensibus [43] leges [o] imposuit: 15
p IↃLXIII. Bello Antiochi [p] [44] legatus fratri fuit. captum 16
[44] filium

eum hospitaliter venisset pro re publica sua petitum: prætulit amicitiam Romanorum Punicæ.

SCHOTTUS.

35 *Masinissa.*) Scriptura vulgata. In Sallustii MSS. varie pingi observavi, alii *Massinissam*, alii *Masinisam*. quidam *Maxinissam*. quod x tantundem valeat. Scribo *Massanisa*.

MACHANEUS.

35 Hic nepote ipsius adolescente in Hispania jure belli capto liberaliter ad Regem gratis cum donis misso ab ipso Scipione, usque ad extremum senium amicitiam cum populo Romano servavit.

ANNA.

35 Galæ Numidarum Regis filium.

MACHANEUS.

36 *Victor domum regressus.*) Datus est ei senatus extra urbem in æde Bellonæ, inde ingressus cum Licinio Crasso Consul creatus est.

ANNA.

37 *Consul ante annos.*) Consularis annus erat XLIII. vel certe XLII. quem satis erat attigisse. *Ante annos* igitur *Consul* fuit Scipio, quia vix tunc ad trigesimum annum pervenerat.

SCHOTTUS.

38 *Asdrubalis.*) *Annibalis* quidam codices, quod ideo immutarunt quidam, quod anno IↃXLVI. *Asdrubalem* fratrem Annibalis capite truncatum vidissent. At hic alius *Asdrubal*, qui filiam Syphaci uxorem dederat, qua causa hic Scipionis amicitiæ nuntium remisit.

MACHANEUS.

39 *Castra.*) Noctu utriusque castris injecto igni, quæ, altera e lignis, altera ex harundinibus confecta erant, Syphaxque captus a Cajo Lælio, & Massanisa ad eum perducitur.

SCHOTTUS.

40 *Perrupit.*) Quidam codices *prorupit*, alii *prærupit*. utraque castra uno die Scipio incendit & delevit: cæsa flammisque absumpta ad XL. millia hominum: capti supra sex millia.

ANNA.

41 *Revocatum ex Italia Annibalem.*) Vide supra in Annibale.

MACHANEUS.

42 *Superavit.*) Apud Zamam urbem, apud quam victores Romani hostium elephantes equites in fugam verterunt: deinde acrius inferentes pedem totam aciem in fugam verterunt: cæsa e Carthaginiensibus quatuor millia feruntur.

43 *Leges imposuit.*) Jussis cremari quingentis navibus, utque centum talenta arbitratu Scipionis tunc solverent: & ut in annos sexaginta millia talentorum argenti æquis pensionibus solverent: & multa alia: Pacis autem formulam lib. x. secundi belli Punici curiose apud Livium perleges.

ANNA.

44 *Legatus fratri.*) Publius Cornelius Scipio Africanus fratris sui Lucii Cornelii Scipionis Asiatici, cui bellum Syriacum mandatum, legatus esse voluit. Florus lib. II. cap. 8. *Tum Consule Scipione, cui frater, ille modo Victor Carthaginis*

Africanus

17 [45] filium gratis recepit. [46] A [q] Petilliis [47] ac Nævio Tribunis plebis [48] repetundarum [49] accusatus, librum rationum [50] in conspectu populi scidit: [51] Hac die, inquit,

q ɔɔLXVI. *Male vulg.* A Petilio Actæo Tribuno pl.

Africanus, voluntaria legatione aderat.

MACHANEUS.

44 Cum senatus magis inclinaret, ut alteri Consuli Cajo Lælio negotium Antiochi daret; Publius Africanus surgens & in fratre suo summam virtutem esse, summumque consilium, neque se ei legatum defuturum affirmavit.

45 *Filium gratis accepit captum.*) Ab hostibus: patri infirmo misit, animum ejus solicitum, & corpus ægrum magnopere recreavit.

ANNA.

45 Et hoc postea ei quasi crimen inimici objecere.

MACHANEUS.

46 *A Petiliis.*) Plutarchus, duo Quinti *Petilii* Tribuni plebis Porcii Catonis, ut quidam suspicantur, opera concitati diem Africano dixere insimulantes pecuniæ a Rege Antiocho acceptæ; & non in publicum redactæ.

SCHOTTUS.

47 *Actæo.*) Locus mendosus. vidit id ante nos Lycosthenes, ne quem sua laude fraudemus. Corrige *A Petiliis ac Nævio.* Scidæ n. membraneæ nihil hic nos adjuverunt, corruptæ, & ipsæ legentes *A Petilio Atejo.* Parisinus *a Petilio Altejo.* Vascosanus *A Petilio Teo.* Livius vero XXXVIII. Annali & Agell. lib. IV. cap. 18. Attic. lucubrationum ex Valerio Antiate bis accusatum fuisse referunt. Plutarchus item in Catone & Apophthtegmatis Πετιλλίους numero multitudinis vocat, & duos fuisse, auctor in Syriaca Appianus. O iniquam sortem bene de R. P. merentium! quam & expectare & experiri solent, qui scriptis in vulgus editis prodesse student quam plurimis, dum quisque de aliorum laboribus temere pronuntiat, vellicat, pro nihilo ducit ipse silentio inscientiam suam caute tegens. Præstet alioqui majora: aut si id non potest, aliorum conatus cur ingrate traducit? Mirum profecto, ut ad rem redeam, & Porcium Catonem gravissimum alioqui censorem, Scipioni Africano tam infestum fuisse: quibus narrandis a Livio diversus abit Nepos Cornelius in vita Catonis, quod libri secundi de viris illustribus fragmentum reliquum est. Cæterum, ne quem offendat, *Petilliis* liquida geminata scripsi ex consuetudine Græca, Appiani in Syriaca, Plutarchi in Catone & Apophthegmatis.

ANNA.

47 *An Nævio* forte scripserat Victor: Ita enim Liv. XXXVIII. 56. *Non de accusatore convenit. Alii Nævium, alii Petillios diem dixisse scribunt.*

48 *Repetundarum.*) Accusari dicebatur is a quo socii pecunias sibi contra leges ereptas repetebant.

49 *Accusatus.*) Anno U. C. 566.

50 *In conspectu populi.*) Livius hoc in senatu, non in conspectu populi a Scipione factum dicit lib. XXXVIII. cap. 55.

51 *Hac die inquit.*) Hæc dixit Scipio, cum citatus reus ad rostra subiisset. *Hoc*, inquit, *die Tribuni plebis, vosque Quirites, cum Annibale & Carthaginiensibus signis collatis in Africa bene ac feliciter pugnavi. Ego hinc extemplo in Capitolium ad Jovem Opt. Max. Junonemque & Minervam, cæterosque Deos qui Capitolio atque arci præsident, salutandos ibo*, &c. Vide Liv. cap. 51.

SCHOTTUS.

52 *Quasi bonum factum.*) In MSS. Compendio scriptum erat *qm*, quod forte valet *quoniam*. alter codex *quare.* Ego vero illud abjudico, tamquam glossarion, ab iis adjectum,

r Editi, Quasi bon. *sed glossema. quid si* Bon. factum si in Cap. *legas? vide si vacat, Notas.*
s CIↃLXVIII.

inquit, Carthaginem vici: *r* [52] Bonum [53] factum: in Capitolium [54] eamus & Dis supplicemus. Inde 18
in voluntarium exsilium [55] concessit: ubi reliquam egit ætatem. [56] Moriens *s* ab uxore petiit, ne cor- 19
pus suum [57] Romam referretur.

adjectum, qui hanc formulam hactenus ignorarunt, & QUARE repono ex Valerii Probi Notis Q. B. F. i. QUARE BONUM FACTUM. probaturque T. Livii lib. XXXVIII. verbis & Valer. Max. lib. III. cap. 7.

53 *Bonum factum.*) Est bene precantis formula, in judiciis usurpari solita, & edictis fere boni ominis caussa proponebatur. Sueton. in Cæsare, cap. 80. *Peregrinis in Senatum adlectis, libellus propositus est: Bonum factum, ne quis Senatori novo Curiam monstrare velit.* In Vitellio cap. 14. *Bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem Calendarum diem usquam esset.* Ubi *fatum* quidam legunt, quod de Genethliacis & Chaldæis sermo sit: non probo. Plautus quoque Pœnulo:

Bonum factum est, edicta ut servetis mea.

Et:

Bonum Hercle factum, pro se quisque ut meminerit.

Eodem pertinet illud Tertulliani: *O edictum cui adscribi non poterit, Bonum factum.* Vide Isidorum Etymol. lib. I. cap. 22. Fuit qui legendum putaret *Bonum faustum*, ut *purus putus, utor fruor, velit nolit, factis dictis, terra mari*, similiaque infinita sine copula efferimus. Est n. formula bene precandi & auspicandi aliquid, *Quod felix, seu bonum, faustumque sit Reipublicæ* &c. Sueton. in Octaviano cap. 58. & in Nerone cap. 37. *Quod bene vertat* &c. Nihil tamen demuto.

MACHANEUS.

54 *Eamus.*) Concio universa relictis solis magistratibus eum per omnia templa consequuta est.

SCHOTTUS.

55 *Concessit.*] Liternum. Ruri enim a strepitu vulgi vivere maluit. Sic Plutarchus & Strabo. Livius vero lib. XXXVIII. Romæ mortuum ait. At lib. XLV. Literni domum ejus fuisse.

ANNA.

55 Liternum littoralis urbs Campaniæ.

56 *Moriens.*) An. U. C. 569.

57 *Romam referretur.*) Eum tamen quidam Romæ mortuum credidere. Et incertum ubi mortuus sit ait Liv. lib. XXXVIII. *Non de anno*, inquit, *quo mortuus sit: non ubi mortuus, aut elatus sit, alii Romæ, alii Literni & mortuum & sepultum: Utrobique monumenta ostenduntur, & statuæ. Namque & Literni monumentum, monumentoque statua superimposita fuit; quam tempestate disjectam nuper vidimus, & Romæ extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuæ sunt: quarum duæ Pub. & L. Scipionum dicuntur esse, tertia Poëtæ Q. Ennii.* Sane illi Q. Ennius Epitaphium posuit.

Hic est ille situs, cui nemo, civi neque hostis
Quivit pro factis reddere operæ pretium.

CAPUT L.

ARGUMENTUM.

De Illyriis consul triumphat, peculatus reus condemnatur, cum collega Claudio Nerone inimico suo iterum consul amicitiam jungit, Asdrubale victo triumphat, tribus censor ærarias facit, & stipendio privat M. Livius Salinator.

1 LIVIUS [1] Salinator [2] primo Consul [a] de [3] Illyriis triumphavit: [4] tandem ex invidia [5] peculatus [6] reus, ab omnibus [7] tribubus, excepta [8] Metia,
2 condemnatus. [9] Iterum cum Claudio Nerone inimico suo [b] Consul, ne Respublica discordia male administraretur, amicitiam cum eo [10] junxit, [11] & [c] de victo

a IↃXXXIV.
b IↃXLVI.
c Et de Asdrub. *Vulg.* & injunxit.

SCHOTTUS.

1 *Salinator.*] *Salinatoris* cognomen illi datum, quod Censor vectigal novum ex annona *salaria* populo Romano imposuerit. Livius lib. XXIX. 37. *Salinas* primum instituisse, & populo *salis* modia sex millia in congiario dedisse Ancum Martium, auctor Plinius libro XXXI. cap. 7. & supra cap. 5. Post exactis Regibus, vectigal illud sublatum. Livius lib. II. ab U. C. Sed *Salinator* in Censura iterum imposuit: ut dixi.

MACHANEUS.

1 Id fecit quia a populo condemnatus fuerat.

ANNA.

2 *Primo Consul.*] An. U. C. 534.

SCHOTTUS.

3 *Illyricis.*] Non *Illyriis* quidam, ut in MSS. fere *Philippii campi* pro *Philippicis*, ut infra in M. Bruto admonui.

MACHANEUS.

3 Dicti sunt, auctore Appiano, ab *Illyrio* filio Polyphemi, quos nunc Sclavonos vocant.

ANNA.

3 Sub extremis Alpium radicibus inter Arsiam Titiumque flumen per totum Adriani maris littus effusi: iis imperabat Demetrius Pharius.

SCHOTTUS.

4 *Tandem.*] In MSS. erat, *tamen*, unde *tandem* scribendum vidi, quod error ille ex compendiis literarum sit natus.

MACHANEUS.

5 *Peculatus.*] Publicæ pecuniæ subreptæ, nam id *peculari* & *depeculari* signant; inde *depeculatores*.

ANNA.

5 *Peculatus*, ut ait Festus, *furtum publicum dici cœptum est a pecore, quia ab eo initium ejus fraudis esse cœpit, siquidem ante æs aut argentum signatum ob delicta pœna gravissima erat duarum ovium & triginta boum.*

MACHANEUS.

6 *Reus.*] Fabio teste, de cujus re agitur; dicitur.

7 *Tribubus.*] De quibus superius in Romulo.

ANNA.

8 *Metia.*] Livius *Mœciam* vocat *infr.* §. 13. & Festus: *Mœcia tribus a quodam Castro sic appellata.*

9 *Iterum Consul.*] An U. C. 546.

SCHOTTUS.

10 *Injunxit.*] Sincera lectio MSS. *junxit.* *injungere* enim aliud significat. Exemplum, me Hercle, memorabile, quod utinam imitarentur nostri Principes in R. P. administranda, ut privata odia publicis utili-

d IↃXLIX. cto Asdrubale [12] triumphavit. [13] Censor [d] cum eodem collega omneis tribus, excepta Metia, [14] ærarias fecit, [15] stipendio privavit, eo crimine, quod aut prius se injuste condemnassent; aut postea tantos honores non recte tribuissent.

utilitatibus remittant, uti lib. I. Annal. Tacitus ait. Vide Plutarchum in Politicis de his præcipientem. Simile de P. Popillio apud Justinum lib. XXXIV. quem C. Popillium vocat Livius.

11 *Et de victo Asdrubale.*] *Victo* addidi auctoritate librorum veterum: alii *&* *victo Asdrubale.*

MACHANEUS.

12 *Triumphavit.*] Vide in capite Hasdrubalis.

ANNA.

13 *Censor.*] Liv. lib. XXIX. cap. 37. *Deinde M. Livius* (Salinator) *in ærarium venit & præter Mæciam tribum, quæ se nec condemnasset, neque condemnatum aut Consulem aut Censorem fecisset, populum Romanum omnem, quatuor & triginta tribus ærarias reliquit. Quod & innocentem se condemnassent & condemnatum Consulem & Censorem fecissent, neque infitiari possent, aut judicio semel, aut comitiis bis ab se peccatum esse.*

MACHANEUS.

14 *Aerarias fecit.*] Condemnavit, ut denarios solverent.

ANNA.

14 *Ærarium* aliquem facere vel relinquere dicebatur censor, cum eum referebat in numerum capite censorum, ut pro capite statutam pecuniam solveret.

MACHANEUS.

15 *Stipendio privavit.*] Livium libro nono secundi belli Punici apte hanc materiam scribentem percurre.

SCHOTTUS.

15 *Stipendiis privavit* libri veteres. Suetonius in Tiberio initio refert universas tribus levitatis notatas in Censura Livii.

CAPUT LI.

ARGUMENTUM.

Macedoniam consul sortitur, Philippum Regem fundit, castrisque exuit, Græcos liberos pronuntiat, ad Prusiam, Annibalem repetiturus, mittitur T. Quinctius Flamininus.

a Flaminius *vulg.*
b *Falso: quare uncis inclusi.*

TITUS Quinctius [a] Flamininus, [1] (Flaminii, [b] qui apud I

SCHOTTUS.

1 *Flaminii qui apud.*] Quæ parenthesi inclusi non huc pertinent, adeoque inculcata esse ab aliquo credo. Si id non impetro, non possum ab errore vindicare auctorem. *Flamininus* enim quo de hic agitur, e gente Quinctia patricia fuit, cujus *Flaminini* cognomen est, *C.* vero *Flaminius*, e Flaminia plebeja. Hoc amplius, quidam codex male *Q.* prænomen adscripserat, officiose nimis, cum *Caji* fuerit ejus, qui ad Trasimenum interfectus est. Plutarchus etiam ubique

apud Trasimenum periit, filius,) [2] Consul [c] Ma- c IↃLV.
cedoniam sortitus, ducibus [3] Caropis principis pastoribus, provinciam ingressus, Regem Philippum
2 [4] prælio [d] fudit, castris exuit. Filium ejus [5] Deme- d IↃLVI.
trium obsidem accepit: quem pecunia [6] multatum in
3 regnum restituit. [e] A [7] Nabide quoque Lacedæmo- e IↃLVIII.
nio

que corrupte Φλαμίνιον vocat, nisi operarum error.

ANNA.

2 *Consul.*] An. U. C. 555. decimo sexto post incœptum bellum. Vide Flor. lib. II. cap. 7.

SCHOTTUS.

3 *Caropis.*] Varie scribitur in antiquis libris. *Charopæ* MSS. prima inflexione, alii *Charopes* & *Carope*, Gryphius *Charopis* cum spiritu. Assentior Vascosano, qui *Caropi* excudit secunda declinatione. Plutarchus enim sic, nisi me fallit memoria, appellat. Nec mirum in peregrinis ita variatum, cum in domesticis & Romanis nominibus ita libri pugnent.

ANNA.

3 Secunda inflexione *Charopus*, *Charopi.* Si locus mendo caret. Verum & sic recte *Charops*, *Charopis.* Χάροπα Plutarchus & Polybius: imo & sic melius, quidquid Schottus & alii.

MACHANEUS.

3 Et reliqua, solers lector, in vita Titi Flaminini evolvere poteris.

4 *Prælio fudit.*] Ante annos triginta sexto die Regem Philippum prælio fudit. Plutarchus scribit, siquidem Philippus, cum teneret cacumina phalange, undique missilium atque sagittarum ictibus Romanos petebat: accedunt inter pastores quidam indigenæ, qui per quosdam neglectos ab hostibus anfractus exercitum sese ducturos & tertio demum die in summis constituere montibus pollicentur, fidei vero cognitionem, infirmationemque præstitere.

ANNA.

4 Vide Livium lib. XXXII. & XXXIII.

MACHANEUS.

5 *Demetrium.*] Plutarchus: verum Titus eum regno Macedoniæ restituto; a Græcia jussit abstinere, mille talentis tributi nomine, & præter decem naves, universa classe mulctatum: alterum ex liberis ejus *Demetrium* pro obside susceptum, Romam misit.

SCHOTTUS.

6 *Multatum.*] *Mulctatum* codices paullo vetustiores. Tu scribe *mulcatum*: quæ vox, ut pleræque raræ & elegantes, a bonis libris hactenus exsulat: Reponatur & in integrum restituatur in Terentio, Cicerone, Livio, Nepote, cæterisque ab aliis reposita.

ANNA.

6 Restitue, inquit Schottus, *mulcatum*, quæ vox male apud Terentium, Ciceronem, Livium & alios in *multatum* mutata est. *Multare* quidem & *mulcare* non idem sunt. Illud de pœna pecuniaria, istud de verberibus, illud a Sabinis ortum, istud a *mulcendo* deducitur. Sed & *mulcare aliquem pecunia* venustius dicitur, nam & *tangere aliquem pecunia*, apud Comicos reperias.

MACHANEUS.

7 *Nabide Lacedæmonio.*] Contra quem legimus perniciosissimum, flagitiosissimumque *Lacedæmoniorum* tyrannum Quintum longe pulcerrimum atque justissimum bellum inchoasse: Græcos ad extremum sua spe fefellit, quod, cum eum capturus existimaretur, haud voluit.

8 *Libe-*

f MSS. Ludos Junonis Samiæ per præc. pron. Alii: liberos esse Græcos.

g IↃLXXI.

h In 2. MSS. adscriptum erat: Idem postea Proconsul Philippum bellum renovantem, & cum eo Thracas, Macedones, Illyrios, multasque gentes partium ipsius, bello subegit.

nio filium obsidem accepit. [8] Liberos [f] etiam Græcos [9] Nemeæ per præconem pronuntiavit. Legatus etiam [g] ad Prusiam, ut Annibalem repeteret, [h] [10] missus. 4 5

SCHOTTUS.

8 *Liberos etiam Græcos.*] Longe aliter scripti libri: *Ludos Junonis Samiæ* (alii *Junoni Samiæ*) Mediolanensis *Liberos esse Græcos.* Unde amicus quidam meus faciebat *Ludos Junoni Samiæ, liberos etiam Græcos Nemeæ per præconem pronuntiavit.* Bis Græciæ reddidit libertatem, sive duobus locis Flamininus, ludis Isthmiis, & Nemeæ, qui genitivus loci est. Val. Max. lib. IV. cap. 8. Livius XXXIII. & XXXIV. Annali Argis exhibitos *ludos* ait. Plutarchus in Flaminino in Isthmiis. Quatuor vero Græciæ certamina a Pindaro, Archia poëta, aliisque decantata, quæ illi ἀγῶνας vocant, Isthmia, Pythia, Nemea, Olympia.

MACHANEUS.

8 Hoc fuit, dum Isthmia agerentur, & frequens hominum conventus adesset: jusso per tubæ sonum silentio præco ita proclamavit: Senatus populusque Romanus, ac Titus Quinctius Imperator & proconsul Rege Philippo ac Macedonibus debellatis Græcos sine custodiis, liberos, immunes, suo jure viventes fore permittunt.

ANNA.

9 *Nemeæ.*] In Peloponneso prope Argos.

SCHOTTUS.

10 *Missus.*] Nescio unde hæc in MSS. addita: *Idem postea proconsul Philippum bellum renovantem, & cum eo Thracas, Macedones, Illyrios, multasque gentes partium ipsius, bello subegit.* quæ cum prioribus gemina esse videntur.

CAPUT LII.

ARGUMENTUM.

Hispanos prætor superat, & ovans urbem introit, Aetolos, Ambraciotasque victos in deditionem accipit & triumphat M. Fulvius Nobilior.

** In vulg. Q. prænomen præpostere.*

a IↃLXII.

1 MARCUS * Fulvius [2] Nobilior [3] Prætor [a] [4] Hispanos 1

SCHOTTUS.

1 *Marcus.*] Prænomen in vulgatis corruptum; *Quinctus* enim appellabatur. Tantum sibi audaces illi emendatores permiserunt. *Quinctus* Nobilior filius ejus dictus, auctor Cicero in Bruto.

MACHANEUS.

2 *Nobilior.*] Cognomine.

SCHOTTUS.

3 *Prætor.*] Vulgata lectio *Consul.* In Mediolanensi perantiquo codice *Consul* afuit. *Prætura* in an. U. C. IↃLXII. cadit.

ANNA.

3 Liv. lib. XXXVI. cap. 21. *Per eosdem dies & Fulvius Nobilior, qui biennio ante* (An. U. C. 560. ut ex Livio conjicio) *Prætor in ulteriorem Hispaniam erat profectus, ovans urbem est ingressus.*

SCHOTTUS.

4 *Hispanos.*] Vulgata lectio *Aetolos, Ambraciotasque.* In MSS. longe aliud scriptum erat: partim, *Etanos, Vritanosque.* partim *Surnitanosque.* alius *Suritanosque.* Parisinus

pagos superavit: unde [5] ovans urbem [6] introiit.
2 [7] Consul [b] [8] Ætolos, [9] Ambraciotasque, qui bello Ma-
cedonico [10] Romanis adfuerant; post ad Antiochum
defecerant; præliis frequentibus victos, & in [11] Am-
braciam opidum coactos, in deditionem accepit;
[12] tantum [13] signis [14] tabulisque pictis spoliavit:
3 [15] de quibus triumphavit. [c] Quam victoriam per se
magnificam, [16] Quinctus [d] Ennius amicus ejus,
[17] in-

In Vulg. Consul Aetolos, Ambraciotasque superavit. *mox:* Consul Achæos qui bello Maced. interfuerant. *Male. Notas lege, si placet.*

b IↃLXIIII.

c IↃLXVI.

d Vulg. Marcus Ennius, *præpostere,* Q. *enim dictus. Persius Saty.* VI. *de his Cic. Tusc.* I. *pro Archia & in Bruto. Plin. lib.* XXXV. *Nat. historia.*

nus vero & Mediolanensis *Orethanosque.* Coloniensis *Octanosque.* Monstra verborum, ex quibus veram lectionem, ni fallor, elicio: *Vettonas, Oretanosque superavit.* Nam de *Vettonibus* diserte T. Livius lib. XXXV. scriptum reliquit a Fulvio Nobiliore fusos fuisse apud Carpetanos. Ex *Ettanos,* quod in MSS. erat, *Vettonas* exsculpo, *Oretanos* retineo. quamvis nulla de his apud Livium mentio, quod verisimile, quia non longe a Carpetanis abessent, cum illis dimicatum. Suntque Geographis omnibus & historicis noti *Oretani.*

MACHANEUS.

5 *Ovans.*] Id est, minori triumpho, de quo superius vide.

SCHOTTUS.

6 *Introiit.*] Parisinus & Mediolanensis *introivit.*

ANNA.

7 *Consul.*] An. U. C. 565. Vide Flor. lib. II. cap. 9.

8 *Ætolos.*] Inter Ambracium & Corinthiacum sinum.

SCHOTTUS.

8 Pro quo Parisinus & Coloniensis *Conatheos* habebant corrupta voce ex *Con. Achæos. Aetolos* vero legendum ex antiquis scidis, non *Achæos,* copiosius confirmabo *infr.* §.16.

ANNA.

9 *Ambraciotasque.*] Supra *Ambracium* sinum *Ambracia.*

SCHOTTUS.

10 *Romanis adfuerant.*] Lege ex MSS. ut proxime in Manlio Vulsone: Phrasis auctori nostro familiaris.

MACHANEUS.

11 *Ambraciam.*] Plinius lib. III. *Maximeque nobilitatus Ambracius sinus faucibus spatiosum æquor accipiens & in sinu opidum Ambraci.*

SCHOTTUS.

12 *Tantum signis.*] Vulgati *tamen,* MSS. *tum* præferunt. Agrippinense exemplar *Tm.* unde *tantum* scribo: ex notis rursum natum mendum.

GRUTERUS.

12 Est a Schotti conjectura; cum invenisset in exemplari Agrippinensi *tm.* Vulgati prius *tamen signis.* MSS. ejus, & Palatinus unus, *tum signis*; quod malim.

ANNA.

13 *Signis.*] Statuis. Ex Ambracia novem *signa* omnium Camœnarum ab eo Romam translata.

MACHANEUS.

14 *Tabulis.*] Picturis.

ANNA.

15 *De quibus.*] Lege: *Deque iis.*

SCHOTTUS.

16 *Quinctus Ennius.*] *Ennii* prænomen in MSS. afuit. in Parisino & Coloniensi *Quinctus Ennius* diserte. Cæterum *Q. Ennius,* poëta ille insignis, nascente lingua Latina, post Livium Andronicum fuit, cujus scripta intercidisse dolent omnes. Cicero Tusculana prima principio. *Cato objecit probrum Marco Nobiliori, quod is in provinciam poëtas duxisset. Duxerat autem Consul in Aetoliam, ut scimus, Ennium.* Quæ tamen pugnant cum iis, quæ de Porcio Catone dixit Auctor noster cap. 47.

17 insigni laude celebravit.

47. Idem pro Archia poëta: *Jam vero ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellavit Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare.* Et in Bruto: *Dicunt etiam Qu. Nobiliorem M. filium jam patrio instituto deditum fuisse studio literarum: qui etiam Q. Ennium, qui cum patre ejus in Aetolia militaverat, civitate donavit, cum Triumvir coloniam deduxisset.* Plinius lib. XXXV. Nat. hist. *Zeuxis fecit figulina opera, quæ sola in Ambracia relicta sunt, cum inde Musas Fulvius Nobilior transferret.*

ANNA.

17 *Insigni laude celebravit.*] Lib. XV. Annalium, cujus fragmenta quædam ad nos pervenere. In his:

Fulvius Nobilior stravit certamine crebro
Aitolos.

CAPUT LIII.

ARGUMENTUM.

Antiochum Syriæ Regem vincit, pecuniæ interceptæ reus in carcerem non ducitur, sed ignominiæ causa equo privatur L. Scipio Asiaticus.

SCIPIO Asiaticus, frater Africani, infirmo corpore, tamen in Africa virtutis nomine [1] a fratre laudatus, [2] Consul, [a] Antiochum Regem Syriæ, legato fratre, [3] apud Sipylum montem, cum [4] arcus hostium [5] pluvia hebetati fuissent, [b] vicit: & regni relicti a patre parte privavit: hinc [6] Asiaticus dictus. 1

a IↃLXIII.

b IↃLXIIII.

* Post

MACHANEUS.

1 *A fratre.*] qui dixit se iturum legatum, si fratri suo provinciam Græciam decrevissent.

SCHOTTUS.

1 Afuit a MSS. aliquot.

ANNA.

2 *Consul.*] Anno U. C. 563. & anno superiore *Consul* fuerat Scipio Africanus.

MACHANEUS.

3 *Apud Sipylum montem.*] In Asia. Libro VII. belli Macedonici circa medium eam pugnam Livius non minus eleganter, quam aperte declarat. *Sipylus* notus est fabula illius decantatæ Niobes, ut hemistichium poetæ elegiographi indicat:

Lacrymas defluit a Sipylo.

SCHOTTUS.

3 *Siphylum* alii. Pugna facta circa *Sipylum* montem ad Magnesiam Asiæ urbem. Livius, Eutropius, alii.

4 *Arcus.*] MSS. *artus* dicunt hebetatos, non *arcus*.

ANNA.

5 *Pluvia hebetati fuissent.*] Flor. lib. II. cap. 8. *Sed hæc omnia prapedita magnitudine sua; ad hoc imbre, qui subito superfusus mira felicitate Persicos arcus corruperat, primum trepidatio, mox fuga, dehinc triumphus fuerunt.*

SCHOTTUS.

6 *Asiaticus dictus.*] MSS. plenius legunt

2 * Post [7] reus [c] pecuniæ interceptæ, ne in carcerem duceretur, [8] Gracchus pater Tribunus plebis, licet inimicus ejus, [9] intercessit: [10] M. Cato Censor [d] [11] equum ei ignominiæ causa ademit.

* *Addunt MSS.* 2. Hic cum Bojorum gente conflixit, in quo prælio xx. hostium millia interemit, (al. interfecit.) Post reus.

c IƆLXVI.

d IƆLXIX.

legunt: *Hic cum Bojorum gente conflixit, in quo prælio* XX. *hostium millia interemit* (alius *interfecit* habet.) Sed vereor ne ad Scipionem Nasicam sit referendum, qui cum Bojis pugnavit. Eadem autem ad verbum legas apud Orosium lib. IV. cap. 20.

GRUTERUS.

6 Admisi versum istum, suadentibus duobus MSS. Schotti. ut enim forte minus heic spectet, & referendus magis sit ad Scipionem Nasicam, cui cum *Bojis* istis negotium: quid tum? non insolens est scriptori isti, quæ duorum fuerunt, attribuere uni. abest tamen periodus isthæc Palatinis codicibus.

MACHANEUS.

7 *Reus pecuniæ interceptæ.*] Petiliis accusantibus; vel, ut alii censent, Marco Nævio: qui Africano quoque fratri institerat. Livii verba hæc sunt: *Scipio cum contenderet omnem, quam accepisset, pecuniam in ærario esse, nec se quidquam publici habere; in vincula duci cœptus est.*

SCHOTTUS.

8 *Gracchus pater Tribunus plebei licet inimicus ejus.*] Eximie. Memorabile profecto Tib. Sempronium *Gracchum* patrem *Gracchorum*, in causa publica privatas inimicitias deposuisse: Alienum enim a Reipublicæ dignitate videri ajebat Imperatorem populi Romani triumphatorem in carcerem duci, in quem hostium duces victos conjecisset. Testis auctor noster cap. 57. & Livius XXXVIII. Annali extremo. Agellius lib. VII. cap. 21. & Val. lib. IV. cap. I. Tametsi hic pro *Lucio* non *Publio Scipione*, Tib. *Gracchum* intercessisse nobiscum sentiat, ut & Valerius Antias. Ille vero cum Livio scribat pro *Publio Africano* non pro *Lucio Asiatico*, cum quo tamen inimicitiæ intercedebant, hæc gessisse: vel Pub. Corn. Africanum pro fratre L. Asiatico rogasse Tribunos, verbaque fecisse: intercedente tandem Tib. Sempronio, cui tamen cum Publio Scipione inimicitiæ erant. Livius hoc sensu: pro P. Scipione & frater Asiaticus prædes postulatus se in judicio sistit, excusat: Tandem Tribunis appellatis intercedit Gracchus, licet inimicus Publii gravis ob plerasque in Republica dissensiones esset: juravitque in amicitiam ejus.

MACHANEUS.

9 *Intercessit.*] Livius ab hoc Africani quoque filiam uxorem ductam narrat: Quod ad Asiaticum, hæc ad verbum refert: *Tiberius Gracchus ita decrevit: quominus ex bonis Lucii Scipionis, quod judicatum sit, redigatur, se non intercedere prætori, Lucium Scipionem, qui Regem opulentissimum orbis terrarum devicerit, imperium populi Romani prorogaverit in ultimos terrarum fines, non passurum eum, qui tot plurimos duces hostium in triumphum ductos incluserit, in carcere & vinculis esse, mittique eum jubere.*

SCHOTTUS.

10 *M. Cato Censor.*] Livius lib. XLVII. Scipionem a *Catone* allatrari solitum refert, & ex illo Fabius l. VIII. cap. 6.

MACHANEUS.

11 *Equum ademit.*] Non mirum, quia mirifico (alioqui gravissimus vir) livore in omnes Scipiones exardebat.


ANNA.

11 In transvectione Censores *equum* ignominiæ causa equitibus *adimebant*. Transvectio, vulgo *reveuë*.

CAPUT LIV.

ARGUMENTUM.

Romanis bellum infert, Græciam ejuſque inſulas occupat, in Euboea elangueſcit, inde excitatus Thermopylas occupat, ſed ejectus in Aſiam refugit, navali prælio ſuperatur, Scipionis Africani filium captum patri remittit, cum L. Scipione confligit, vincitur, ultra Taurum relegatur, & a ſodalibus occiditur Antiochus Syriæ Rex.



ANTIOCHUS Syriæ Rex, [1] nimia opum fiducia 1
a IOLXI. bellum Romanis [a] intulit, [2] ſpecie [3] Lyſimachiæ repetundæ, quam [4] a majoribus ſuis in Thracia [5] conditam Romani poſſidebant: ſtatimque [6] Græciam inſulaſque ejus occupavit. [7] In Euboea luxu- 2
ria

SCHOTTUS.

1 *Nimia.*] V. L. *nimius.*

2 *Specie.*] V. L. *in ſpecie.* alii, *in ſpem.* Ex compendiis nata varietas.

MACHANEUS.

3 *Lyſimachiæ.*] A *Lyſimacho* Rege dicta, qui eam condi juſſit.

ANNA.

3 Juxta Propontida ad fauces Iſthmi quem Helleſpontus ab Aſia dividit.

4 *A Majoribus ſuis.*] Florus lib. II. cap. 8. *Hic Lyſimachiam urbem, in littore Thracio poſitam a majoribus ſuis, Antiochus ut hæreditario jure repoſcebat.*

SCHOTTUS.

5 *Conditam.*] MSS. fere *quondam* legunt.

MACHANEUS.

6 *Græciam.*] Accitus eſt ab Ætolis contra Romanos dimicantibus, maxime ad *Græciam* liberandam, Thoante eorum duce id decernente.

7 *In Eubœa luxuria elanguit.*] Nimirum verba id Liviana ſignificant: *Rex à Chalcide Demetriadem profectus amore captus virginis Chalcidenſis omiſſa omnium rerum cura in conviviis & vinum ſequentibus voluptatibus, ac deinde ex fatigatione magis quam ex ſatietate eorum in ſomno traduxit.*

ANNA.

7 *Eubœam inſulam continenti adhærentem tenui freto reciprocantibus aquis, Euripus abſcidit. Hic ille poſitis aureis ſericiſque tentoriis, ſub* ipſo

3 ria [b] elanguit. Adventu [8] Acilii Glabrionis [c] [9] excitatus, Thermopylas occupavit: Unde industria
4 Marci Catonis ejectus, in Asiam refugit. [10] Navali prælio, [11] cui Annibalem præfecerat, [12] a L. Æmilio Regillo, [d] superatus: Filium [13] Scipionis Africani, quem inter navigandum ceperat, patri remisit: qui ei, [e] [14] pro reddenda gratia, suasit, ut amici-
5 tiam Romanam peteret; Antiochus spreto consilio [15] apud Sipylum montem cum L. Scipione [f] conflixit: Victus, & [16] ultra Taurum montem relegatus [17] a so-

b ıↄLXII.
c *Sic opt. lib. vet. Vulg.* exercitus: *melius* exercitu Thermop.
d ıↄLXIV.
e *Vulg.* quasi pro, *sed a gloss. est.*
f ıↄLXIII.

ipso freti murmure, quum inter fluenta tibiis fidibusque concineret, collatis undique, quamvis per hyemem, rosis, ne non aliquo ducem agere videretur, virginum puerorumque delectus habebat. Florus loco supra laudato. Vide Liv. lib. XXXVI. cap. 2.

MACHANEUS.

8 *Atilii.*] De quo, & Thermopylis superius abunde lege in Catone.

SCHOTTUS.

8 MSS. *Acinii* proxime veritatem & Capitolinas tabulas, quæ *Manium Acilium Glabrionem* nuncupant, ut in Censorio diximus.

9 *Excitatus.*] Scripta lectio. Potest etiam *exercitus* participium esse pro vexatus. Illud tamen malo.

GRUTERUS.

9 Sic optimi manuscriptorum Schotti, neque abeunt Palatini, quam quod ii *excitus.* Prius impressi, *exercitus.* minus recte: neque opus refingere id in *exercitu Thermopylarum*; nam illud *excitatus* respicit illud prius: *In Eubœa luxuria elanguit*; tanquam nimirum ex deside somno Antiochum *excitaverit* Acilius.

SCHOTTUS.

10 *Navali prælio.*] Incisum hoc male in vulgatis interpungitur, leguntque: *in Asiam refugit navali prælio:* neque enim hæc cum illis cohærere debent.

ANNA.

11 *Cui Annibalem præfecerat.*] Florus lib. II. cap. 8. *Classis regia Polyxenidæ, Annibalique commissa. Nam Rex prælium nec spectare poterat. Igitur duce Æmilio Regillo, adremigantibus Rhodiis tota laceratur.* Hoc factum puto anno sequenti, postquam ad Thermopylas pugnatum est. Vide Liv. lib. XXXVII.

MACHANEUS.

12 *A. L. Æmilio Regillo.*] De quo Lucius Florus: *Æmilius Regillus adversus regiam classem Antiochi feliciter pugnavit ad Mionnessum Rhodiis adjuvantibus, & idem navalem duxit triumphum.*

SCHOTTUS.

13 *Scipionis Africani.*] De Antiocho, qui *Scipioni Africano* minori dona miserat, Cicero pro Dejotaro, ubi tamen Attalum pro Antiocho μνημονικῷ ἁμαρτήματι nominat.

14 *Quasi.*] Deest in MSS. & certe a glossa est.

ANNA.

15 *Apud Sipylum montem.*] Vide supra in L. Scipione Asiatico. Vide & Liv. lib. XXXVII. cap. 38. &c.

MACHANEUS.

16 *Ultra Taurum montem.*] Idem Florus scribit: *Victo deinde Antiocho a Lucio Cornelio Scipione, adjuvante Eumene Rege Attali Pergameni filio, pax data ea conditione, ut omnibus provinciis citra Taurum montem cederet.*

[17] a sodalibus, quos temulentus in convivio [18] pulsaverat, [19] occisus est.

SCHOTTUS.

17 *A sodalibus.*] *Sodales* proprie in rebus levioribus & fere in conviviis & compotationibus. Quidam inde deducunt, quasi *simul edales*, vel quod *sederent simul* in mensa, vel una essent, vel quod e *suo datis* vesci solerent. Cicero in Catone Majore: *Epulabar modice cum sodalibus*. Catullus:

Mei sodales quærunt in trivio vocationes.

Græce σύσσιτοι dicuntur. Cajus l. ultim. D. de collegiis illicitis: Hinc *Syssitia* erant apud Lacedæmonios a Lycurgo instituta, hoc est, comissationes & socialia convivia, teste Plutarcho, & Strabone libro :..

18 *Pulsaverat.*] Quod Offutius I. C. ait *Pulsare* esse sine dolore, *Verberare* cum dolore, claudicat.

19 *Occisus est.*] Strabo lib. XVI.. interfectum a Barbaris cum templum Beli spoliare conaretur: D. Hieronymus in XI. Danielis, cum adversus Elimæos pugnaret cum omni exercitu deletum ait. Aliter Justinus lib. XXXII. adhibito exercitu nocte templum Didymæi Jovis aggressum, concursu insulanorum cum omni militia interfectum.

ANNA.

19 *Occisus* fuit an. U. C. 567.

CAPUT LV.

ARGUMENTUM.

Pisidis & GalloGræcis bellum infert Cn. Manlius Vulso. Centurionem, a quo stuprata fuerat, marito interficiendum tradit captiva, sed redemptione impetrata Regis Orgiagontis uxor.

IↃLXIV. 1 CNÆUS Manlius [2] Vulso [3] Consul, [a] missus ad ordinandam Scipionis Asiatici [4] provinciam, [b] [5] cupiditate triumphi bellum [6] Pisidis & [7] Gallogræcis, qui Antiocho adfuerant, intulit. [8] His 1

b MSS. cupidine.

SCHOTTUS.

1 *Cnæus Manlius.*] MSS. libri *Cajum Manilium* vocant.

2 *Vulso.*] MSS. & Romana marmora scribunt non *Volso*.

3 *Consul.*] Addunt MSS.

ANNA.

3 *Consul* fuit cum M. Fulvio Nobiliori An. U. C. 564.

MACHANEUS.

4 *Provinciam.*] Universam Asiam.

SCHOTTUS.

5 *Cupiditate triumphi.*] MSS. libri *cupidine triumphandi* præferunt.

GRUTERUS.

5 Etiam MSS. Palatini: Nihilo pejus.

SCHOTTUS.

6 *Pisidis.*] MSS. *Pisidiis* præferunt.

MACHANEUS.

6 Ii consentientibus cunctis cosmographis prope Pamphylios ac Lycios existunt.

7 *Gallogræcis.*] Qui duce Brenno in *Græciam* se effuderant, auctore Trogo Pompejo lib. XXIII. ut & nomine ipso patet.

7 Qui

2 [8] His facile [c] victis, inter captivos uxor Regis [d] [9] Orgiagontis [10] Centurioni cuidam in custodiam data: a quo vi stuprata, de injuria tacuit. & post impetrata redemtione, marito adulterum [[e] [11] Centurionem] [12] interficiendum tradidit.

c ɪↄʟxᴠɪ.
d *Al.* Ortiagontis.
e ἀπὸ κοινοῦ *repetitur: afuit in vett.*

ANNA.

7 Qui & *Galatæ*, in Asia minori ad Alim fluvium. Vide omnino Florum lib. II. cap. II. Vide & Liv. lib. XXXVIII.

MACHANEUS.

8 *His facile victis.*] Lucius Florus XXXVIII. epitome ita scribit: *Cneus Manlius Consul collega ejus Gallogræcos, Tholistobojos, Tectosagos & Trocmos, qui Brenno duce in Asiam transierant, cum soli citra Taurum minime parerent, vicit.*

SCHOTTUS.

9 *Orgiagontis.*) Vetus lectio excusorum librorum: *Oriaguntis.* Plutarchus aliique *Origontem*, T. Livius *Orisgontem* nominat, vidi qui *Ortiagontis.* Uxor apud Plutarchum de claris mulieribus *Chiomera* appellatur, de qua Valerius lib. VI. cap. I.

10 *Centurioni.*] Plutarcho raptor Tribunus militum est, non *centurio.*

11 *Centurionem.*] Sic in vulgatis. *Centurio* ἀπὸ κοινοῦ repetitur. In MSS. omnibus afuit. Recte.

MACHANEUS.

12 *Interficiendum tradidit.*] Livius ac Florus inquiunt ipsammet centurionem occidisse.

CAPUT LVI.

ARGUMENTUM.

De Liguribus triumphat, Persen Regem capit, victum flet, assidere sibi jubet, & in triumphum ducit, duos filios amittit, Circensibus veste triumphali utitur, sed post mortem uxori dotem exsolvere non potest L. Paullus Æmilius.

1 LUCIUS [1] Paullus [2] Æmilius, filius ejus qui apud Cannas cecidit, [a] [3] primo consulatu, [b] quem post tres repulsas [c] [4] adeptus erat, de [5] Liguribus

a ɪↄxxxᴠɪɪ.
b ɪↄʟxxɪ.
c egerat, de Lig. *MSS.*

SCHOTTUS.

1 *Paullus.*] Duplici liquida scribo monente Scauro veteri Grammatico.

MACHANEUS.

2 *Æmilius.*] In ea familia primus a suavitate sermonis dictus, quam Græce αἱμυλίαν vocant, a Pythagoræ filio nomen habente, alii ab Ascanii filio *Æmilio* dicunt.

ANNA.

3 *Primo Consulatu.*] An. U. C. 571. Collega Cnæo Bæbio Tamphilo. Sed tunc de Liguribus non triumphavit, sed anno sequenti proconsul.

SCHOTTUS.

4 *Adeptus erat.*] *Egerat* MSS. Nihil tamen demuto.

ANNA.

5 *Liguribus.*] De iis alibi.

MACHANEUS.

5 Qui ei naves, & opida reddiderunt, ipse autem dirutis mœnibus

d IↃLXXII.
e IↃXXCV.
f Al. vinctum.
g IↃXXCVI.

bus [d] [6] triumphavit. Rerum gestarum ordinem in 2
tabula pictum [7] publice posuit. [8] Iterum Consul 3
[e] [9] Persen Philippi filium, Regem Macedonum, [10] apud Samothracas cepit, [f] [11] victum flevit, & [12] assidere sibi jussit: tamen in triumphum [g] duxit. In hac læ- 4
titia [13] duos filios amisit: & progressus ad populum, gratias fortunæ egit, quod si quid adversi Reipub. imminebat, [14] sua esset calamitate [15] decisum. Ob 5
hæc

nibus omnes naves præter tres & quinquaginta eis reliquit.

SCHOTTUS.

6 *Triumphavit.*] Sicut de Illyriis primo consulatu pater hujus triumphavit. De hoc sic Vellejus Paterculus libro posteriori. *Qui Prætor & Consul triumphaverat.* Forte mendum; pro *qui priore consulatu triumphaverat.*

7 *Publice posuit.*] Malim *proposuit.*

ANNA.

8 *Iterum Consul.*] An. ab U.C. 585. Collega C. Licinius Crassus. Vide Florum lib. II. cap. 12. & Liv. lib. XL.

MACHANEUS.

9 *Persen.*] Regem Macedoniæ, qui & *Perseus* dicitur, quem constat pugnantem exercitum deseruisse, ut Herculi deo sacra facturum; qui ignava sacra ab ignavis non recipit. Tandem ad templum confugit, M. Octavio Æmilii legato insequente, pactus cum Oroande Cretensi lembum habente, ut asportaretur. Cui cum aurum tradidisset, & argentum; & *Perseus* ad littus pervenisset: Oroandes arte Cretica fretus, pecuniam quidem suscepit, ipsum vero *Perseum* cum liberis, conjuge ac necessariis noctu ad mare certa hora venire jussit, ac anticipata navigatione reliquit, unde per Anthonem proditorem filiis Romanis traditis coactus est a Romanis se tradere; ut avis captis ejus pullis se victum flevit: per Octavium ad Æmilium ductus est, (ut per dominum Lignici Maurus ad Regem) qui utpote viro ex alto dignitatis gradu prolapso assurrexit, & obviam cum amicis processit; ad illius casum illacrymatus est: *Perseus* vero, Plutarcho scribente, turpiter in terram procubuit, & genua Æmilii amplectens, voces emisit degeneres, quas non tulit Imperator Romanus, nec audire preces sustinuit, sed tristi vultu illum intuens: *Quid fortunam*, inquit, *crimine liberas*, & reliqua.

SCHOTTUS.

10 *Apud Samothracas.*] Parisinus non numero multitudinis legit *Samothracam.* MSS. partim *Samothracas Deos cepit*, partim *Samothracas decepit* præferunt.

ANNA.

10 *Samothracia* insula in summo mari Ægeo Thraciæ opposita.

SCHOTTUS.

11 *Quem.*] Relativum abest in MSS.

ANNA.

12 *Assidere sibi jussit.*] Florus: *Sed nec reverentior captæ majestatis alius Paullo fuit. Quum in conspectum venisset hostis, in sellam recepit & conviviis adhibuit, liberosque admonuit suos, ut fortunam, cui tantum liceret, revererentur.*

MACHANEUS.

13 *Duos filios amisit.*] Horum alter quinque diebus ante triumphum mortuus est: alter tertia die post triumphum decessit.

SCHOTTUS.

14 *Esset calamitate.*] MSC. unus eximie *sua calamitate erat.* Tale dictum Camilli. Val. Max. lib. I. c. L. & de Paullo Æmilio ibidem.

ANNA.

15 *Decisum.*] Decidere est verbum juris quod significat *transigere, dirimere.*

hæc omnia, ei a populo & a Senatu concessum est, 6 ut [16] ludis Circensibus triumphali veste uteretur. Ob hujus [b] [17] continentiam & paupertatem, post mortem ejus dos uxori, nisi venditis possessionibus, non potuit exsolvi.

b Ex MSS. Recte. Vulg. licentiam *nimis licenter. In Notis ratio exponitur.*

SCHOTTUS.

15 Alii *depulsum.* Averruncare Deus mala dicitur.

GRUTERUS.

15 *Decisum.* Ita & duo Palatini nostri, videturque melius, quam id quod alii laudant e membranis suis.

MACHANEUS.

16 *Ludis Circensibus.*] In quibus equi currebant ad missus, de quibus alias diximus affatim.

SCHOTTUS.

17 *Licentiam.*] Sic vulgati paullulum modo vetustiores, quæ lectio cum Colinæum offendisset, in *abstinentiam* mutavit. Nos *continentiam* in calamo exaratis reperimus, quare nihil causæ visum est, cur non eos potius quam vulgatos sequeremur. Est enim *Continentia* virtus, qua quis ab alienis temperat: nihil quærit, cupit, appetit amplius. Hanc in duce plurimum commendat Cicero in Maniliana, & II. Offic. *Laudat*, inquit, *Africanum Panætius, quod fuerit abstinens*: Post non longe: *Nulla re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt ii, qui R. P. præsunt, quam abstinentia & continentia.* Sic alibi sæpius. Corn. Nepos in vita Attici. *Non intemperanter concupiscere, quod a pluribus videas, continentis debet duci: & potius diligentia quam prælio parare, non mediocris est industriæ. Continentia* certe & *abstinentia* in eadem fere usurpantur re a Cicerone & Val. Max. qui lib. I. cap. 3. titulum habet *De continentia & abstinentia.* & Valla Elegant. lib. IIII. caq. 41. *Continentiam* pro ea virtute, quæ libidinem avaritiamque coërcet, Cicero usurpat lib. I. Epist. ad Q. fratrem: *Quid est*, inquit, *negotii continere eos quibus præsis, si te ipse contineas.* Nam paullo post, *Tu tum pecuniarum voluptati, tum omnium rerum cupiditati resistes, ut facis.* In Maniliana vero pro ea, quæ avaritiæ inimica esset: *Neque enim potest exercitum continere is Imp. qui seipsum non continet.* Mox de *Temperantia*, quæ voluptates reprimit, agit. Alias *continentia* generalius est & *abstinentiam* comprehendit. *Temperantia* ab alienis; *continentia* a libidine & voluptate abstinet. Plutarchus autem Æmilium pecuniarum minime studiosum fuisse diserte scribit, & hæreditatis parum habuisse. Si quis tamen *Licentiam* prodigalitatem significare exemplis doceat, facile patiar ita legi: sed cur addit *paupertatem*: an *pauper* prodigus esse possit? qui nihil quod det habet? Incontinentes & oculos & manus habuerunt, qui *continentiam* hic, quam aut non intelligebant, aut non servabant, contaminarunt, subjeceruntque licenter nimis *licentiam.* Facessant corruptores illi. Memini ego, Johanni Olivario viro disertissimo hanc meam emendationem vehementer probatam, cujus vel singulare judicium atque doctrina instar omnium erat futurum.

CAPUT LVII.

ARGUMENTUM.

Scipionem Asiaticum inimicum in carcerem duci non patitur, Galliam, Hispaniam, Sardiniam domat, libertinos in urbanas tribus dividit, & anguem marem domino interitum, si occideretur, portendentem interfici jubet T. Sempronius Gracchus.

* *Vulg.* Titus Sempr. *contra Fastos Consulares.*
a IↃLXVI.
* *Vide Festum Pomp.*

1 TIBERIUS * Sempronius Gracchus, nobilissima familia ortus, Scipionem Asiaticum quamvis 1
inimicum, [a] 2 duci in carcerem non est passus. 3 Prætor Galliam domuit, Consul Hispaniam; altero Consula- 2
tu Sardiniam: 4 tantumque captivorum adduxit, ut longa venditione res in proverbium veniret, 5 *Sardi * venales.*

SCHOTTUS.

1 *Tiberius.*] Prænomen est non *Titus* auctoribus libris antiquis & Capitolinis Fastis. Natus error quod *Ti.* compendio scriberetur.

ANNA.

2 *Duci in carcerem.*] Vide supra in Scipione Asiatico.

SCHOTTUS.

3 *Prætor Galliam domuit, Consul Hispaniam, altero Consulatu Sardiniam: tantumque captivorum.*] Ita vulgati omnes, quos quidem videre contigit, nec variant MSS. Repugnat historiæ veritas: Ordinem perturbatum sic restituere ex Livio tentabam, nescio an feliciter: *Prætor* a *Hispaniam obtinuit, & altero* b *Consulatu Sardiniam, quam* c *primum consul domuerat: tantumque* d *captivorum adduxerat*, & cætera. Vel pro *Gallia* affini voce *Gallæciam obtinuit* quis substituat, quod in *Galliam* depravatum. Lege & Sebast. Corradum in Brutum Ciceronis & Appianum in Ibericis, Orosium lib. IV. cap. 20.

a DLXXIII.
b DXC.
c DLXXVI.
d DLXXVII.

GRUTERUS.

3 Præstat auctorem notare *ἀνιστορησίας* cum Sigonio, quam ei invitis omnibus MSS. facere medicinam. non admittunt eam loci tam desperati. oleum tantum & opera perditur.

SCHOTTUS.

4 *Tantumque.*] MSS. addebant *numerum.*

MACHANEUS.

5 *Sardi venales.*] Plutarcho in problematibus & in libello proverbiorum exponitur, uti si dicamus; copiam esse rerum vilium, ac nihil valentium.

SCHOTTUS.

5 Vide Plutarchum in Problematibus & in vita Romuli. & Erasmi Chiliades Adagiorum. Libet autem ex Sex. Pompeji lib. XVII. de verb. signific. adscribere locum antehac mutilum: nunc a Josepho Scaligero, Julii filio summo ingenio integrum factum. *Sardi venales, hoc est, alius alio nequior. Ex hoc natum proverbium videtur, quod ludis Capitolinis, qui fiunt a vicanis prætextatis, auctio Vejentium fieri solet, in qua novissimus is, qui omnium deterrimus, producitur a præcone in medium senex, cum toga prætexta, bullaque aurea: quo cultu Reges soliti sunt esse Etruscorum, qui Sardi appellantur, quia Etrusca gens orta est Sardibus ex Lydia. Tyrrhenus enim inde profectus cum magna manu eorum occupavit eam partem Italiæ quæ nunc vocatur Etruria. At Sinnius Capito ait Tib. Gracchum Consulem, collegam P. Valerii Faltonis Sardiniam Corsi-*

3 *nales.* [6] Censor [b] libertinos, qui [7] rusticas tribus [c] [8] occuparant, in [9] quatuor [10] urbanas divisit: [11] ob quod [12] a populo [13] collega ejus Claudius (nam ipsum auctoritas tuebatur) reus factus est: [d] [14] cum eum duæ classes condemnassent, Tiberius juravit se cum
4 illo in exsilium iturum: ita reus absolutus est. Cum in domo

b IↃXXCIV.
c *Vulg.* occuparent *Male.*
d Et cum Claudium condemn. *q. l.*

Corsicamque subegisse: nec prædæ quidquam aliud, quam mancipia captum, quorum vilissima multitudo fuerit. Huc Cicero allusit epistola ad Fabium Gallum lib. VII. epistolar. ad Famil. *Habes Sardos venales alium alio nequiorem.* Quo modo fere *Syros venales* explicat Cæsar apud Ciceronem II. de Oratore. Verum fallitur Capito, qui Faltonem Sempronii nostri collegam facit: Hi enim anno U. IↃXV. Coss. fuere, quorum & Tacitus lib. III. histor. meminit. Lubricus error, hinc forte natus quod eo anno ab illo Graccho *Sardi* sint debellati, teste Zonara. Sed demus alienis erratis veniam, ut nostris impetremus.

6 *Censor.*] Idem Cicero I. de oratore refert. Livius vero XLIII. extremo, quod *in recensendis Equitibus tristis admodum & aspera eorum Censura fuißet, multisque equum ademissent, equestrem ordinem offendisse, P. Rutilium Tribunum pl. patronum causæ suæ nactos.*

ANNA.

7 *Rusticas.*] Nam *Urbanæ* minoris erant dignitatis quam *rusticæ.*

SCHOTTUS.

8 *Qui occuparent.*) *Occuparant* repone ex veteribus libris, nisi *quod* legere mavis.

MACHANEUS.

9 *Quatuor.*] Tribus Urbanæ erant Suburana, Palatina, Collina, Exquilina.

10 *Urbanas.*] In quas transferri ignominia esset desidiæ.

ANNA.

10 Ex Livio tamen lib. XLV. cap. 15. apparet libertinos, qui jam inde usque a Servio Tullio Rege in quatuor tribus *Urbanas* conjecti fuerant, & postea, cum sese in omnes tribus diffunderent, iterum in easdem quatuor a C. Flaminio & L. Æmilio Censoribus redacti, nunc a Tib. Sempronio Graccho in unam *Urbanam*, Esquilinam scilicet, fuisse conjectos. Verum & auctori nostro fa ere videtur Cicero lib. I. de Oratore. Sect. 9. *Sed ut reliqua prætermittam, omnium mihi videor, exceptis, Crasse, vobis duobus eloquentissimos audisse Ti. & C. Sempronios, quorum pater homo prudens, & gravis haudquaquam eloquens, & sæpe alias, & maxime Censor, saluti reipub. fuit, atque verbo libertinos in Urbanas tribus transtulit: quod nisi fecißet, rempublicam, quam nunc vix tenemus, jamdiu nullam haberemus.*

11 *Ob quod.*) Imo ob aliam causam, quam nos docuit Liv. *supr.* §. 6.

SCHOTTUS.

12 *Populo.*] *Popillio* repono. Nam M. Popillius ex Livio l. XLIII. & Val. Max. lib. VI. cap. 5. etsi in Stephani Pighii editione hodie *Rutilius* legatur. De quo Tacitus lib. III. Annalium & in Oratorum Dialogo. De re autem sic M. Tullius VI. de Rep. apud Agellium lib. VI. c. 17. *Quod quidem eo fuit majus, quia cum in causa pari collegæ essent, non modo invidia pari non erant, sed etiam Claudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur.*

MACHANEUS.

13 *Collega ejus Claudius.*] Appianus primo belli civilis: nec non Appius Claudius Tyberii socer consona totius populi voce declaratur.

SCHOTTUS.

14 *Cum eum duæ classes condemnassent.*] Mediolanensis, *cum Claudium condemnassent* κατὰ κοινοῦ.

e q. l. erepsissent. *al.* *serpsissent.*

domo Tiberii duo angues e [15] geniali toro [e] [16] repsissent; responso dato, eum [17] de dominis periturum, cujus sexus anguis fuisset occisus: amore Corneli conjugis [18] marem jussit interfici.

MACHANEUS.

15 *Geniali e toro.*] Ubi fit generatio.

SCHOTTUS.

16 *Repsissent.*] Libri veteres *serpsissent* legunt.

ANNA.

17 *De dominis.*] Vel Tiberium Gracchum, vel Corneliam uxorem.

SCHOTTUS.

17 *De duobus* legunt libri veteres.

MACHANEUS.

18 *Marem interfici.*] Paullo post jussit: subsequuta morte, relictisque XII. liberis superstitibus.

CAPUT LVIII.

ARGUMENTUM.

Persen victum persequitur, provocatorem singulari prælio vincit, hostium muros ascendit, cohortes obsidione vallatas servat & corona obsidionali donatur, ædilitatem petit, consul fit, Carthaginem delet, Numantiam fame vincit & Numantinus dicitur, ob res gestas superbit, domi repente exanimis invenitur, & obvoluto capite effertur P. Scipio Aemilianus.

PUBLIUS Scipio [1] Æmilianus, Paulli Macedonici filius, a [2] Scipione Africano adoptatus, [a] in Macedonia cum patre agens, victum Persen tam pertinaciter [b] [3] persequutus est, ut media nocte in castra [c] re- I

a IↃXXCV.

b IↃCII.

MACHANEUS.

1 *Aemilianus.*] Dictus, quia ipse Paulli *Aemilii* fuit filius: e quatuor n. liberis duo in adoptionem dati: duo autem retenti a Scipione Africano filio majoris Africani, qui ob imbecillitatem gignere non potuit.

SCHOTTUS.

2 *Scipione Africano.*] Non patre, sed filio valetudinario: nam *Africanus* major huic avus fuit ex adoptione filii. Hic enim apud Ciceronem in Somnio ait, sibi *Africanum* avum magis ex imagine, quam ex ipso notum fuisse.

ANNA.

2 Flor. lib. II. cap. 15. *Hunc (Scipionem) Paullo Macedonico procreatum, Africani illius magni filius, in decus gentis assumpserat, hoc scilicet fato, ut quam urbem concusserat avus, nepos ejus everteret.* Et Liv. XLIV. cap. 44. *Publius Scipio is erat, Africanus & ipse postea, deleta Carthagine appellatus, naturalis Consulis Paulli, adoptione Africani nepos.*

3 *Persequutus est.*] Septimum decimum tunc annum agens. Vide Livium loco supra laudato.

4 In

2 [c] redierit. Lucullo [4] in [d] Hispania [5] legatus, [6] apud Intercatiam opidum provocatorem singulari prælio
3 icit. Muros [e] [7] hostilis civitatis primus [8] ascendit.
[9] Tribunus [f] in Africa [g] sub [10] M' Manilio imperatore, [11] cohortes octo obsidione vallatas consilio & virtute servavit, a quibus corona [12] obsidionali [13] au-
5 rea donatus. Cum ædilitatem [h] peteret, [14] Consul [15] ante

[c] *al.* rediret.
[d] Hispaniam. *Vulg. male.*
[e] *al.* hostiles.
[f] IↃCIV.
[g] *Vulg.* sub Tito Manlio. *non placet. alii,* sub Manilio. *melius.*
[h] IↃCVI.

SCHOTTUS.

4 *In Hispania.*] Alii accusandi casu *Hispaniam*, non recte. Vide Appianum in Ibericis, Eutropium lib. IV. aliosque.

ANNA.

5 *Legatus.*] An. U. C. 602. Coss. L. Licinio Lucullo, A. Postumio Albino.

6 *Apud Intercatiam opidum.*] Livii Epitom. XLVIII. *P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus, L. Paulli filius, Africani nepos, sed adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit: & in oppugnatione Intercatiæ urbis majus multo etiam periculum adiit; nam murum primus omnium transcendit. Intercatia* Vaccæorum opidum.

SCHOTTUS.

7 *Hostilis civitatis.*] *Hostiles* antiqui libri edunt,

8 *Ascendit.*] MSS. alter aperte, *escendit*, quomodo Cornelius Fronto Grammaticus in litera E Latine dici ex Sallustii Jugurthina docuit. Unde antiquos admodum aut ex antiquissimis descriptos colligo codices nostros.

ANNA.

9 *Tribunus in Africa.*] Anno quo tertium bellum Punicum initum est, de quo Flor. lib. II. cap. 15. tunc *tribunum* fuisse Scipionem declarat Cicero in Somnio Scipionis, ubi ipsum sic loquentem inducit. *Cum in Africam venissem M. Manilio Consuli ad quartam legionem tribunus, ut scitis, militum,* &c.

SCHOTTUS.

10 *M' Manilio.*] Ita restitui. Male vulgati *Tito Manilio*. MSS. *Mallio*: excusi antiqui Parisinus & Coloniensis *Manlio*, Mediolanensis vero, *cum Tito Manlio*. Fuit autem L. Marcii Censorini collega, anno DCIIII. *M' Manilius.* Sic n. Fasti Capitolini, Cicero VI. de Republ. & lib. XII. ad Attic. & Appianus ominant.

MACHANEUS.

11 *Cohortes.*] Acies. nam aliud *cortes* significat, pullorum enim sunt.

ANNA.

11 Hoc sic narrat Epitome Liv. XLIX. *Obsideri oppugnarique cœpta est Carthago, ab L. Martio, Manio Manilio Consulibus. In qua oppugnatione, quum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent, & ab oppidanis graviter cæderentur, a Scipione Africano expliciti sunt, per quem & castellum Romanorum, quod nocte oppugnabant, paucis equitibus juvantibus liberatum est: castrorumque, quæ Carthaginienses omnibus copiis ab urbe pariter egressi oppugnabant, liberatorum is ipse præcipuam gloriam tulit.*

MACHANEUS.

12 *Obsidionali.*] Gellius scribit solitam dari talem coronam gramineam his qui *obsessum* locum primi ascendebant. nam ea in desertis locis nascitur.

SCHOTTUS.

13 *Aurea.*] Vox hæc ope veterum codicum accrevit.

GRUTERUS.

13 Illud *aurea* non legitur in antiquitus editis: sed exstat tamen in Palatinis, ut etiam in tribus MSS. Schotti nostri.

ANNA.

14 *Consul.*] Ann. U. C. 605.

 15 *Ante*

[15] ante annos ultro factus, Carthaginem intra sex menses delevit. [16] Numantiam [l] in Hispania, [17] correcta [m] prius militum disciplina, fame vicit. hinc 6
[18] Numantinus [19] dictus. [20] Cajo [n] Lælio plurimum usus: Ad Reges adeundos [o] missus, [21] duos secum, præ- 7

i Ætatis xxxvi. *M. Vellejus Paterc.*
l ɪↄcxx.
m al. correpta.
n MSS. aliquot Panætio Philosopho. *Notas lege.*
ɪↄcx.

SCHOTTUS.

15 *Ante annos.*] Ætatis trigesimo sexto anno, M. Vellejo Paterculo auctore.

MACHANEUS.

15 Florus Epitomes Livii capite quadragesimo nono: *Cato vir promptioris ad vituperandum linguæ in senatu sic prosequutus est: ut diceret reliquos, qui in Africa militarant, umbris militare, Scipionem vigore; Et Po. Ro. eo favore illum complexus est: ut communiter eum tribus consulem scriberent, quum hoc per ætatem minime liceret.*

ANNA.

16 *Numantiam in Hispania.*] Ad flumen Durium sitam. Vide Flor. lib. II. cap. 18.

MACHANEUS.

17 *Correcta prius disciplina.*] Per Pompejum, quæ per Mancinum corrupta erat: omnia enim deliciarum instrumenta rejecit; duo millia scortorum e castris ejecit; militem omni die in opere habuit.

18 *Numantinus.*] Ovidius:

Ille Numantina victor ab urbe redit.

GRUTERUS.

19 *Dictus.*] Palatini non agnoscunt voculam *dictus*, neque admodum requiritur.

MACHANEUS.

20 *Cajo Lælio.*] Inde illa amicitia famigerata emanavit: ut Pyladis & Orestis.

SCHOTTUS.

20 MSS. uno consensu: *Panætio philosopho*, non male. Utroque enim familiariter usum non difficile mihi esset ex Ciceronis Lucullo & VI. de Rep. & Plutarchi non solum vitis, sed & Ethicis scriptis, ac Suida & Vellejo lib. I. & II. extr. comprobare. Sic ille I. Offic. *Panætius auditorem Africanum, & familiarem suum solitum ait dicere: ut equos propter crebras &c.* Post: *In C. Lælio multa hilaritas: in ejus familiari Scipione ambitio major.* Horat. lib. II. Sat. I.

Virtus Scipiadæ, & mitis sapientia Læli.

Ausonius Paullino:

Nos documenta magis felicia, qualia magnus
Scipio, longævique dedit sapientia Læli.

Usus & Polybio familiariter historicorum Græcorum principe. Suidas & Vellejus lib. I.

GRUTERUS.

20 Certe *Lælius* heic intrusus est ab eis qui non meminerant de *Panætio* unquam loquutum Plinium, sæpius vero meminisse *Lælii*. hancque lectionem alioquin propugnat sequens versus; *Ad reges adeundos missus, duos secum, præter eum, servos duxit.* consulatur Vellejus libro I. cap. 13. m.

SCHOTTUS.

21 *Duos servos.*] Quinque refert Athenæus lib. VI. δειπνοσοφ. his verbis: Σώφρονες δ' ἦσαν καὶ πάντα ἄριστοι οἱ ἀρχαῖοι Ῥωμαῖοι. Σκιπίων γοῦν ὁ Ἀφρικανὸς ἐπίκλην, ἐκπεμπόμενος ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐπὶ τὸ καταστήσασθαι τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην βασιλείας, ἵνα τοῖς προσήκουσιν ἐγχειρισθῶσιν, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος. Plura de his Johannes Alexander Brassicanus Adagione *Sannione relicto.* Cæterum de simili Romanorum veterum continentia, Cicero in Maniliana, pro Flacco, & Verrina VI. Val. Max. lib. IIII. cap. 3. & nos alibi ex M. Porcio Catone & Plinio majore lib. VII.

22 Super-

8 præter eum, ſervos duxit. Ob res [p] geſtas [q] [22] ſuperbus, [23] Gracchum jure [24] cæſum videri reſpondit, obſtrepente populo, Taceant, inquit, [25] quibus Italia noverca, non mater eſt: addidit, [26] Quos [27] ſub
9 corona vendidi. [28] Cenſor, [r] [29] Mummio collega ſeniore, in Senatu ait, Utinam mihi collegam aut dediſ-
10 ſetis, qui non dediſſetis. [30] Suſcepta [ſ] [31] Agrariorum cauſa domi repente exanimis inventus, obvoluto capite
11 elatus eſt, ne livor in ore appareret. Hujus patrimonium tam exiguum fuit, ut [32] XXXII. libras [33] argenti, [34] duas

p IↃCXXIII.
q ſuperbe, *alii. & mox:* occiſum.
r IↃCXI.
ſ IↃCXXIII.

22 *Superbus.*] *Superbe* malo.

ANNA.

23 *Gracchum.*] Tiberium *Gracchum* intelligo, de quo vide Flor. lib. III. cap. 14.

SCHOTTUS.

24 *Cæſum.*] Non *occiſum* habent ſcripti libri. Idem Cicero II. Offic. *Ti. Gracchus P. F. tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit: at ejus filii nec vivi probabantur bonis, & mortui nomen obtinent jure cæſorum.* Ubi codices noſtri MSS. *numerum obtinent.*

ANNA.

25 *Quibus Italia noverca eſt.*] Ergo peregrini ſunt, non Romani, non Itali.

SCHOTTUS.

26 *Quos.*] Codices noſtri MSS. legunt. Et *quos ego* ἐμφατικῶς.

ANNA.

27 *Sub corona vendidi.*] Itaque non ſunt Romani; ſed captivi, ſed ſervi. Vide Gellium lib. VII. cap. 4. Servi venales *coronam* geſtabant.

SCHOTTUS.

27 Cæſar III. bell. Gall. *Omni Senatu necato, reliquos ſub corona vendidit.* Utitur & Livius lib. XXXI. Tacitus XIII. Annali, Florus lib. IV. cap. 12.

ANNA.

28 *Cenſor.*] An. U. C. IↃCXI.

SCHOTTUS.

28 Exprimam lectionem ſcriptam, ut liberum ſuum cuique ſit judicium & *cenſura* integra. *Cenſore Nummio collega ſeniore. Nummio* vero perpetuo ſcribit per N. forte, ex ſoni affinitate.

ANNA.

9 *Mummio.*] L. *Mummio* Achaico.

MACHANEUS.

30 *Suſcepta cauſa.*] Appianus ait, ipſum maxime legi Agrariæ reſtitiſſe, ne ferretur, ubi hæc ſubdit: animadvertentes hi, qui Scipioni adverſabantur, palam eum criminari cœperunt, quaſi Gracchi legem omnino ſoluturum. Ne cuncta tranſcribam: Vicit, ac de illo triumphavit.

ANNA.

31 *Agrariorum.*) Per agrarios, Fulvium Flaccum, C. Gracchum, & C. Carbonem intellige, qui leges agrarias ferebant, ut agri a privatis occupati plebi dividerentur. Contra hos cauſam ſuſcepit Scipio, qui cum pridie fortis ac validus domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo inventus eſt; ſuſpecta fuit, tanquam ei venenum dediſſet, Sempronia uxor, hinc maxime quod ſoror eſſet Gracchorum, cum quibus ſimultas Africano fuerat.

32 *XXXII. libras.*) Quæ trecentos & viginti circiter nummos noſtros argenteos efficiunt.

SCHOTTUS.

33 *Argenti, duas & ſemilibram auri.* (MSS. hic evariant: XXXII. *libras, & ſemis libram auri.* alii: XXXII. *libras & ſelibram auri*, in quibus hæ voces, *argenti duas* ſuperfluunt. Plinius tamen *librarum argenti* meminit lib. XXXIII. cap. 2. Nat. hiſt.

34 *Duas*

t Vulg. semilibram.

34 duas & [t] selibram auri 35 reliquerit.

ANNA.

34 *Duas & selibram.*) Libra auri valet nummos nostros circiter 112. cum dimidio. Duæ igitur & *selibra* efficiunt nummos 281.

GRUTERUS.

34 Palatini *semilibram.*

SCHOTTUS.

35 *Reliquerit.*] Mediolanensis *relinqueret.*

CAPUT LIX.

ARGUMENTUM.

Avibus vetantibus adversus Numantinos proficiscitur, caditur, in hostium leges foedus consul percutit, foedere per senatum improbato hostibus deditur, sed non recipitur, & postea praturam consequitur C. Hostilius Mancinus.

a AULUS HOST. *Vulg. Plinio* LUCIUS

b IↃCXVI. *Vulg.* Prætor.

c Mane Mancine: Jul. Obsequens.

d al. pervenisset.

e Vulg. Pompeji. *Fuit autem M. Popillius Lænas Appian. Syriacis.*

f q. l. & sol. petit.

1 CAJUS [a] Hostilius Mancinus 2 Consul [b] adversum Numantinos 3 vetantibus avibus, & 4 nescio qua [c] voce revocante profectus, cum ad Numantiam [d] venisset, exercitum [e] 5 Popillii acceptum prius corrigere decrevit: [f] 6 inde solitudinem petit. Eo 1

SCHOTTUS.

1 *Caji.*] Prænomen fecimus, tametsi libri quidam *Aulum* appellent, & Plinius lib. xxxv. cap. 4. *Lucium.* In Mediolanensi erat *Tullus* prænomen Regis Romani III. sed facessant somnia.

2 *Prætor.*] Quod in vulgatis est, afuit in MSS. nos *Consul* reposuimus ex Val. Max. lib. I. cap. 7. Floro abbreviatore, Orosio lib. v. cap. 7. Obsequente, cæterisque, qui *Consulem* diserte nominant. Fuit autem *Consul* anno DCXVI. Prætor vero DLXXIII.

GRUTERUS.

2 Palatinus uterque stat a vulgatis olim; habetque *Prætor adversum Numantinos.* an dicemus auctorem cæca significatione usum voce *Prætoris*, & intellexisse *Consulem*?

MACHANEUS.

3 *Vetantibus avibus.*] De hac historia ita Lucius Florus Epit. 55. refert: *Cajo Hostilio Mancino Consule sacrificante, pulli ex cavea evolaverunt.*

SCHOTTUS.

4 *Nescio qua voce.*] Vox quam se ignorare fingit, dæmonis ludibrium est: *Mane, Mancine.*

MACHANEUS.

4 Florus Epit. 55. *Conscendenti in navim, ut in Hispaniam proficisceretur, accidit audiri: mane Mancine. Auspicia tristia fuisse probatum est. Victus enim a Numantinis & castris exutus est.* idem Valerius Maximus asserit.

SCHOTTUS.

5 *Popillii.*] Ita lego parva facta immutatione. Vulgati *Pompeji* proclivi errore, vel *Pompilii.* Dictus autem *M. Popillius Lænas.* Appianus & Orosius lib. v. cap. 4.

6 *Inde solitudinem petit.*] MSS. *& solitudinem petiit.*

7 *Nuptu.*]

2 Eo die Numantini forte sollenni [7] nuptu filias locabant: & unam speciosam duobus competentibus, pater [8] puellæ conditionem tulit, ut ei illa nuberet, qui
3 hostis dextram retulisset. Profecti juvenes, [9] abscessum Romanorum in modum fugæ properantium co-
4 gnoscunt: [10] rem ad suos referunt. Illi statim [11] quatuor millibus [g] [12] viginti millia Romanorum ceciderunt. Mancinus, auctore [13] Tiberio Graccho [14] Quæstore suo, in leges hostium fœdus percussit: [15] quo per Senatum improbato, Mancinus Numantinis [16] deditus, nec [h] receptus, augurio in castra deductus: [17] Præturam [i] postea consequutus est.

g *al.* milibus suorum.

h *MSS. q.* nec repetitus, a genero in castra reductus. *lector arbitrabitur.*

i *Locus difficilis, an Prætor post Consulatum. Vide notas hic & in Metello Pio.*

7 *Nuptu.*] *Nuptum* nonnemo legit. Et hæc aliter distinguunt MSS. *Eo die Numantinis forte sollenni; nuptum filias locabant.*

ANNA.

7 Sed recepta lectio magis placet. Et omnia plana. Eo die, inquit, forte sollenni Numantini nuptu filias locabant. *Nuptu* autem pro *nuptui.*

GRUTERUS.

7 Palatini, *Nuptui.* Schotti MSS. lectio melior videtur hactenus recepta.

SCHOTTUS.

8 *Puellæ.*] Vox *puellæ* abest in MSS.

ANNA.

9 *Abscessum Romanorum.*] Quia Mancinus solitudinem petebat, supra.

SCHOTTUS.

10 *Rem ad suos referunt.*] MSS. habent, *& ad suos deferunt.*

GRUTERUS.

11 *Quatuor millibus.*] Palatini, ut & aliæ editiones, *quatuor millibus suorum.* Neque video cur abjici debeat.

SCHOTTUS.

12 *Viginti millia.*] *Triginta millia* Epitoma Livii 55. numerat. In compendiis, quæ singulis literis notantur, litera decussatim scripta, vel illic omissa, vel hic addita.

ANNA.

13 *Tiberio Graccho.*] Vide infra in Tib. Graccho.

SCHOTTUS.

14 *Quæstore suo.*] MSS. amplius.

MACHANEUS.

15 *Quo per Senatum improbato.*] Pacem cum Numantinis fecit ignominiosam, quam ratam esse *Senatus* vetuit.

SCHOTTUS.

16 *Deditus nec receptus.*] MSS. aliter. *redditus nec repetitus, a genero in castra ductus.* Sed recte legitur: tantum illud de auspicato in urbem deducto alibi collocandum videtur ex Orosio lib. v. cap. 4. & 5. Plautus Epidico:

Virtute atque auspicio Epidici cum præda in castra redeo.

ANNA.

16 De hoc more supra in Spurio Postumio. Mancinus hostibus *deditus*, neque ab iis *receptus*, suis etiam desertus, castra repetere non audebat; sed tandem favente *augurio in ea deductus* est.

SCHOTTUS.

17 *Præturam postea consequutus est.*] Nescio quo hoc pertineat. Anne Consularis *Prætor* fit? Nimirum probri causa ordine motus, ut cum recuperaret, *præturam* alteram gerebat, ut ab integro honorum gradus faceret sublato probro, uti apud Sallustium Catilinario Cornelius Lentulus Sura, & Cic. III. Catilinaria de secunda prætura. Simile in Livio exemplum extremo lib.

lib. x. de Papirio Cursore. Vide *notas nostras ad Metellum Pium* & l. IV. D. de *captivis & Postliminio reversis*, & l. fin. D. de *legationibus*, & *Cic. in Topicis*.

ANNA.

17 His exemplis patet Consulares viros probri causa ordine motos *praturam* alteram gessisse, ut iterum omnes honorum gradus implendo, ad alterum quasi novum Consulatum pervenirent. Et sic non iidem omnino, sed alii fere & novi homines viderentur; sed infra in Metello Pio non ita te facile expedias, de quo Victor. *Adolescens*, inquit, *petitione praturæ & pontificatus consularibus prælatus est*. Vides consulares in petitione *præturæ*. Quid igitur, an hic vocem *præturæ* suspectam habeamus? at eam & MSS. omnes & editiones constanter agnoscunt. Videant eruditi; neque enim satis mihi perspecta est tota hæc magistratuum ratio, ut de ea quidquam pronuntiare audeam.

CAPUT LX.

ARGUMENTUM.

Adversus Corinthios missus, sed victoriam alieno labore quæsitam intercipit, Corinthum signis tabulisque spoliat, & illis totam Italiam replet consul L. Mummius Achaicus.

IↃCVII. *Ita lego ex MSS.*

LUCIUS [1] Mummius, [2] devicta [3] Achaja, Achai- 1
cus: [4] Consul [a] adversus Corinthios missus, vi-
ctoriam alieno labore quæsitam intercepit. Nam cum 2
illos Metellus Macedonicus apud [5] Heracleam fudis-
set, & duce Critolao privasset; cum lictoribus &
paucis equitibus [6] in Metelli castra properavit, &
Corin-

SCHOTTUS.

1 *Mummius*] Monui ante in MSS. fere omnibus *Nummius* per N. scribi, forte ex soni in liquidis cognatione. Vide Suidam.

2 *Devicta.*] Melius est in iisdem quam *deleta*. Neque enim *delevit*.

MACHANEUS.

3 *Achaja.*] Est Græciæ pars ab *Achæis* dicta. De *Achaico* bello ita Florus: *Diæus Achaici motus primus auctor ab Achais dux creatus ad Isthmon Mummio consule, victus est: qui Achaja in deditionem accepta, Corinthum ex senatus consulto diruit. Mummius ipse abstinentissimum virum egit: nec quidquam ex his opibus ornamentisque, quæ prædives Corinthus habuit, in domum ejus pervenit.*

ANNA.

4 *Consul.*] An. U. C. 607.

SCHOTTUS.

4 Tò *Consul* accrevit ex MSS.

MACHANEUS.

5 *Heraclea.*] Ab *Hercule* nomen sortita est: de qua vide Diodorum Siculum.

ANNA.

5 Urbs Elidis supra Olympiam in Peloponneso.

6 *In Metelli Castra.*] Florus: *Sed, fata rerum! quum Metellus dimicasset, ad victoriam Mummius venit.*

7 Leu-

Corinthios apud 7 Leucopetram vicit duce b 8 Diæo, qui domum refugit, 9 eamque incendit: conjugem interfecit, & c in ignem præcipitavit: 10 ipse veneno
3 interiit. Mummius Corinthum signis tabulisque d spoliavit: quibus cum totam replesset Italiam; in domum suam nihil contulit.

b Διαιὸς Pausaniæ est in Achaicis. Vulg. Dioneo *male.*
c Mendose lib. excusi. Nos ex MSS. omn. consensu emendavimus.
d IↃCVIII. *Hinc Corinthia vasa.*

MACHANEUS.

7 *Leucopetra.*] Alba petra exponitur: ut λευκόφαιον album pannum dicimus.

ANNA.

7 *Sub Isthmi faucibus* Corinthiacum inter & Saronicum sinum.

SCHOTTUS.

8 *Diæo.*] Sic scribendum. Pausanias enim in Achaicis, Διαιὸς ὁ Κριτολάου διάδοχος: tametsi libri antiqui varient, in quibus est *Dineo*, pro *Diæo*, *a* in *n* migrante. Unde Parisinus fecerat *Clineo*, quod *c* & *l* in *d* sæpe commutetur: & contra. Vulgati ineptissime *Dioneo.*

ANNA.

8 Hunc sibi post Critolaum Achæi prætorem elegerant.

MACHANEUS.

9 *Eamque incendit.*] Unde conflatis & currentibus per vias liquefactis metallis nobilis illa mistura auro carior effecta: e qua candelabra, & alia vasaria fiebant, Plinio testante.

SCHOTTUS.

10 *Ipse veneno interiit.*] Sic emendo partim ab ingenio, partim ex librorum vestigiis odoratus veram scripturam: nam illud *excepto* afuit. Corrector quidam, vel corruptor potius ex *veneno* fecit *nemo*, &, quod necessarium videbatur, adjecit *excepto*: ut breviter dicam, excepto cerebro, cætera sanus. Joannes Grejonius professor Parisinus conjecerat, *accepto ipse veneno interiit.* Nec displicet.

CAPUT LXI.

ARGUMENTUM.

Pseudophilippum prætor vincit, Achæos prælio fundit, Arbachos Consul domat, cohortes loco pulsas locum recipere jubet, filios tres consulares, unum triumphantem videt, & illorum humeris ad sepulturam effertur Q. Cæcilius Metellus Macedonicus.

1 QUINCTUS Cæcilius Metellus a domita Macedonia, Macedonicus: 1 Prætor a 2 Pseudophilippum, qui idem 3 Andriscus dictus est, vicit. 4 A-

a IↃCV.

ANNA.

1 *Prætor.*] An. U. C. 605. Male hunc Consulem Florus lib. II. cap. 14. & hinc firmabis quæ apud illum diximus.

MACHANEUS.

2 *Pseudophilippum.*] Id est, falsum Philippum, qui se jactabat Macedoniæ Regem, nam ψευδὸς, ψευδὴ, ψευδὸν, idem est quod falsus, falsa, falsum.

SCHOTTUS.

3 *Andriscus.*] MSS. *Andariscus*, vel *Andricus.* Nihil muto.

b ıↃcvıı. — 4 Achæos 5 bis prælio fudit, 6 triumphandos 2
b Mummio tradidit. Invisus plebi ob nimiam severi- 3
tatem: & ideo * 7 post duas repulsas 8 Consul c æg
factus, 9 Arbachos in Hispania d domuit. Apud
e 10 Contrebiam opidum cohortes loco pulsis, redire
& locum recipere jussit. Cum omnia 11 proprio & 5
subito consilio ageret, amico cuidam quid acturus
esset roganti: Tunicam, inquit, meam f 12 exurerem,
si eam consilium meum scire existimarem. Hic 6
13 quatuor filiorum pater; supremo tempore humeris
eorum

b ıↃcvıı.
* Tertio *Ed. lib. sed gloss. est.*
c ıↃcvııı.
d ıↃcx.
e ıↃcxı.
q. l. Cantabriæ opid. *vel* Cantabriam.
f *MSS.* I. exuerem,

MACHANEUS.

4 *Achæos.*] ab *Achæo*, qui vitus cædem patrans in oram Lacedæmoniam profugus se recepit: & ejus loci accolas *Achæos* vocari constituit. Strabo libro VIII. auctor est.

ANNA.

5 *Bis.*] Imo semel ad Heracleam. Florus. *Et uno prælio peractum erat bellum.*

SCHOTTUS.

6 *Triumphandos.*] Patiendi significatione, ut Prudentius Christianus Pindarus in Ἁμαρτιγενεία.

... *quanto ferrata satellite ductor*
Bella gerit: quanta victos ditione
triumphat?

7 *Tertio post duas repulsas.*] Superat *tertio* ex MSS. nisi forte alius a secundo numerus est in sciolorum Arithmetica: credo supra adscriptam vocem, post, ut fit, seriem orationis invasisse, & vi locum tenuisse.

ANNA.

8 *Consul.*] An. U. C. 610.

9 *Arbachos.*] In Celtiberia, iidem qui *Arcuaci.*

SCHOTTUS.

9 *Arbactos* in MSS. in vulgatis *Arbachos.* Restitue *Arevacos.* quod opidum hodie una litera mutata *Arevalo* nomen retinuit, meminitque Plinius lib. IV. cap. 20.

MACHANEUS.

10 *Cantabriæ.*] Unde *Cantabris* populis nomen, de quibus leges Lucanum, Silium; nec non historicos varios; hos enim postremo Augustus superavit, auctore Suetonio.

SCHOTTUS.

10 *Contrebiam.*] Colinæus, quam lectionem retineo. Sic enim L. Annæus Florus, Vellejus Paterculus & Frontinus opidum appellant. Valerius Maximus plerumque *Trebiam.* Male itaque operæ *Contebriam* per oscitantiam evulgarant, ut in Thesauro Geographico diligens Ortelius noster in dictione *Centobria* notarat, qua etiam Val. utitur lib. V. cap. I.

ANNA.

10 Celtiberorum urbem, alii vocant *Centobriam.*

SCHOTTUS.

11 *Proprio.*] *Propero* MSS. Valerius lib. II. cap. 2. Nihil demuto.

GRUTERUS,

11 Sic etiam Palatini, non *propero*, quod in aliis; sed male. vult enim similem fuisse Tiberio Imperatori, quem ait Suetonius cap. 18. *sui arbitrii, & contentum se uno*, ante cladem Varianam. quem morem examinavimus in Livianis Dissertationibus: ubi voluimus, Imperatorium esse, quid fieri debeat, tractare quidem cum multis; quid vero facturus sit, cum paucissimis, ac fidelissimis, vel potius cum nullo, nisi ipso se.

SCHOTTUS.

12 *Exurerem.*] MSC, *exuerem.* Nihil demuto.

MACHANEUS.

13 *Quatuor filiorum pater.*] Plinius lib. VII. cap. 44. *Nam præter honores amplissimos cognomen Macedoniæ,*

eorum ad sepulcrum [14] elatus est : ex quibus [15] treis g Consulares, unum etiam triumphantem vidit.

g *Vulg.* Consules. *Notas consule.*

niæ. quatuor filiis illatus est rogo , uno prætore tribus consularibus , duobus triumphalibus , uno censore.

SCHOTTUS.

14 *Latus est.*] Elatus repono. *Efferri* enim funera dicuntur, quod vel pueris notum.

15 *Treis consulraes.*] a reposui ex MSS. tribus, Parisino, & Mediolanensi. Vulgati *Consules* faciunt, male, quod vel unus Paterculi l s volumine priore, qui hunc valde illustrat, docebit : *Quatuor filios sustulit : omnes adultæ ætatis vidit : omnes reliquit superstites & honoratissimos. Mortui ejus lectum pro rostris sustulerunt quatuor filii : unus Consularis & Censorius : alter Consularis , tertius Consul, quartus candidatus Consulatus, quem honorem adeptus est. Hoc est nimirum magis feliciter de vita migrare , quam mori.* D. quoque Augustinus II. de Civit. Dei cap. 23. tametsi quinque filios attribuat, *Consulares* omneis fuisse ait, non *Consules* : bini enim quotannis, nec plures simul *Consulatum* inibant. Plutarchus de Fortuna Romanorum senem ait Cæcilium Metellum Macedonicum elatum a quatuor filiis *Consularibus*, qui fuerunt.

I. Q. Cæcilius Metellus Balearicus, Consularis, triumphalis & Censorius.

II. L. Cæcilius Metellus Delmaticus Consularis & triumphalis.

III. M. Cæcilius Metellus Consularis.

IV. C. Cæcilius Metellus Caprarius, Prætorius.

Nisi quod quidam M. Cæcilio Consule mortuum putent, alii sequenti anno. Sunt qui plures liberos numerant. Valerius lib. VII. septem illi tribuit : viros quatuor, feminas treis. Plinius lib. VII. Natur. Hist. cap. 13. sex liberos reliquisse tradit, undecim vero nepotes, nurus, &c. & cap. 44. *Quatuor filiis elatus rogo , uno prætore , tribus Consularibus , duobus triumphalibus : uno Censorio.* Quo loco *uno prætorio* legendum ex Val. Max. Magna est igitur inter Metelli liberos dissensio. Quod autem L. Cæcilium Metellum Delmaticum supra agnominavi, doceor ab hujus ævi eruditis Diadematum potius cognominandum videri, Turnebo in jocos Ciceronis, Lambino ad Æmilium Probum, Stephano Pighio in Val. Max. lib. VII. cap. I. Fulvio Ursino in orationem Ciceronis ad Quirites post reditum. Idque auctoritate Plutarchi in Coriolano, ubi hoc ipsum Xylander observavit, itaque Plinium emendat lib. VII. idem Turnebus.

ANNA.

15 Idem Cicer. lib. V, de fin. bon. & mal. cap. 27. *Ergo, inquit, tibi Q. Metellus, qui tres filios Consules vidit, e quibus unum etiam & Censorem & triumphantem, quartum autem Prætorem, eosque salvos reliquit, & tres filias nuptas ; cum ipse consul, Censor etiam, augurque fuisset, & triumphasset*, &c. Ii quatuor filii sunt.

I. Q. Cæcilius Metellus Balearicus Cos. an. U. C. 630. Triumphavit an. 631. Censor an. 633.

II. L. Metellus Dalmaticus Cos. an U. C. 636. quo anno etiam, si Eutropio fides, triumphavit.

III. M. Cæcilius Metellus Cos. an. 638.

IV. C. Cæcilius Metellus. Hunc sub Consulatu Metelli Dalmatici Prætorem fuisse conjicio. Cos. fuit an. 640. Sed anno superiori mortuus Metellus Macedonicus. Quare tres tantum filios *Consulares*, quartum tantum Prætorem vidit.

CAPUT LXII.

ARGUMENTUM.

De Jugurtha Consul triumphat, Quinctium in censum non recipit, in exsilium agitur & revocatur, sororis [illegible]um laudare non vult Q. Cæcilius Metellus Numidicus.

[1] QUINCTUS Cæcilius Metellus, [2] Numidi- 1
a IↃCXLIV. cus: [3] quia Consul [a] de Jugurtha Rege Nu-
b IↃCLI. midiæ triumphavit. [4] Censor [b] [5] Quinctium, qui se
Tiberii Gracchi filium mentiebatur, in censum non
c IↃCLIII. recepit. Idem in [6] legem [c] Appulejam per vim la- 2
tam jurare noluit: quare [7] in exsilium actus,
[8] Smyr-

SCHOTTUS.

1 *Quinctus Cæcilius.*] Nomen in MSS. reperi *Q. Fabius Cæcilius Metellus.*

MACHANEUS.

2 *Numidicus.*] quia Jugurtham duobus præliis fudit: vide Sallustium in Jugurthino.

SCHOTTUS.

3 *Quia Consul.*] Hæc lectio a libris antiquis est.

ANNA.

3 An. U. C. 644. Vid. Flor. lib. III. cap. I.

4 *Censor.*] Cum C. Cæcilio Metello patruele suo an. U. 651.

SCHOTTUS.

4 De *Censura* ejus Cicero pro Sextio: *Q. Metellus Censor florentem hominem in populari ratione L. Saturninum Censor notavit, & insititium Gracchum, contra vim multitudinis incitatæ, censu prohibuit.* Sic Valerius libro nono. Vulgati quidam *in censu* hic legunt, auferendi casu.

5 *Quinctium.*] Hunc a Valerio Maximo L. Equitium Firmo Piceno oriundum lib. IX. cap. 7. de seditionibus, & 15. rursus lib. III. cap. 8. de constantia: a Cicerone in oratione pro Sextio *supr.* §. 4. *insititium Gracchum:* ab Annæo Floro *C.* prænominari video lib. III. cap. 16. ut sit *C. Quinctius Gracchus.*

ANNA.

5 Flor. lib. III. cap. 16. *hominem sine tribu, sine nomine, qui subdito titulo in Gracchorum familiam ipse se adoptabat.* Vide infra in Apul. Saturnino.

6 *Legem Appuleiam.*] Quam ferebat *Appulejus* Saturninus, qui Gracchorum leges asserebat. Vide Flor. lib. III. cap. 16.

MACHANEUS.

7 *In exsilium actus.*] Appianus: Metellus, quum censuram gereret, Glauciam virum Senatorium, & Appulejum Saturninum, qui Tribunatum ceperat, ob vitæ turpitudinem dignitate summovere conatus est, adversante collega repulsus: jurare autem non solum jusjurandum renuit; sed, ut prius juraverat, constanti animo, & intrepido perstitit. Inibi scribit: Consules per præconem adnuntiare jubentes, Metello igni & aqua tectoque ab omnibus interdicendum esse; conquerentibus autem maxime de his civibus, & Metellum continue armis circumseptum præmittentibus, Metellus eos complexus, & electionem plurimum commendans dixit; haud æquum sibi videri ejus causa aliquod discrimen inferri patriæ: his dictis, civitate egressus est. Florus quoque: Saturninus Me-

3 [8] Smyrnæ exſulavit: [9] Calidia[d] deinde [10] rogatione revocatus, cum ludis forte literas in theatro accepiſſet, [11] non prius eas legere dignatus eſt quam ſpectaculum finiretur. [12] Metellæ [e] ſororis ſuæ virum, [13] lau-

d IↃCLIV. *ex Val. Max. repoſui lib. v. cap. 2. & Cicer. pro Plancio. Vulg.* Claudia. *Non ſequor.*

e Metellum ſororis. *Vulg. ſed qui fieri potuit? Puto leg.* L. Lucullum *ex Cic.* VI. *Actione in Verrem.*

Metello Numidico quod in legem Agrariam minime iraſſet, diem dixit: qui a bonis ci bus defenſus, in voluntarium *exſiliu* abiit.

8 *Smyrnam.*] Aſiæ urbem, Homeri patriam. Id verſus prol

Smyrna, Rhodos, Colo Salamin, Cos, Argos, Athen

Certam de Homero.

SCHOTTUS.

8 Hæc inter cætera auctoris hujus ἁμαρτήματα numeranda. Rhodum enim in voluntarium exſilium ſeceſſit. Epitoma Livii 69. & Plutarchus. Deceptus fortaſſe nominis affinitate, quod P. Rutilius, non Q. Cæcilius *Smyrnæ* exſulavit. Cicero pro Cor. Balbo & in Bruto.

9 *Claudia.*] *Calidia* legendum: ſiquidem *Q. Calidius* Tribunus plebis legem hanc, qua in civitatem Numidicus reſtitueretur, tulit. Val. lib. v. cap. 2. de Gratitudine, Cicero pro Plancio. & *Claudii* patricii, quamquam non omnes. Obſervatum hoc poſtea comperi a Sebaſtiano Corrado in Brutum Ciceronis, ut ſua illi laus reddatur, & a Martiali Rogerio in Lælium Ciceronis.

ANNA.

9 Tulit hanc *Q. Calidius* tribunus plebis an. U. 654.

MACHANEUS.

10 *Rogatione.*] Lege; namque erat promulganda, & *rogabatur* populus, an in civitatem eum accipere vellet: inde nomen *rogationi* inditum.

GRUTERUS.

11 *Non prius eas legere dignatus eſt, quam ſpectaculum finiretur.*] Ita & de Ruſtico ſcribit Plutarchus fine libri περὶ πολυπραγμοσύνης, cum adeſſet ipſi Plutarcho declamanti, & miles Ruſtico epiſtolam a Cæſare miſſam traderet, & intermittere vellet Plutarchus orationem, eique concedere ſpatium legendi literas; renuit ille, neque ante epiſtolam ſolvit, quam Plutarchus peroraſſet.

SCHOTTUS.

12 *Metellæ ſororis ſuæ virum*] Sic legendum videri admonuerat me Johannes Olivarius vir doctiſſimus, quod *Metellarum* ſororum Numidici filios Lucullos, Servilios, & Scipiones fuiſſe conſtet. *Cicero Orationibus poſt reditum, pro domo, pro Sextio, & Plutarchus Lucullo.* Nec enim veriſimile eſt ſororis maritum *Metellum* appellatum, niſi inceſtas nuptias fuiſſe putemus. Sed ſororum *Metelli* mentio in eadem oratione Ciceronis pro Sextio. Ex Ciceronis actione VI. in Verrem, lege *L. Lucullum ſororis ſuæ.* Fuit quum ſcribendum putarem *Metellum ſororis ſuæ filium.* at *ex ſorore nepotem* dixiſſet. Is autem eſſet P. Cornelius Scipio, qui in Faſtis dicitur Q. Cæcilius *Metellus* Pius Scipio; erat enim a Pio, Numidici filio, adoptatus. Itaque hanc lectionem tuerer, niſi tempora refragarentur. Venio tamen in eam ſententiam, ut reſcribendum ita exiſtimem: *Metellus L. Lucullum ſororis ſuæ (Cæciliæ) virum.* L. enim *Lucullum*, patrem illius *Luculli*, qui cum Mithridate bellum geſſit, ſororis *Metelli* Numidici *virum* fuiſſe & furti condemnatum auctor Plutarchus in Lucullo, ut vidit idem Corradus in Brutum. Vulgarem tamen in auctore noſtro lectionem retinere Pighius videtur Valerii ſui auctoritate lib. I. cap. 6. ubi *Cæciliam Metelli uxorem* accipit, ut in via Appia vetus ſpectatur inſcriptio alterius Cæciliæ hoc modo:

f Vulg. quod is olim suum judicium & leges detract.

[13] laudare noluit, quod *f* is [14] solus [15] judicium contra leges [16] detrectarat.

CÆCILIÆ
Q. CRETICÆ. F.
METELLÆ. CRASSI.

13 *Laudare noluit.*] Intellige de *laudatione* pro funere.

14 *Solus.*] Ita in MSS, in vulgatis vero *olim.*

15 *Suum judicium & leges.*] Sic vulgati libri veteres: *judicium contra leges* Parisinus, quomodo e cudendum curavi, quæ lectio non longe a libris antiquis recedit, & vetus est, nam Raphael Volaterranus, qui hunc libellum pæne in opere suo transcripsit, ita fere legit libro XVII.

16 *Detrectarat.*] Exemplum Agrippinense detrectaret præfert.

CAPUT LXIII.

ARGUMENTUM.

Q. Popedium prætor interficit, Herculejos fratres Consul opprimit, Hispania Sertorium expellit, & in petitione.... Consularibus adolescens præfertur Q. Metellus Pius.

QUINCTUS Metellus [1] Pius, Numidici filius: Pius, quia patrem lacrymis & precibus assidue ab exsilio revocavit,[2] Prætor *a* [3] bello sociali [4] Q. *b* Popedium, 1

a IOCLXIIII. *b Vulg.* Pompejum *male.*

MACHANEUS.

1 *Pius.*] Appianus inquit: Publius Furius Tribunus plebis non liberto, sed libertino patre genitus, audaciter admodum & constanter illis resistebat. Ut neque Metelli filii precibus in conspectu populi suppliciter eum deprecantis, & ad pedes ejus provoluti lacrymisque flecti potuerit, qua ex causa puer idem ab hujusmodi prospectu *Pius* subinde cognominatus est.

ANNA.

1 Nam & amor in parentes proprie *pietas* dicitur.

MACHANEUS.

2 *Prætor.*] Imperator. In bello idem *prætorium*, & porta *prætoria.*

3 *Bello sociali.*] Alias Italico, quia Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Maruzini, Lucani, Samnites, initio belli a Picentibus moto, hi omnes (inquam) defecerunt, & arma *sociarunt*; nam hi omnes legatos ad Romanos misere, apud eos conquerentes, quod omnia ad præcipitatum illorum meditati, haud digni eorum republica habiti essent. Quibus Senatus acerbe respondit; si eorum, quæ egissent, illos pœniteret, legatos ad se mitterent; sin minus, mittere desisterent: illi desperatis rebus, ad bellandum se præparant, quibus exercitus ex urbibus in commune affuere.

ANNA.

3 De illo vide Flor. lib. III. cap. 18.

SCHOTTUS.

4 *Q. Popedium.*] Sic in veteribus libris est. *Silo Popedius* dicitur Vellejo lib. II. & Floro Epit. lib. 76. In Mediolanensi & Gryphio erat *Q. Pompedium*, quomodo & Strabo libro quincto Geog. scribit Πομπέδιος. apud Diodorum Siculum lib. XXXVII. Πομπαίδιος cum diphthongo, *Pompædius*, apud Plutarchum in Apophth. Πομπὶς Σίλων. In Mario Ποπλὶς Σίλων,

cor-

2 dium, [5] Marsorum ducem, interfecit. [6] Consul [c] in Hispania [7] Herculejos fratres oppressit: [8] Sertorium c IↃCLXXIII.
3 Hispania expulit. Adolescens in petitione [d] [9] Præturæ & Pontificatus, [10] Consularibus viris prælatus est. d IↃCLXXIX. Vide Notas.

C A-

corrupte utrobiq Atque non ignoro Græcos nomina Romanorum sæpe corrupisse i ibendo, quod hodieque in Barbari vocibus fieri ab exteris solet. Ron nos autem Barbaros a Græcis appe tos etiam in vulgus notum est. In is diu hoc mendum insedit, ut *Q. empejum* scribant: sed ferri non pote Errori ansam præbuit, quantum conjicio, quod eo bello Marsico, Italico, seu sociali *Cn. Pompejus Strabo*, pater Cn. Pompei Magni, Consul cum C. Porcio Catone feliciter depugnarit.

MACHANEUS.

4 Audi Appianum ita scribentem: Cæcilius Metellus successor illi substitutus, ad bellum cum venisset, in Japygas descendit, eosque bello devicit: & *Popedius* alter ex ducibus, qui in bello defecerant, interim occubuit: reliqui per partes ad Cæcilium venere: & hæc quidem per Italiam Sociali in bello gesta sunt.

ANNA.

5 *Marsorum ducem.*] *Popedius Marsos sub suis signis habebat.* Florus. *Marsi* ad lacum Fucinum.

SCHOTTUS.

6 *Consul.*] Non *Consul* sed *pro Consule*, anno postquam fuerat *Consul* quarto, DCLXXVII.

ANNA.

7 *Herculejos fratres.*] Sertorii legatos.

MACHANEUS.

7 Ut puto, vim fortitudinemque referentes, atque nomen.

SCHOTTUS.

7 *Hirtulejos fratres* non nemo appellat, quos alii *Herculejos.*

MACHANEUS.

8 *Sertorium.*] De quo inferius in Pompejo plura.

GRUTERUS.

9 *Pratura.*] Vox falsa est. quomodo enim heic consistat: cum sequatur *consularibus viris prælatus est.* visitur tamen in omnibus manuscriptis, & quidem cunctis perscriptum literis. quod si admittimus, primum admittamus necesse est, ad *praturam* admissos esse adolescentes, deinde consulares iterum de gradu suo descendisse, uti ambirent *praturam*; quod de Mancino supra ap. 59. noster hic pronuntiare virus. verum consulatur amicus noster Schottus: nam ego festino, neque aliud succurrit, quam id quod supra posui.

SCHOTTUS.

9 Vox *Pratura* suspecta, cum *Pratoria* ætas fuerit quadragesimus annus. Nam sacerdotia admodum adolescentibus committebantur: quod vel ex Julio Cæsare clarum est apud Suetonium cap. 13. Sed eodem plane modo loquitur de Cæsare Sallustius Catilinario. *Catulus ex petitione Pontificatus odio incensus: quod extrema ætate maximis honoribus usus, ab adolescentulo Cæsare victus discesserat.* Atqui tum ædilitate functus, *Praturam* petebat Cæsar: Suetonius cap. 13. & noster Pius biennio post factus est Consul: cum Scævulæ interfecto Pontifex Maximus anno DCLXXI. Pius successerit, idemque DCLXXIII. cum Sulla Consulatum gessit. Sic apud Cornelium Nepotem Marcus Brutus, quo tempore Cæsarem *prætor*, hoc est, quadragenarius interfecit, non semel adolescens vocatur, in vita Attici.

10 *Consularibus viris.*] quod sequitur magis etiam suspectam vocem *Praturæ* reddit, nisi dicamus a *Consularibus* Præturam iterum ambiri solere, quod ex historia Mancini probabile videri possit, qui *Consularis* iterum Prætor factus

fictus est, de quo supra cap. 59. Alteri id accidisse non memini: Prætorios vero, iterum Prætores fieri interdum solere scio, quod de Mario Gratidiano memoriæ proditum est ab Asconio Pediano in orationem Ciceronis in toga candida. Exstat lex Genutia anno CCCCXI. lata, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet &c. apud Livium lib VII. Certe locus iste diu nos torsit, miratusque sum Præturam post *Consulatum* peti: conabarque facere *Consularibus filiis*: quemadmodum *Patricios* dicimus, qui patribus, id est, Senatoribus nati erant, non solum qui patrem ciere possent, essentque ingenui. Sed ipse mihi non satisfacio. libri scripti nihil opis tulerunt: lector consideret.

ANNA.

10 Vide quæ sup[ra] [i]n Hostilio Mancino dicta s[u]nt. Locus sane difficilis: Ter[queb]at Schottus *consularibus filiis*, [vel pr]o *consularibus viris*, ut *co[n]sulares* [f]ii, de *consulum filiis* intelligatur. Neque tamen ita sibi ipse satisf[eci]t vir doctissimus.

CAPUT LXIV.

ARGUMENTUM.

Mancini fœdus quæstor probat, leges tribunus plebis fert, potestatem sibi prorogari vult, Capitolium petit, diadema poscere videtur & opprimitur Tiberius Gracchus.

TIBERIUS [1] Gracchus, [2] Africani ex [3] filia 1
IↃCXVI. [4] nepos, [5] Quæstor [a] Mancino in Hispania,
fœdus ejus flagitiosum [6] probavit. [7] Periculum dedi- 2
tionis

SCHOTTUS.

1 *Gracchus.*] Per aspirationem scripsi semper, Flavii Sosipatri auctoritatem sequutus & Græcam consuetudinem, tametsi *Graccus* in antiquis sit, vel a *gerendo*, ut Varro, vel a *gracilitate*, ut Sosipater, derivant, itaque scribit Scaurus.

2 *Africani.*] *Scipionis* addit MSC.

ANNA.

3 *Filia.*] Cornelia quæ Gracchorum mater fuit.

MACHANEUS.

4 *Nepos.*] Ratione avi, patrui, avunculique dicitur, a quo omnis posterior. ut illud Virgilianum:

Carpent tua poma nepotes.

Nec minus ganeonem signat a *nepa* voracissimo animali. Manilius mathematicus:

Ardentemque nepam.

Inde *nepotiæ*, & Suetonius: *nepotinis sumptibus*; in Nerone.

ANNA.

5 *Quæstor Mancino.*] Vide supra in Hostilio Mancino.

SCHOTTUS.

6 *Putavit*] inepte codices quidam: legendum *probavit*, ut in Hostilio Mancino videre licet. Gracchanæ seditionis causam vide apud Plutarchum, Livium, Vellejum lib. II. Appianum & Orosium lib. V. cap. 8. Cicero de Aruspicum responsis. *Tiberio Graccho invidia Numantini fœderis, cui feriendo Quæstor C. Mancini Consulis cum esset, interfuerat, & in eo fœdere improbando Senatus severitas dolori & timori fuit, istaque res illum a gravitate Patrum desciscere coëgit.*

MACHANEUS.

6 Plutarchus inquit: Missus igitur ad hostes, in hybernis, partim suadendo, partim recipiendo, fœdus firmavit, ac per eum modum viginti millia Romanorum absque auxiliariis, & aliis, qui extra ordinem sequuti erant, servavit.

ANNA.

7 *Periculum deditionis.*] Ne cum

Man-

3 tionis [8] eloquentiæ gratia [9] effugit. [10] Tribunus plebis (legem) tulit,[b] ne quis [11] plus quingenta agri jugera ha-
4 beret. Octavio collegæ [12] intercedenti, novo exemplo
5 magi tum [13] abrogavit. Dein tulit, [14] ut [c] ea familia, quæ

b ıↄcxx. Tò legem *afuit a MSS. vulg. mox*, mille agri. *Notas vide.*

c Familia *pro pecunia, ut in* XII. *Tab. & Suet. Nerone. Jurisconsulti Actionem familiæ erciscundæ vocant. Cicero Lælio sic Agere caput dixit, citante Agel. lib.* I. *cap.* 3.

Mancino hostibu .. *ederetur.*

8 *Eloquentia.*] ua facile princeps. *Florus.*

MACHANÆUS.

9 *Effugit.*] Nam ingressus urbem Numantinam, utpote amicus, liberali convivio except memoria paterna, qui pacem cu antinis servaverat, eamque se apud populum recte justeque defenderat.

ANNA.

10 *Tribunus plebis.*] Anno U. C. 620.

SCHOTTUS.

11 *Plus mille.*] Corrupte haud dubie. Corrige *plus quingenta*. Suspicor hinc natum mendum, quod notis numeros signarent antiquitus librarii cujus hodie vestigia exstant in ıↄ. & cıↄ. *Quingenta* enim omnes habent. Appianus lib. Emphyl. I. μηδένα τ͂ πεντακοσίων πλέθρων πλέον ἔχειν. Sic & Plutarchus in Gracchis. Florus tamen abbreviator Livii Epit. 58. *decem* habet dumtaxat; & Siculus Flaccus in libro de conditione agrorum *ducenta* male: Manavit error rursus e corruptis numerorum notis.

SCHOTTUS.

12 *Intercedente.*] Melius alii, *intercedenti*, dandi casu. Cicero de legibus: *Tib. Gracchum nihil aliud perculit, nisi quod potestatem intercedendi collegæ abrogavit.*

MACHANEUS.

12 Impediente, namque multitudine rogantium victus intercessit. de Octavio Appianus: *Octavius*, inquit, *quamprimum tribunatu ejectus clanculum effugit.*

ANNA.

12 Flor. lib. III. cap. 14. *Sed ubi intercedentem legibus suis Cnæum Octavium videt Gracchus, contra fas collegii, jus potestatis, injecta manu depulit rostris: adeoque præsenti metu mortis exterruit ut abdicare se magistratu cogeretur.* Vide quæ ibi notata sunt.

SCHOTTUS.

13 *Abrogavit.*) Sic libri antiqui. Unus scribit *abdicavit*. Falso. nam insequenti anno Tribunus plebis refici voluit Gracchus.

14 *Ut ea familia, quæ de Attali hæreditate.*] Aliter in MSS nostris: *ut ex ea pecunia, quæ de &c.* præpostere collocatis præpositionibus. Forte legendum *ut de ea familia quæ ex Attali.* Vide infra cap. 80. *familia* enim I. C. illis veteribus usitata vox, ut & in XII. Ulpianus enim tit. de verb. signif. duplicem facit, rerum & personarum. Rerum ut in legum XII. Tabulis. Significat enim bona & hæreditates defuncti. Verba attuli:

PATERFAMILIAS. SI. INTESTATUS. MORITUR. CUI. SUUS. HÆRES. NEC. ESCIT. ADGNATUS. PROXIMUS. FAMILIAM. HABETO. SI. ADGNATUS. NEC. ESCIT. GENTILES. FAMILIAM. ERCISCUNTO.

Unde Cajus l. I. D. familiæ erciscundæ, actionem *familiæ* erciscundæ proficisci ait a XII. Suet. Tranq. in Nerone cap. 4. *Familiam* ea significatione usurpat additque *pecuniam* explicandi causa. Suspicor igitur *Familiæ* potius quam *Pecuniæ* voce usum in lege roganda Gracchum eloquentissimum, & verborum studiosissimum, qui a Cornelia matre eductus cum fratre liberaliter, eloquentiam cum lacte nutricis imbiberat. Cicero in Bruto & Oratore.. Quinctil. lib. I. Hic autem sensus est: legem promulgavit, ut iis qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia, quæ Regis Attali fuisset, divideretur. Hæredem autem reliquerat populum Romanum

d IↃCXXI. quæ ex [15] Attali hæreditate erat, [16] ageretur: ut populo divideretur. Deinde [d] cum [17] prorogare sibi [18] potestatem vellet, [19] adversis auspiciis in publicum processit, statimque Capitolium petiit, [20] manum ad caput referens: quo salutem suam populo commendabat. hoc nobilitas ita accepit, quasi [21] diadema posceret: 6

manum Attalus Pergami Rex, Eumeni filius, paullo ante mortuus. Plutarchus in Gracchis βασιλικὰ χρήματα appellat, quæ hic *familia* est.

ANNA.

14 Bene hoc a viris doctissimis notatum. Ita & apud Terent. Heautontim. Act. v. Sect. 1.

Decem dierum vix mihi est familia.

MACHANEUS.

15 *Ex Attali hæreditate erat.*) Plutarchum lege hæc scribentem: posthæc *Attali* Philopatris defuncti testamento a Pergamenis Romam transmisso, quo populus Romanus *hæres* scriptus fuerat, statim Tiberius ad populum tulit, ut regia pecunia civibus Romanis, quibus agri dabantur, pro cultura assignaretur.

SCHOTTUS.

16 *Ageretur.*] Sic *caput agi* dicimus eleganter. Cicero in Lælio: *Minus justæ amicorum voluntates adjuvandæ sunt, in quibus eorum aut caput agitur aut fama.* Quam etiam lectionem confirmat Agellius lib. 1. cap. 3. Vulgati *de capite* substituerunt. Terent. Heautont.

Non nunc pecunia agitur.

Quomodo & in Phorm. legendum videtur Actu IV. Cicero pro Cæcina: *Agitur jus civitatis, bona, fortunæ omnium civium.* Cato VII. originum: *Multa me dehortata sunt huc venire, anni, ætas, vox, vires, senectus: Verum cum tantum Rempublicam agi arbitrarer.*

ANNA.

16 *Ea familia ageretur*, eleganter *ageretur* de *ea familia*. Frustra igitur doctissimus Gronovius *de ea familia* lego jubet in notis ad Senecæ controversiam XI.

SCHOTTUS.

Prorogare.) *Sequenti anno vellet* MSS. est, sed non videtur necessarium. Nam hoc est *prorogare* in *sequentem annum* continuare. Cicero in Catilinam: *Tib. Gracchus, quod iterum Tribunus pl. fieri vellet occisus.*

ANNA.

18 *Potestatem.*] Tribunatum. *Tib. Gracchus, quod iterum tribunus plebis fieri vellet, occisus.* Cicero in Catilinariis.

SCHOTTUS.

19 *Adversis auspiciis.*] Mediolanensis *adversus auspicia*, quomodo in Scipione Nasica loquutus est. Vide Obsequentem.

ANNA.

20 *Manum ad caput referens.*) Florus ibidem. *Inde quum in Capitolium profugisset, plebemque ad defensionem salutis suæ, manu caput tangens, hortaretur, præbuit speciem regnum sibi & diadema poscentis, atque ita duce Scipione Nasica, concitato in arma populo, quasi jure oppressus est.*

MACHANEUS.

21 *Diadema.*) A διαδέω ligo quasi Regum ligamen. Plutarchus attestatur per eum demum *diadema*, & purpuram e regia gaza a Graccho allata.

GRUTERUS.

21 Quæ signis potius indicamus quam verbis, perperam sæpe recipiunt interpretationem. Tranquillus in Cæsare c. 33. *Cum in alloquendo exhortandoque, sæpius digitum lævæ manus ostentans, adfirmaret se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, anulum*

ret: segniterque cessante [22] Mucio Consule; [23] Scipio Nasica sequi se jussis, [e] [24] qui salvam Rempublicam vellent, Gracchum in Capitolium persequu-
8 tus [25] oppressit. Cujus corpus Lucretii Ædilis manu in Tiberim missum, unde ille [26] Vespillo dictus.
9 Nasica ut in[illegible]diæ subtraheretur, per speciem legationis [27] in Asi[illegible]m ablegatus est.

e Vide Servium in VIII. Æn. initio. Cic. pro C. Rabirio & post reditum.

lum quoque æquo animo [illegible]tracturum sibi; extrema concio, cui f[illegible]ilius erat videre concionantem quam [illegible]e, pro dicto accepit, quod visu susp[illegible]r, promissumque jus anulorum cum[illegible] libus cccc. *distulit.*

ANNA.

22 *Mucio.*) Pub. *Mucio* Scævola.

SCHOTTUS.

23 *Scipio Nasica.*) Privatus hoc egit. Cicero 1. Officiorum, pro Plancio, & pro domo sua: *P. Scipionis factum statim P. Mucius Consul, qui in gerenda repub. putabatur fuisse segnior, multis Senatusconsultis, non modo defendit, sed etiam ornavit.*

24 *Qui salvam R. P. vellent.*) Formula est, qua civium evocatio fiebat ad Rempublicam juvandam opprimendosque seditiosos. Servius in illud Virgil. Æneid. VIII. versu 1.

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit.

Et Isidorus lib. IX. Etymolog. cap. 3. Cicero vero orat. 1. pro Cornelio apud Asconium. *At enim extremi ac difficillimi temporis vocem illam, C. Corneli, Consulem mittere coëgisti, qui R. P. salvam esse vellent, ut ad legem accipiendam adessent.* Videndi Cæsar lib. VI. belli Gall. & Valerius lib. III. cap. 2. Simile apud Livium lib. XXXIV. *Clamitans, ut qui salvam Rempublicam vellent, auctorem & ducem libertatis sequerentur.* Et Marcus Æmilius Lepidus consul oratione ad populum Romanum, ut arma contra Sullam Dictatorem capiant, lib. 1. Historiarum Sallustii, *Adeste, inquit, Quirites, & bene juvantibus Diis M. Æmilium Consulem ducem & auctorem sequimini ad accipiendam libertatem.*

MACHANEUS.

25 *Oppressit*) Lucio Saturnino & Rufo interfectoribus.

ANNA.

26 *Vespillo.*] Nam *vespillones* dicebantur, quibus corporum sepeliendorum cura.

MACHANEUS.

26 Quia *vespertino* tempore cadavera sepeliebantur. Martialis:

Nuper erat medicus, nunc est vespillio Paullus.

Ita enim in codicibus veteribus legitur.

SCHOTTUS.

26 Et hoc loco *vespilio*, in aliis est. Cæterum monet Julius Obsequens extremo libro prodigiorum neminem, qui magistratum collegæ ademerit, annum vixisse: exemplisque declarat.

27 *In Asiam.*] Pergamum inquit Valer. lib. V. cap. 3. In MSC. meo hæc eadem manu adscripta reperi. *Cum Comitiorum die Gracchus seditiones populi accenderet, auctore Nasica inflammata nobilitas, fragmentis subselliorum plebem fugavit. Gracchus per gradus, qui sunt super Calpurnium fornicem, detracto amminiculo fugiens, ictus fragmento subsellii corruit, rursusque assurgens alio ictu clavæ cerebro impactæ occubuit. Ducenti ea seditione interfecti, quorum corpora in Tiberim projecta.*

ANNA.

27 Sed ea ego Victoris esse non puto.

CAPUT LXV.

ARGUMENTUM.

Sardiniam quæstor sortitus sponte decedit, defectionis invidiam sustinet, leges fert, Minucio legibus obrogante in Capitolium venit, in forum descendit, Aventinum occupat, ab Opimio victus in lucum Furinæ pervenit & interficitur C. Gracchus.

a Martial. cum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia est.
b IↃCXXIIX.
c IↃCXXX.

[1] CAJUS Gracchus [2] pestilentem [a] Sardiniam 1
[b] Quæstor sortitus, non veniente successore,
[3] sua sponte discessit. [4] Asculanæ & [5] Fregellanæ 2
defectionis [6] invidiam sustinuit. Tribunus [c] plebis 3
[7] agrarias & frumentarias leges tulit. [8] colonos etiam
Capuam & Tarentum mittendos censuit. [9] Triumviros 4

SCHOTTUS.

1 *Cajus Gracchus.*] Hac de re Gracchus ipse apud Agellium lib. XV. cap. 12. *Cum rediret ex Sardinia*, inquit Agellius, *de sua parsimonia & continentia hæc protulit: Cum Roma profectus sum, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli.* Meminit & Symmachus lib. IX. epist. 39.

2 *Pestilentem Sardiniam.*] De *Sardinia* aëris insalubris ac *pestilentis*, sic Martialis lib. II. ut omittam Claudianum lib. II. de bello Gildonico fine.

Nullo fata loco possis excludere, cum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

Cicero lib. VII. epist. 24. ad Fabium Gallum: *Id ego in lucro pono, non ferre hominem pestilentiorem patria sua.* Habita tamen est pinguis, & soli uberis *Sardinia.* Horatius Od. 31. lib. I.

Sardiniæ segetes feraces.

Vide Strabonem lib. V.

ANNA.

3 *Sua sponte discessit.*] Contra leges: successorem enim expectare debebat antequam e Provincia exiret.

MACHANEUS.

4 *Asculanæ.*] Quod *Asculum* ejus causa defecerat in bello sociali.

ANNA.

4 *Asculum* aliud est in Picenis, aliud in Apulis; de priore hic sermo est.

MACHANEUS.

5 *Fregellanæ.*] Quod *Fregellæ* etiam ejus causa defecerant in bello sociali.

SCHOTTUS.

5 Mediolanensis *Fragellanæ.* MSS. fere *Fregedanæ.*

ANNA.

5 *Fregellæ* in Latio.

6 *Invidiam sustinuit.*] *Invidia* est odium, crimen, exprobratio. Gallice verteres, *il fut accusé seul de la revolte d'Asculum & de Fregelle.*

7 *Agrarias & frumentarias.*] Vid. Flor. lib. III. cap. 15.

8 *Colonos etiam.*] Epitome Livii. *Effecit, ut complures coloniæ in Italia deducerentur.* Vide Plutarchum: hac mente puto ut *colonis* sibi delegatis & Italiam & Provincias repleret.

SCHOTTUS.

9 *Triumviros.*] MSS. pro *Triumviros* habent *Tribuum viros* vitiose. Sallust. Jugurthino: *C. Gracchum trium-*

viros agris dividundis se, & Fulvium Flaccum, & [10] C. Crassum constituit. [11] Minucio Rufo Tribuno plebis legibus suis [d] [12] obrogante in Capitolium [e] venit: ubi cum [13] Atilius, [14] præco Opimii Consulis, in turba fuisset occisus, in forum descendit, & imprudens [15] concionem a [16] Tribuno plebis avocavit: [17] qua re arcessitus, cum in Senatum non venisset, armata [18] familia Aventinum occupavit. ubi ab Opimio victus, dun a templo [f] [19] Dianæ desilit, [20] ta-

d *Ita MSS. & inf. c. 73. Vulg.* abrogante. *vide Ulpianum.*

e DCXXXII.

f Lunæ *MSS. q. & mox* Pontino amico.

triumvirum coloniis deducendis dit Opimius.

10 *C. Crassum.*] Mendum subest, nullum enim in antiquis libris *Crassi* vestigium. Parisinus codex *C. Orosum.* Coloniensis *Corsum*: alii *C. Papirium Carbonem* nuncupant, & recte.

ANNA.

11 *Minucio Rufo.*] Florus. *Obrogare auso legibus suis Minucio tribuno*, &c.

SCHOTTUS.

12 *Abrogante.*] Malim *obrogante*, ut hic MSS. legunt, & infra in Appulejo Saturnino. Quid sit autem *obrogare*, *abrogare*, *derogare*, &c. docebit te Ulpianus J. C. Quid si *leges ejus abrogante* reponas ex Orosii lib. v. cap. I. Dandi tamen casu dixit Ovidius lib. II. Trist.

Et nimium scriptis abrogat ille meis.

Nisi quis *obrogat* legendum ibi censeat, ut apud Livium in MSS. doctissimus Petrus Pithœus observavit libro IX. Annal. *Ubi duæ leges sunt, semper antiquæ obrogat nova.* Et Cicero apud Lactantium lib. VI. Divin. Instit. *Huic*, inquit, *legi neque obrogari fas est, neque derogari ex ea aliquid licet, neque tota abrogari potest.*

MACHANEUS.

12 *Abrogatur* lex in totum, *derogatur* in partem.

SCHOTTUS.

13 *Attilius.*] In MSS. longe aliud nomen, partim *Anicullius*, partim *Anitullius*, qui Plutarcho *Anticyllius* est: *y*, autem ut, *u*, Gallicum pronuntiari solitum Verrius Flaccus, cæterique literatores tradidere.

GRUTERUS.

13 Turbant & nostri Palatini, in quorum uno *Antilius*, minus longe a publicatis quam ii in quibus *Anicullius*, aut *Anitullius*. alter Palatinus *Antullius*.

MACHANEUS.

14 *Præco.*] Tubicen a *præcinendo*. Plutarchus vult fuisse ministrum intestina ferentem: & quia dixit: *cedite bonis civibus mali*: brachiumque in obscœnum modum intorsit, a fautoribus Gracchi interfectum.

15 *Concionem avocavit.*] Cupiebat se de cæde purgare, verum a nemine audientiam habens abiit.

ANNA.

16 *Tribuno plebis.*] Minucio Rufo.

SCHOTTUS.

17 *Quare arcessitus.*] Recte in MSS. *qua re arcessitus*: illa enim vox sive conjunctim, sive separatim scribatur, nihil interest: hæc vero propria est hujus loci, & rei, qua de agitur. Vide supra in Fufetio.

ANNA.

18 *Familia.*] De servis proprie dicitur.

SCHOTTUS.

19 *Dianæ.*] Veteres *Lunæ.*

MACHANEUS.

19 Nam *Luna* in cœlo: *Diana* in

[20] talum intorsit, & [21] Pomponio amico [22] apud portam Trigeminam, [23] P. Lætorio in Ponte [24] Sublicio persequentibus [25] resistente, in lucum [26] Furinæ [g] pervenit. Ibi vel sua, vel servi [27] Euphori m nu interfectus, caput [28] a [h] Septimulejo amico [29] racchi, ad Opimium relatum, [30] auro expensum ertur, propter avaritiam infuso plumbo gravius eff ctum. 6

g DCXXXII.

h Septimo Arejo *MSS.* *Alii aliter* Septimio Atello.

in nemoribus: Proserpina in inferno.

ANNA.

19 Templum *Dianæ* Aventinæ intellige.

SCHOTTUS.

20 *Talum.*] *Telum* autem etiam depravatum in auctore de bello Hispaniensi, pro quo reponendum *talum*.

21 *Pomponio.*] Vulgati. Veteres *Pontino*. Volaterranus lib. XVI. *Pontinium* quoque exscripsit.

GRUTERUS.

21 Accedunt Palatina exemplaria eis, qui præferunt *Pontinio*.

MACHANEUS.

22 *Apud portam Trigeminam.*] Per quam Horatii *trigemini* ad bellum contra Albanos exierant.

ANNA.

22 Hunc non apud *portam trigeminam*, sed in ponte sublicio Gracchum persequentibus restitisse innuit Vellejus lib. II. cap. 6. *Quo die*, inquit, *singularis Pomponii equitis Rom. in Gracchum fides fuit, qui more Coclitis, sustentatis in ponte hostibus, ejus gladio se transfixit.*

SCHOTTUS.

23 *P. Lectorio.*] In MSS. est. Non placet. Recte vero *P. Lætorium* vocant. Valerius enim Maximus *Pomponium* & *Lætorium* agnoscit lib. IV. cap. 7. de amicitia.

MACHANEUS.

24 *Sublicio.*] Lege superius.

SCHOTTUS.

25 *Resistente in lucum.*] In MSS. est *resiste s in locum*. Non placet.

26 *F rinæ.*] Libri veteres *Furrianæ*, uod abnuo. De *Furina* Dea M Terentius Varro lib. IIII. & de ling. Lat. Ful. Ursinus Notis in librum III. Cic. de Nat. Deorum *Forinæ* legi vult, ex antiquo lapide.

MACHANEUS.

26 *Furinæ.*] Varro de lingua Latina: *Furinalia a Furina, quod ei deæ feriæ publicæ dies is, cujus deæ honos apud antiquos. Nam ei sacra instituta annua: & flamen attributus; nunc vix nomen notum paucis.* Et alibi. *obscura est eorum origo. Volturnus, diva Palatua, Furina.*

SCHOTTUS.

27 *Euphori.*] *Euporus* vocatur a Paterculo, & Macrob. lib. I. cap. II. *Philocrates* a Plutarcho in Gracchis & Val. Max. libro VI. cap. 8. qui & *Euporum* nominatum ab aliis refert.

28 *A Septimulejo.*] Omnes pæne libri variant. MSS. *a Septimio Atejo*, Parisinus *Septimio Attelo*, Coloniensis *Septimio Attilio*, Mediolanensis *Septimio Atello*. Vide Plin. lib. XXXIII. Natur. hist. cap. 3. & Plutarchum in Gracchis.

29 *Gracchi.*] Familiarem faciunt etiam Plin. XXXIII. 3. & Val. Max. IX. 4. Plutarchus vero Opimii.

ANNA.

30 *Auro expensum fertur.*] Florus. *Et illud sacrosanctum caput Tribuni plebis auro pensatum est.*

CAPUT LXVI.

ARGUMENTUM.

Munus Ædilis dat, in Asia quæstor insignibus non utitur, Latinis civitatem.... tribunus plebis permittit, nimiæ libertatis quia fuit, multa contra dignitatem facit, ex gratia in invidiam venit, & immisso inter turbam percussore corruit M. Livius Drusus.

1 MARCUS Livius [1] Drusus, [2] genere & eloquentia
magnus, sed ambitiosus & superbus, Ædilis
2 munus magnificentissimum dedit: Ubi [a] [3] Remmio *a MSS. om.*
collegæ, quædam de utilitate Reipublicæ [4] suggeren- *Vulg.* Rubrio----
3 ti, Quid tibi, inquit, cum republica nostra? Quæ- suggerente.
stor in Asia [5] nullis insignibus uti voluit, ne quid
4 ipso esset insignius. Tribunus plebis Latinis [6] ci-
vitatem, [7] plebi agros, equitibus curiam, [8] Senatui
5 judicia [b] permisit. Nimiæ libertatis fuit: ipse etiam *b* IↃCLXII
professus, nemini se ad largiendum [9] præter cœlum
&

MACHANEUS.

1 *Drusus.*] Primus a *Druso* duce hostium victo. De hoc Suetonius in Tiberio meminit.

ANNA.

1 Vide Flor. lib. III. cap. 17.

2 *Genere & eloquentia magnus.*] Nobilissimum, eloquentissimum, & sanctissimum vocat Vellejus lib. II. cap. 13.

SCHOTTUS.

3 *Rubrio.*] In quibusdam *Rubrico.* verum antiquorum librorum tantus consensus, ut pæne religio sit ab iis discedere. Parisinus *Remimio*, Coloniensis *Reminio*, MSS. vero, *Remmio.*

4 *Suggerente.*] *Suggerenti*, dandi casu. Sic antiquissima exempla MSS.

MACHANEUS.

5 *Nullis insignibus.*] Habent singuli magistratus *insignia* sua, de quibus lege Fenestellam de Romanorum magistratibus.

ANNA.

6 *Civitatem.*] Imo jus civitatis iis tantum promisit Drusus.

MACHANEUS.

6 Appianus: *Drusus vir illustris rogantibus Italis legem de civitate illis danda laturum se promiserat.*

7 *Plebi agros.*] *Inde populo subblandiens, plures colonias in Italia & Sicilia, quæ jampridem decretæ, nondum tamen conditæ erant, deducere suasit.*

ANNA.

8 *Senatui judicia.*] Quæ penes equites erant.

9 *Præter cœlum & cœnum.*] Florus. *Extat vox ipsius, nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum.* Cicero pro Rabirio: *execranda illa vox in libera Rep. M. Drusi: Nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum.*

SCHOTTUS.

9 Qui *terram* hic scripsere, dicam audaciter, venustatem orationis

& cœnum reliquisse: ideoque cum pecunia egeret,
multa contra dignitatem fecit. [10] Magulsam Mau- 6
ritaniæ principem ob Regis simultatem profugum, ac-
cepta pecunia [11] Boccho prodidit: quem ill [12] ele-
phanto objecit. [13] Adherbalem filium Regis Numida- 7
rum obsidem [14] domi suæ [15] suppressit redemtionem
ejus [16] occultam a patre sperans. [17] Cæpionem ini- 8
micum actionibus suis resistentem, ait se de saxo Tar-
c IↃCLXII. pejo præcipitaturum. [18] Philippo consuli legibus A- 9
grariis resistenti, ita collum in mitio [19] obtorsit, ut
multus sanguis [20] effluerет e naribus: [21] quam ille,
luxu-

Addidi aut ex MSS. Lapsus Machaneus & Poncherius hic.

nis corrupere, & glossemata dederunt, legunt quidam *præter cœlum & solum*, rectius.

10 *Magulsam.*] *Magudulsam* libri veteres.

ANNA.

10 Hoc in historia me legisse non memini.

MACHANEUS.

11 *Boccho.*] Is Sallustio auctore fuit Rex Mauritaniæ.

12 *Elephanto.*] Elephas & elephantus utrumque declinatur: de quo animali Plin. lib. VIII. naturalis historiæ perquire.

13 *Adherbalem.*] Micipsæ filium, de quo Jugurthinum Sallustii consule, is enim hunc & legitimos, Jugurtham vero nothum reliquit.

ANNA.

13 Regis Numidarum, quod mihi etiam suspectum est.

SCHOTTUS.

14 *Domi suæ.*] Agrippinensis excusus, *domum suam.* MSS. verius *domi suæ.*

15 *Sumpsit.*] Agrippinensis excusus. MSS. verius *suppressit.*

16 *Occultam.*] MSS. vulgati *occulte.*

ANNA.

17 *Cæpionem.*] Servilium *Cæpionem*, qui equites asserebat.

SCHOTTUS.

18 *Philippo Consuli.*] Est in MSS. quibus si vel Dominicus Machaneus, vel Philippus Poncherius usi fuissent, non ita turpiter hic hallucinati essent. Fuere enim Consules, ut puto, anno DCLXII. post U. C. L. *Marcius Philippus & Sex. Julius Cæsar.*

MACHANEUS.

18 *Consuli* intelligo Metello; salvo semper meliori (ut ajunt) judicio. Nimirum variant sæpe historici in nominibus, etsi in re conveniant. Quod hic attribuit Druso, Plinius lib. VII. naturalis historiæ cap. 44. C. Atinio Labeoni transscribit his verbis: *In ipso tamen flore dignationis suæ a C. Atinio Labeone, cui cognomen fuit Macerioni, Tribuno plebis, quem e Senatu Censor ejecerat, revortens e campo meridiano tempore, vacuo foro & Capitolio ad Tarpejum a damnato suo, raptus, ut præcipitaretur.* Paullo inferius, *bonis inde etiam consecratis; tanquam parum esset, faucium certe intortarum, expressique per aures sanguinis pœna exacta est.*

ANNA.

19 *Obtorsit.*] Per viatorem hoc factum fuisse ait Florus: alii per Drusi clientem.

SCHOTTUS.

20 Pro *effluerет* scripti codices *effunderetur.* Nihil tamen demuto.

21 *Qua ille luxuria comprobans, morti jam detrudi se dicebat.*] Egregie hunc locum restitui, nisi fallor, e vestigiis MSS. veram lectionem odoratus: in quibus reperi, *quem ille,*

luxuriam [d] opprobrans, [22] muriam de turdis esse di-
10 cebat. [23] Idem ex gratia nimia in invidiam venit. nam [24] plebes acceptis agris gaudebat; expulsi dolebant: Equites in Senatum lecti lætabantur; sed [26] præter i querebantur: Senatus permissis judiciis exsultabat; sed [27] societatem cum Equitibus ægre fe-
11 rebat. Unde Livius anxius, ut Latinorum postulata differret, qui promissam civitatem flagitabant, [28] repente in publico concidit, sive [29] morbo comitiali, seu

d Sic hunc locum sanavi nimis vulgo deformatum: quæ ille luxuria comprobans, morti jam detrudi se dicebat. *Vidi qui ita scriptum habere:* morti aut detur dixisse dicebat. *Pulm. exemplum aperte ut edendum curavimus. Male antea* injuriam *impresserant. Mox* Tò nimia *abest in vulg. ut &* illud, sed præteriti querebantur.

ille, *luxuriam exprobrans* (alii *opprobrans*) *muriam de turdi. esse dicebat.* ubi fortasse, *ad quem ille* legendum videatur. Parisinus codex vetus, *qua illa luxuria exprobrans.*

MACHANEUS.

22 *Morti jam detrudi se dicebat*] Consonant huic & Pliniana hæc verba: *ægre Tribuno, qui intercederet, reperto, a limine ipso mortis revocatus, alieno postea vixit beneficio.*

SCHOTTUS.

22 Parisinus codex vetus, *morti autem detur dixisse dicebat.* Si quis ductus literarum sequatur, dicet me veram lectionem eruisse, sensumque assequutum. Hoc enim vult. Cum multus e naribus sanguis efflueret, *exprobrasse* Philippo Consuli Livium, non a se, sed *a turdorum sanguine suffocatum* esse: erat enim *luxuriæ* deditus. *Turdos* autem in deliciis ponunt popinæ artifices, ut Apicii, & Martialis. De *Muria* nos pluribus in Observationum libris. Nam quæ hic interpretes de divinatione, morte jam imminente, & Cygnea cantione sunt commenti, meri λόγοι videntur.

23 *Idem ex gratia nimia.*] Ita MSS. Pithoei codex: *Deinde ex gratia in invidiam.* Abest *nimia.* De his judicet S. P. Q. literatus.

MACHANEUS.

24 *Plebs gaudebat.*] Solus populus coloniarum deductione lætabatur, in hac tum colonis agri dividebantur.

SCHOTTUS.

25 *Equites lecti.*] Aptior vetus lectio: *Equites in Senatum lecti lætabantur, sed præteriti querebantur.* Eximie. Sunt enim, si animadvertas, quasi opposita: *gaudebant, dolebant: lætari, queri: exsultare, ægre ferre.* Ergo in vulgatis male desideratur comma.

ANNA.

25 Hoc certe valde suspectum est, neque adduci possum, ut credam, *equites*, quæ judicia ipsi possidebant, ea ad *senatum* æqua parte transmissa libenter vidisse.

26 *Præteriti.*] Dicebantur ii, quorum nomina Censores in recitando *præterierant.*

MACHANEUS.

27 *Societatem cum Equitibus.*] Appianus de bellis civilibus: *Senatum vero & equites judiciorum causa jampridem inter se dissidentes communi lege conjungere tentavit.*

28 *Repente in publico concidit.*] De ejus morte ita Appianus. *Cum igitur circa vesperam multitudinem emitteret, subito se percussum esse conclamavit, vixque finito clamore, in terram decidit, repertus deinde sutoris gladius femori ejus infixus: eoque modo Drusus, & ipse Tribunus, occiditur.*

29 *Morbo comitiali.*] Caduco, dicto quia *comitia* impediebat: si quis enim cecidisset, ea dirimebantur.

SCHOTTUS.

29 De illo Plinius lib. XXV. cap. 5. & Agellius XVII. cap. 15. Sueton. de Cæsare cap. 45.

seu hausto [30] caprino sanguine semianimis domum re-
latus. Vota pro illo per Italiam publice suscepta 12
sunt: & cum [31] Latini Consulem [32] in Albano mon-
te interfecturi essent, Philippum admonuit u averet:
Unde in Senatu accusatus, cum domum se reciperet,
immisso inter turbam percussore, corruit. Invidia 13
cædis apud Philippum, & Cæpionem fuit.

30 *Caprino sanguine.*] De illo Plinius lib. XXVIII. cap. 9. extremo. Taurino extinctus Themistocles, auctor Cornelius Nepos.

ANNA.

31 *Latini Consulem interfecturi essent.*] Flor. lib. III. cap. 18. *Primum fuit belli in Albano monte consilium, ut festo die Latinarum Julius Cæsar & Martius Philippus Consules inter sacra & aras immolarentur. Postquam i [illegible]efas proditione discussum est*, &c. d tunc Philippum admonere non potuit Drusus, quem anno superiori mortuum tabulæ notant.

SCHOTTUS.

32 *In Albano monte.*] Monte ex antiquis redundat.

CAPUT LXVII.

ARGUMENTUM.

Humili loco nascitur, consulatum adipiscitur, Jugurtham ante currum agit, Teutones & Cimbros vincit, deque illis triumphat, Appulejum Saturninum & Glauciam interimit, armis a Sulla victus in palude delitescit, inventus in carcerem conjicitur, navicula in Africam trajicit & exsulat, revocatus exercitum facit, & cæsis inimicis injuriam ultus voluntaria morte decedit C. Marius Pater.

CAJUS Marius [1] septies Consul, [2] Arpinas, 1
humili loco natus, primis honoribus per or-
a IɔCXLIV. dinem functus, [3] legatus [4] Metello in Numidia,
[4] cri-

MACHANEUS.

1 *Septies Consul.*] Hoc, auguriis apparentibus, consulti respondere: ob nidum *septem* pullorum aquilæ, quos in veste Marius detulerat.

ANNA.

2 *Arpinas.*] *Sed is natus & omnem pueritiam Arpini altus.* Sallustius in Jugurthino. *Arpinum* in Volscis.

MACHANEUS.

2 Juvenalis:

Arpinas alius Volscorum in monte solebat.

Fuit enim conterraneus Tullianus.

ANNA.

3 *Legatus Metello.*] An. U. C. 644.

MACHANEUS.

3 Primo militavit sub Scipione apud Numantiam, inde tribunus militum sub Metello, in cujus domo ipse a pueritia, paterque ejus ministri fuerant, inde *legatus* in Africa.

4 *Cri-*

[4] criminando eum [5] Consulatum [b] adeptus, Jugur- [b] IↃCXLVI.
2 tham [6] captum [c] [7] ante currum egit. In proximum [c] IↃCXLIX.
annum [d] Consul ultro factus, [8] Teutones in Gal- [d] IↃCL.
lia [e] apud [9] Aquas Sextias, [10] Cimbros [f] in Ita- [e] IↃCLI. [f] IↃCLII.
lia, in campo [g] [11] Caudio vicit, deque his [12] [g] Vulg. Claudio: al. Savidio; al. Rhaudio.
3 triumphavit. [13] Sexies Consul per ordinem factus,
[h] [14] Ap-

ANNA.

4 *Criminando eum.*] Criminose de bello, quod Metello commissum erat, loquebatur. *Si dimidia pars exercitus sibi permitteretur, paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum: ab Imperatore consulto trahi, quod homo inanis & superbiæ regiæ, imperio nimis gauderet.* Sallustius.

MACHANEUS.

4 Nuntiabant enim milites Romanis per literas, nunquam finem habitura bella contra barbaros, nisi C. Marium Consulem crearent. His rebus vehementer Metellus angebatur.

ANNA.

5 *Consulatum adeptus.*] An. U. 646.

MACHANEUS.

6 *Captum.*] per Bocchum Mauritaniæ Regem & socerum, a quo gener Jugurtha traditus est Sullæ Quæstori in eo bello, ac per eum ad Marium ductus est.

ANNA.

7 *Ante currum egit.*] An. U.C. 648.

SCHOTTUS.

8 *Cimbros in Gallia.*] Malim ex historiæ veritate ita legi: *Teutones in Gallia.* *Teutonas* vulgati: MSS. fere *Teutonos*, quo modo & in Cæsaris Commentariis Gallicis scriptum reperi.

ANNA.

8 Populi sunt ad mare Germanicum.

9 *Aquas Sextias.*] In Gallia Narbonensi ad mare. Flor. lib. III. cap. 3. *Prioresque Theutonios sub ipsis Alpium radicibus assequutus Marius, in locum quem Aquas Sextias vocant, quo fidem Numinum! prælio oppressit.*

SCHOTTUS.

9 *Aquas Setias* Coloniensis habet, ita dictas a *Setio*, ait Robortellus, quem refellit Sigonius lib. I. Emendat. cap. 6.

MACHANEUS.

9 Alii *Sextiles* scribunt, coloniam Romanorum, ut Ptolemæus scribit.

10 *Cimbri*] Populi fuere Germaniæ, antea Cimmerii dicti, suis finibus exeuntes, ut domos quærerent: etiam lingua Germanica in Latium latrones, dicuntur sedes.

SCHOTTUS.

11 *Caudio*] *Campo Claudio* quidam: Gryphius *Caudio.* Est enim ad Athesim Veronæ fluvium pugna facta. Plutarchus aliter appellat. In MSS. nostris *Rhaudio* est, ut & Paterculus scribit. & in Hercule Prodicio omnis antiquitatis peritissimus Stephanus Pighius. In Mediolanensi, Parisino & Coloniensi *Savidio.* Utramque lectionem in Annæi Flori MSS. reperit Vinetus.

ANNA.

12 *Triumphavit.*] An. U. C. 652.

SCHOTTUS.

13 *Sexies Consul.*] Sic scripsi, ut paullo ante, *septies Consul*, cum in quibusdam reperissem, *usque ad sexies Consul.* rustice & barbare: quod rursum ex numerorum compendiis enatum mendum: forte legerunt, *usque sexies Consul*, id est, assidue & ordine. vel sic: *usque ad* VI. *Consul.* pro *sextum consulatum*, quomodo melius alii habebant. In manuscriptis vero, *usque sextum Consulatum.*

ANNA.

13 Quinque ultimos consulatus per ordinem gessit ab anno U. 649. usque

h IƆCLIII. h [14] Appulejum Saturninum Trib. plebis, & Glau-
ciam Prætorem seditiosos [15] ex Senatusconsulto inter-
emit. Et cum [16] Sulpicia rogatione [17] provinciam 4
i IƆCLXV. Sullæ i eriperet, [18] armis ab eo victus, [19] Minturnis
in palude delituit. Inventus, & [20] in carcerem con- 5
* MSS. au- jectus, immissum percussorem Gallum [21] vultus * au-
steritate. inf. 76. ctoritate deterruit: acceptaque [22] navicula [23] in A-
fricam trajecit. [24] ibi diu exsulavit. Mox [25] Cinnana 6
l IƆCLXVI. l dominatione revocatus, ruptis [26] ergastulis exerci-
tum

usque ad an. 653. inter primum & secundum tres anni intercesserunt.

MACHANEUS.

14 *Appulejum tribunum plebis & Glauciam prætorem*] Nam ambos in Capitolium fugientes persequutus fuit, fatigatos in potestatem suam redegit, illi fidei Marianæ se tradidere; postquam multa calliditate illorum saluti favere simulasset, nullo auxilio fuit: illi in forum profecti trucidantur. Ita Appianus, & Plutarchus.

ANNA.

15 *Ex Senatusconsulto.*] Nam *Senatusconsultum* factum fuit, *viderent Consules ne quid detrimenti respublica caperet.*

16 *Sulpicia rogatione.*] Hanc tulit *Sulpicius* Tribunus plebis an. U. 665. ut exsules revocarentur & Marius adversus Mithridatem dux crearetur.

MACHANEUS.

16 Plutarchus: *Sulpicius homo temerarius Marium proconsulem contra Mithridatem declaravit. populus in duas partes divisus, partim Marium, partim Sullam ad principatum vocitabat.*

ANNA.

17 *Provinciam.*] Bellum adversus Mithridatem intellige, quod Syllæ demandatum fuerat.

18 *Armis ab eo victus.*] Vide Florum lib. III. cap. 21.

19 *Minturnis.*] *Minturnæ* in Latio non longe a Formiis in ipso maris littore.

MACHANEUS.

19 Juvenalis:

Exsilium, carcer, Minturnarumque paludes.

ANNA.

20 *In carcerem conjectus.*] Vide Vellej. lib. II. cap. 19.

MACHANEUS.

21 *Vultus auctoritate.*] Qui exclamavit (vultus auctoritate deterritus) Marium occidere non possum.

22 *Navicula.*] Julii cujusdam.

ANNA.

23 *In Africam trajecit.*] *Cursum in Africam direxit, inopemque vitam in tugurio ruinarum Carthaginiensium toleravit.* Vellejus.

MACHANEUS.

24 Satyricus:

Et mendicatus victa Carthagine panis.

ANNA.

25 *Cinnana dominatione.* Hoc est *Cinnæ consulatu.* Nam Cornelius *Cinna* Consul Marium revocavit. Vide quæ apud Florum dicta sunt.

MACHANEUS.

25 Exercitum contra patriam armavit, Octavium collegam interfecit. Principio igitur seditionum cum audisset Marius e Libya seditiones Consulum, *Cinnam* ab Octavio ejectum, & loco ejus Cornelium Merulam suffectum, sumptis quibusdam equitibus Africanis, & ex Italicis, Telamonem opidum venit; servos ad pileum vocavit: quadraginta naves armavit, sociumque se Octavio fecit.

ANNA.

26 *Ergastula.*] ubi servi vincti operabantur.

26 'Εργα-

tum fecit: [27] cæſiſque inimicis injuriam ultus, ſeptimo conſulatu, ut quidam ferunt, [28] voluntaria morte [29] [m] deceſſit. *m* IↃCLXVII.

MACHANEUS.

26 Ἐργάζομαι Latine eſt operor. Eadem loca *cataſtæ* dicuntur. Tibullus.

Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

27 *Cæſiſque inimicis.*] longum eſſet referre crudelitatem Marianam, maxime in Lucio Craſſo, & M. Antonio Oratoribus.

ANNA.

27 Vide omnino Florum lib. III. cap. 21.

MACHANEUS.

28 *Voluntaria morte*] Hiſtoricus tradit Marium poſt cœnam cum amicis deambulantem in ſermonem de rebus geſtis veniſſe: & a rerum primordiis incipientem, ſemperque de fortuna diſputantem, dixiſſe, non ſanæ mentis hominem eſſe, qui fortunæ ſe committeret. poſt hæc appellatis læto vultu, qui aderant: cum per ſeptem dies paullatim deficeret, diem ſuum obiit.

ANNA.

29 *Deceſſit.*] An. U. 666. Idibus Januariis.

CAPUT LXVIII.

ARGUMENTUM.

Conſulatum invadit, inimicos trucidat & in Tiberim præcipitat, a Sulla abſens victus Preneſte refugit, & Pontio Teleſino ſe jugulandum præbet C. Marius filius.

1 CAJUS Marius [1] filius [2] viginti quinque [a] annorum Conſulatum [b] [3] invaſit: quem honorem *a* XXVII. *lib. MSS.* *b* IↃCLXXI.
2 tam [4] immaturum [5] mater flevit. Hic patri ſævitia ſimilis, [6] curiam armatus obſedit, inimicos trucidavit,

SCHOTTUS.

1 *Filius.*] Appianus non illius ſepties Conſulis Marii *filium*, ſed ex fratre nepotem facit.

2 *Viginti quinque annorum.*] MSS. codices XXVII. quomodo & Appianus, veriorque ea lectio: immutaſſem igitur vulgatam, niſi & Liviani breviarii auctor lib. 86. ante viceſimum ætatis annum per vim creatum Conſulem affirmaret: Vellejus vero XXVI. propius veritatem.

GRUTERUS.

2 Palatini noſtri firmant codices, in quibus XXVII. quomodo & Appianus.

ANNA.

3 *Invaſit.*] An. U. 671.

MACHANEUS.

4 *Immaturum*] Non enim ante XXX. annos ſumebatur apud Romanos. Appianus tradit: *ſequenti anno conſules creati Papirius Carbo iterum, & Marius illius clarioris Marii affinis atque cognatus, ſeptimum & vigeſimum nondum egreſſus annum.*

ANNA.

5 *Mater flevit.*] Quia mortem filio peperit.

6 *Curiam armatus.*] *Tum Marius juvenis & Carbo conſules, quaſi de-*

davit, quorum corpora in Tiberim præcipitavit. In 3
apparatu [7] belli, quod contra Sullam parabatur,
apud [8] Sacriportum vigiliis & labore defessus,
[9] sub dio requievit: & [10] absens victus, fugæ,
non pugnæ interfuit. [11] Preneste [12] refugit, ubi 4
per Lucretium [c] [13] Offellam obsessus, tentata per
[14] cuniculum fuga, [15] cum omnia septa intelligeret,
[16] jugu-

[c] *al.* Afellam*: quod nescio an ferri possit, quamquam in MSS. om. comparet. Græcis enim* Ὀφέλλα *est.*

si desperata victoria, ne inulti perirent, in antecessum sanguine Senatus sibi parentabant, obsessaque curia, sic de Senatu quasi de carcere, qui jugularentur, educti. Flor. lib. III. cap. 21.

7 *Belli.*] Hic *bellum* prælium interpretor.

MACHANEUS.

8 *Sacriportum.*] Opidum est prope Preneste: de quo Lucanus:

Jam quot apud Sacri cecidere cadavera portum.

ubi a Sulla Marius hic fugatus fuit, antequam Sulla urbem occuparet: Varro quoque scribit *Sacriportum* locum esse intra urbem juxta palatium. Ex auctore bellorum civilium: *juxta civitatem Marius castra metatus propius paullatim cessit: cum ad Sacriportum pervenisset, copias in prælium educit, acriterque ab eisdem pugnatur: sinistra acie inclinante, quinque peditum cohortes, duæ equitum, non expectata aliorum conversione, abjectis signis ad Sullam confugerunt, ac tum primum origo cladis emersit: interfectis quippe plurimis reliqui Preneste fuga contendere, Sulla cum cursu insequente. Prenestini primos receperunt, appropinquante deinde Sulla e diversa porta, & occlusa, Marium per fenestram funibus sustulerunt.*

SCHOTTUS.

9 *Sub dio.*] Hoc est, sub cœlo. Ascon. Ped. Verr. III. Vide Festum lib. IV. *sub divo* antiqui scripti libri. Jupiter pro aëre a veteribus usurpatus. Horatius I. Oda:

.. manet sub Jove frigido
Venator, teneræ conjugis immemor.

Veteres subjungebant & dicebant *sub dio cœlo*, ut Caper annotat. in Orthographia.

MACHANEUS.

9 Ἀπὸ τοῦ Διὸς, id est, aëre: ὁ Ζεὺς, τοῦ Διὸς aërem significat.

ANNA.

10 *Absens victus.*] Imo pugnæ interfuit, sed a Sulla fugatus.

11 *Preneste.*] Quod ante præsidiis firmaverat.

MACHANEUS.

11 Dicitur ἀπὸ τῶν πρείνων, id est, ilicibus & lenticis, ibi copiosis.

SCHOTTUS.

11 Dixi in Papirio Cursore cur sine diphthongo urbem scripserim.

12 *Refugit.*] Antiqui scripti libri *confugit.*

13 *Offellam.*] alii *Ofellam*, verum *Afellam* est in libris pæne omnibus vel *Affellam.* Græci tamen rerum Romanarum scriptores Ὀφέλλαν, ut Plutarchus in Sulla, & Appianus lib. I. scribunt: & quidam libri MSS. quare nihil muto.

ANNA.

13 *Offellam.*] *Oppugnationi autem Prenestis ac Marii præfuerat Offella Lucretius; qui cum ante Marianarum fuisset partium, prætor ad Sullam transfugerat.* Vellejus.

MACHANEUS.

14 *Cuniculus.*] Est via subterranea, & animal habitationi huic solitum. Martialis:

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris:
Monstravit tacitas hostibus ille vias.

SCHOTTUS.

15 Pro, *cum omnia septa intelligeret*, libri quidam MSS. *omnia septa intelligens.*

16 Ju-

[16] jugulandum se Pontio [17] Telesino præbuit.

16 *Jugulandum.*] Paullo aliter hæc Livii abbreviator; & Oros. lib. v. cap. 21. Marium nimirum cum Pontio Thelesino fugæ comite stricto utrimque gladio concurrisse, quem cum occidisset, saucium a servo impetrasse, ut se occideret. Vide & Vellejum lib. I. & Junium Hadrianum Animadv. lib. III. cap. 12.

MACHANEUS.

16 Appianus: *Mario aggerem per cuniculos ingresso, nec multo post interempto manu propria, Lucretius abscidit caput, & ad Sullam mittit.* Reliqua Plutarchus: quum in Prenestina urbe obsideretur a Sulla, extrema omnia tentans, ut evaderet, quum nullo modo effugere posset: se ipsum necavit.

SCHOTTUS.

17 *Thelesino.*] Scripti libri absque spiritu *Telesino.*

ANNA.

17 *Pontio Telesino.*] Minorem *Telesinum* intellige. Vellejus. *Sunt qui sua manu; sunt qui concurrentem mutuis ictibus cum minore fratre Telesino, una obsesso, & erumpente, occubuisse prodiderint.*

CAPUT LXIX.

ARGUMENTUM.

Rempublicam vastat, lege lata.... urbe profugit, vocatis ad pileum servis adversarios vincit, sæpius se consulem facit, & ab exercitu lapidibus occiditur L. Cornelius Cinna.

1 LUCIUS Cornelius Cinna flagitiosissimus, [1] Rem-
2 publicam summa crudelitate [2] vastavit. [3] Primo consulatu [a] legem de exsulibus revocandis [4] ferens, ab [5] Octavio collega prohibitus, & honore privatus, urbe profugit: vocatisque [6] ad pileum servis,

a IↃCLXVI.

SCHOTTUS.

1 *Rempublicam.*] MSS. *rem publicam* duabus dictionibus.

MACHANEUS.

2 *Vastavit.*] Cum novis civibus consentiens, veteribus conspitantibus cum Octavio.

ANNA.

3 *Primo consulatu.*] An. U. C. 666.

SCHOTTUS.

4 *Ferens.*] MSS. *dedit* pro *ferens* legunt.

5 *Octavio.*] Qui fuit Cn. *Octavius.*

6 *Ad pileum.*] Id est, ad libertatem. Erat enim libertatis insigne *pileus*, quem manumissi capitibus rasis induebant, teste Nonio Marcello. Plautus Amphitruone extrema Scena I.

quod ille faciat Juppiter.
Ut ego hic hodie raso capite calvus capiam pileum.

Utitur Suetonius in Tiberio cap. 4. in Nerone cap. 57. & Sex. Aurelius Victor similiter in vita Neronis. Val. Max. lib. v. cap. 21. de Q. Terentio Culeone. & lib. VIII. cap. 6. de C. Mario. Livius libro XXXIV. Annalium. *Præbuerunt speciem triumphi capitibus rasis qui servitute exempti fuerant.* Videndus Plutarchus in Tito Flaminino, & Appianus

b IↃↃCLXVII. c IↃↃCLXVIII. d IↃↃCLXIX. e Al. Aucone. Non displicet.

vis, adversarios vicit: [7] Octavium interfecit: [8] Janiculum [9] occupavit. [10] Iterum [b] & tertium [c] Con- 3
sulem seipse fecit. [11] Quarto [d] consulatu cum bellum 4
[12] contra Sullam pararet, [e] [13] Anconæ ob nimiam crudelitatem ab exercitu [14] lapidibus occisus est.

nus in Mithradatico de Prusia loquens, & Jacobus Rævardus libro de auctoritate prudentum. Est apud me nummus æreus, in quo *pilei* forma apparet, cum hac inscriptione, LIBERTAS AUREA. Quin & Castorem & Pollucem Helenæ fratres *pileatos* olim fingebant, quasi Græciæ liberatores. Sextus tamen Pompejus iis tanquam Laconibus, quibus *pileatis* pugnare mos erat, attribui *pileum* putat.

MACHANEUS.

6 Martialis:

Dumque decent nostrum pilea sumpta Jovem.

Flamen dialis institutus Lucius Merula.

7 *Octavium interfecit.*] Veniens Romam victor cum Mario, Carbone, Sertorio, præmissis ejus equitibus maxime Censorino, jussit *Octavium* interimi, qui caput abscissum detulit in forum & Rostris affixit.

8 *Janiculum.*] e septem collibus urbis, a *Jano*, de quo Varro.

ANNA.

9 *Occupavit.*] Fugatis inde Octavii copiis.

10 *Iterum & tertium consulem.*] An. U. C. 667. & 668.

11 *Quarto Consulatu.*] An. U. C. 669.

12 *Contra Sullam.*] Qui in Græciam profectus erat.

13 *Anconæ.*] In Picenis ad mare Adriaticum.

SCHOTTUS.

13 Quidam *Ancone* absque diphthongo scribunt: MSS. *Anchone.* Dicta autem a cubiti figura, qua jacet, auctor Mela lib. II. & Plinius lib III. cap. 13.

MACHANEUS.

13 In ejus formam habet portum. Cubitum Græci ἀγκῶνα vocant.

14 *Lapidibus.*] Appianus. *Intelligentes milites eum Liburniam transire velle, recusabant. Cinna id moleste ferens, in concione eos veluti reprehensurus, advocavit. Illi ira accensi, mutuo auxilio futuri ad eum pervenere: lictorem etiam, quum per iter quoddam graderetur, & obvium verberibus affici juberet, miles quispiam adempta virga graviter percussit. Cinna comprehendi illum imperante omnium clamor adsequutus est: lapides enim in eum emissi; qui vero propiores aderant, exertis ensibus, Cinnam invasere: eoque modo, Consulatum adhuc gerens, interfectus est.*

CAPUT LXX.

ARGUMENTUM.

Consulem interficiendum legatus curat, Mithradatem Pergamo expellit, Ilium incendi jubet, militiæ principes securi percutit, & semet occidit C. Flavius Fimbria.

CAJUS [1] Flavius Fimbria [2] (sævissimus quippe 1

SCHOTTUS.

1 *Flavium Fimbriam.*] omneis pæne libri, quos vidi, (vidi autem plurimos) paullo antiquiores appellant:

pe * Cinnæ ſatelles) Valerio Flacco [3] Conſuli [a] le-
gatus in Aſiam profectus, per [4] ſimultatem [5] di-
miſſus, corrupto exercitu, [6] ducem interficiendum
2 curavit. Ipſe correptis imperii [7] inſignibus, [8] pro-
vinciam [b] ingreſſus, [9] Mithradatem [10] Pergamo [11] ex-
3 pulit. [12] Ilium, ubi tardius portæ patuerant, incen-
di juſſit: ubi Minervæ templum inviolatum ſtetit,
quod divina majeſtate ſervatum nemo dubitavit.
4 [c] [13] Ibidem Fimbria militiæ principes ſecuri percuſ-
ſit, [14] mox a Sulla [15] Pergami [d] [16] obſeſſus, [17] corru-
pto exercitu deſertus [18] ſemet occidit.

C A-

* Cinnæ *afuit in q. l. & ſic interpungit:* ſæviſſimus; quippe ſatelles: *alii* curiæ ſatelles.

a IƆCLXVII.

b IƆCLXVIII.

c Idem, *lib. exc.*

d IƆCLXIX.

Vulg. oppreſſus. *Scripta lecti placet.*

lant: adſcribere igitur placuit aſſentientibus tabulis Capitolinis.

2 *Sæviſſimus Q. C. ſatelles*] In Pariſino hæc afuerunt. In MSS. *ſæviſſimus quippe ſatelles.* Lictores enim & *ſatellites* crudeles fere & agreſti ſunt ingenio.

ANNA.

3 *Conſuli*] Anno U. C. 667.

MACHANEUS.

4 *Simultas.*] Odium latens dicitur

ANNA.

4 Nam ambo diverſas partes ſequebantur.

SCHOTTUS.

5 *Dimiſſus.*] Male in Pariſino abeſt. Thermus enim illi ſuffectus a L. Valerio Flacco, qui, Cinna jubente, Sullæ ad bellum Mithradaticum ſucceſſit.

MACHANEUS.

6 *Ducem interficiendum.*] Plutarchus in vita Sullæ: Fimbria potiſſimum in cauſa erat, qui quum alterius facinoris principem Flaccum obtruncaſſet, Mithradatis duces ſuperans adverſus eum tendebat.

7 *Inſignibus.*] Lictoribus, & faſcibus.

ANNA.

8 *Provinciam.*] Aſiam.

9 *Mithradatem.*] Vide Livium Epitome 83.

10 *Pergamo.*] In Phrygia majore e regione Lesbi.

11 *Expulit.*] An. U. C. 669.

MACHANEUS.

12 *Ilium.*] Trojam ter captam hiſtorici ſcribunt, primo per Herculem, denegatis a Laomedonte equis, ob liberatam Heſionem: ſecundo per equum, machinam ab Epeo Græco fabricatam. Virgilius. *Ipſe doli fabricator Epeus.* Tertio per Fimbriam: ut Plutarchus ſcribit in vita Sertorii: quia in tumultu cadentibus equis porta claudi non valuit. Inſtauratum autem eſſe *Ilium* poſt urbem a Græcis deletam Strabo ac nonnulli alii atteſtantur.

SCHOTTUS.

12 Intra undecimum ab obſidio diem *Ilium* occupavit. Strabo. lib. XIV.

13 *Idem*] *Ibidem* eſt in antiquis.

ANNA.

14 *Mox*] Eodem anno, nullo intermiſſo tempore.

SCHOTTUS.

15 *Pergami.*] Legi malim ex Oroſio lib. VI. cap. 2. Thyatiram. Idem & Plutarchus Sulla πρὸς Θυατείροις.

16 *Obſeſſus.*] Non *oppreſſus*, quod probo ex Oroſio lib. VI. cap. 2.

ANNA.

17 *Corrupto exercitu.*] Qui ad Sullam defecit.

MACHANEUS.

18 *Semet occidit.*] Aſſeverante etiamnum Plutarcho: *tum Fimbriæ mili-*

milites e caſtris ſolis elapſi tunicis Sullanos am lexati ſunt familiariter, & operum adjutores ſe fecerunt, potiſſimam impertientes operam. eam conſpicatus Fimbria mutationem, cum Sulla in gratiam redire poſſe deſperans, intra vallum ſibi necem conſcivit. L. quoque Florus Epitome octogeſima tertia, Fimbriam Ilium cepiſſe, parumque abfuiſſe, quin Regem caperet, ſcribit, additque eum impetraſſe a ſervo, cervice præbita, ut ſe interficeret. quæ curioſus lector animadvertere valebit.

CAPUT LXXI.

ARGUMENTUM.

Primo mercenarius, deinde venator, latro, dux bellum ſumit, Claudium & Nigidium opprimit, pacem petit & bellum renovat, & a duobus ſatellitibus pecunia corruptis perimitur Viriathus Luſitanus.

1 VIRIATHUS genere [2] Luſitanus, ob paupertatem primo [3] mercenarius, deinde [4] alacritate [a] [5] venator, audacia latro, ad poſtremum dux, bellum adverſum Romanos ſumpſit, eorumque Impe- 1

a Vetuſta lectio, al. vector: *vulg.* victor. *lege notas.*

SCHOTTUS.

1 *Viriatus.*] Vulgati: ego vero aſpirationem extremæ ſyllabæ addidi, ſequutus libros noſtros ſcriptos, & monumenta antiquitatis: ſequutus & Græcam conſuetudinem. Appianus enim in bello Hiſpanienſi οὐρίαθος ſcribit. Diodorus vero lib. III. fragmentorum οὐρίατθος, ubi juſtitia ejus in prædæ partitione commemoratur. ut & a Cicerone in Officiis.

ANNA.

2 *Luſitanus.*] Luſitani Hiſpaniæ populi ſupra Tagum fluvium.

MACHANEUS.

2 *Luſitania* autem a *luſibus* Bacchi dicta, ut Plinius ait.

SCHOTTUS.

3 *Mercenarius.*] Libri melioris notæ *mercennarius* duplici nn.

ANNA.

4 *Alacritate.*] Supra autem *alacritate* interpretor propter *alacritatem* corporis. Et hic *alacritas* eſt agilitas, velocitas.

SCHOTTUS.

5 *Victor.*] Coegit me librorum MSS. conſenſus, ut *venator* reponerem: ſic enim ad unum omneis legebant: Typis vero ſcripti conſtanter, *vector. Venatorem* Florus diſertim & in hiſtoriæ Romanæ compendio, & in Livii epitoma LII. vocat. Verum, ut quod ſentio dicam, vulgata lectio ferri poteſt, ut ſit quaſi gradatio. Primo miles mercennarius & gregarius: mox *victor* ab hoſte ſæpe rediit alacritate pugnandi: deinde latrociniis ſe exercuit, opeſque comparavit: tandem & juſtum duxit exercitum. Vulgatam etiam lectionem tuetur Oroſ. lib. V. cap. 4 *poſtremo* inquit, *exercitus prætorum & Conſulum Romanorum vincendo, fugando, ſubigendo, maximo terrori Romanis omnibus fuit.* Multos ex latronibus duces & Imperatores belli factos meminimus. Talis & climax apud Epitomarum ſcriptores: *Ex paſtore venator, ex venatore latro, ex latrone dux exercitus.*

ANNA.

5 Non omittendum, quod olim Illuſtris Salmaſius notavit apud Trebellium Pollionem libros omnes pro *venator* habere *vector.*

Imperatorem [6] Claudium Unimanum, dein [7] C.
2 Nigidium [b] [8] oppressit. Pacem [9] a [c] populo Romano maluit integer [d] petere, quam victus: [10] & cum [e] alia dedisset, & arma retinerentur, bellum renovavit.

b IƆCVII.
c *Sic MSS. Vulg.* a Popilio.
d IƆCXII.
e *MSS.* cum Italia decessisset, & aurum peteretur, bellum.

vector. Quod postea imperiti homines corruperunt legendo *victor* & *venator.* *Vector* antiqua vox, id est bene valens, robustus, qui sese pedibus vehit. Unde pro *venatore* quod opus sit viribus maximis ad hoc opus. Sic apud Græcos παράβολος, qui est audax, etiam de *venatore* & confectore dici consuevit. Eadem voce usus est Trebellius Pollio in Gallienis: *Nam quum taurum ingentem in arenam misisset, exissetque ad eum feriendum vector.* Item Manilius:

Et pacare metu sylvas & vivere vector.

Ut indicat vetus scriptura *victor.*

6 *Claudium Unimanum.*] Idem Florus: *Claudium Unimanum pane ad internecionem exercitus cecidit.*

SCHOTTUS.

6 *Unimanum* quoque libri antiqui *Mumanum* & *Numanium* appellant, vitiose, ni fallor.

ANNA.

7 *C. Nigidium.*] Ignoro quis iste fuerit *Nigidius.* Legunt viri docti *Vetidium*, qui prætor exercitu cæso, vix Viriathi manus effugit.

SCHOTTUS.

7 *C. Vetidium* reponit Lycosthenes ex Livio, Orosio & Eutropio. *C. Vetilius* (ut vocat Appianus in Ibericis, vel *M.* ut Liviana epitoma) ante Cl. Unimanum a Viriatho captus & interfectus est. Livius, Diodorus, Appianus. Orosius fuga evasisse ait.

8 De Prætoribus IV. cæsis vide Appianum, & Florum lib. II. cap. 17. & Epitoma libri LIII.

9 *A Popilio.*] Locus haud dubie mendosus, quales in hoc auctore animadverti plurimos. Scripserat ille, *a pop. Rom.* factum est a corruptoribus *a Popilio.* O facinus indignum! ergone quod libet, licet? Appianus nostram sententiam confirmat. Sic enim Latine loquitur: *Viriathus eruptione facta exercitum Q. Fabii Serviliani proconsule fratris Cn. Servilii Cæpionis Consulis ann.* DCXII. *fugavit: nec secunda fortuna elatus, cum honestam finiendi belli occasionem oblatam intelligeret, pacem his conditionibus petiit, ut ipse socius populi Romani esset: quique sectam suam sequuti essent: quæ quisque haberet, teneret: quæ a populo Romano pax confirmata est.* Amicus quidam meus mendum odoratus, pro *Popilio*, libris manuscriptis destitutus emendabat *Quincto Fabio Serviliano. M.* enim *Popillium* Lænatem tertio post anno DCXIV. Consulem fuisse meminerat. Verum non longius a vera scriptura abeamus. Idem error in Flori historiarum manuscriptis libro II. fuit: in quibus est *Pompilio* vel *Popilio* pro *Servilio Cæpione*, qui Viriathum proditione interficiendum curavit. legendum enim ibi: *sed a Servilio violata victoria est.*

GRUTERUS.

9 Palatinus noster unus etiam *a populo*, nisi quod non habeat *Romano.* In altero erat *a Popilio.*

SCHOTTUS.

10 *Et cum alia dedisset, & arma retinerentur.*] In MSS. *Et cum Italia decessisset & aurum peteretur.* Quam lectionem probarem, sed in *Italia* Viriathum fuisse non puto: Fecit hanc pacem Q. Fabius Servilianus æquis conditionibus in Lusitania, cum Hispanias pro consule administraret A. U. C. DCXII. Nec Viriathus bellum renovavit, sed Cæpio frater, & successor Serviliani. DCXIII. Cicero II. Officiorum. *Multo majores opes Viriathus Lusitanus latro habuit, cui quidem etiam exercitus nostri, imperatoresque cesserunt: quem C. Lælius, is qui*

novavit. [11] Cæpio cum vincere eum aliter non pos- 3
set, [12] duos satellites pecunia [f] corrupit, qui Viria-
thum [g] [13] humi depositum peremerunt. Quæ victo- 4
ria, quia empta erat, a Senatu non probata.

f IƆCXIII.

g MSS. vino depositum, *alii* humo.

Plaut. Aulul. Ut me vino deponat, eam affectat viam. De his in Notis.

sapiens usurpatur, Prætor fregit, & comminuit: ferocitatemque ejus ita repressit, ut facile bellum reliquis traderet.

ANNA.

10 Scribe *dedidisset*.

11 *Cæpio.*] Q. Servilius *Cæpio*. An. U. C. 613.

MACHANEUS.

11 Florus Epit. 54: *Viriathus a proditoribus consilio Servilii Cæpionis interemptus est, & ab ejus exercitu multum comploratus, ac nobilissime tumulatus.*

SCHOTTUS.

12 *Duos satellites.*] Appianus *tres satellites* fuisse scribit, non *duos*.

SCHOTTUS.

13 *Humi*] Ergone convenit, ut non nisi *humi* prostratus interficeretur? Apagesis cum illa lectione. Mediolanense exemplar *humo*, ubi quidam aspirationem forte adjecit, cum *vino* reperisset: In quibusdam vidi *rivo*. Præstare ausim, *vino* germanam esse hujus loci scripturam, quod a libris antiquis sit, & rei, qua de agitur, propria. *Vino* enim depositi dicti, qui ita *vino* obruti; ut ratio ipsa sua sede deturbetur, neque pes, neque manus satis suum officium faciat. Euclio ille Plautinus in Aulularia:

Ut me deponat vino, eam affectat viam.

Id est: hoc agit, ut me somno sepeliat ebrium factum. Nonius pro alienare exponit: forte, pro alienata & perturbata mente reddere. Adrianus Turnebus tralationem ab oneribus deductam putat lib. XXIV. Adversf. cap. 23. Forte eodem pertinet illud Curculione.

propino magnum poculum, ille ebibit:
Caput deponit, condormiscit.

Idem Mostellaria:

Ecce autem hic deposivit caput & dormit: Suscita.

Appianus obdormientem interfectum ait: quare si quis ita legit, *qui humi depositum peremerunt*, non *perimerent*, non peccabit: auctorem enim quo se tueatur, habet Appianum.

GRUTERUS.

13 *Vino* etiam Palatinus primus, non *humo*, adeo ut nihil veniat mutandum.

CAPUT LXXII.

ARGUMENTUM.

Ex eloquentia gloriam pauper parit, in Hispania corniculo meret, in Sardinia stipendia facit, juri reddendo ædilis studet, legem consul fert, Decium prætorem jubet assurgere, Ligures & Gantiscos domat, viam Æmiliam censor sternit, pontem Mulvium facit, Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam armat, socios & Latium ad arma se coegisse senex negat M. Æmilius Scaurus.

MARCUS Æmilius [1] Scaurus nobilis, [2] pau- 1
per:

MACHANEUS.

1 *Scaurus.*) *Scauri* dicuntur, qui talos pedum tumentes, & exporrectos habent, in qua familia fuit

per: nam pater ejus, quamvis patricius, ob pau-
2 pertatem [3] carbonarium [4] negotium [a] exercuit. Ipse primo dubitavit, honores [5] peteret, an [6] argentariam faceret: sed eloquentiæ [7] consultus, ex ea glo-
3 riam peperit. Primo in [b] Hispania [c] [8] corniculo [9] me-

a Alii officium ex: Idem primo. post, consultans.
b IↃCXIX.
c Vulg. corniculum. vide Notas.

Sullæ privignus, qui theatrum temporarium fecit, in quo fuit scena mir[illegible], de qua Plinius plura libro trigesimo sexto ait. Idem *Scaurus* in ædilitate tercentum sexaginta columnas marmoreas in urbem invexit ad scenam erigendam.

SCHOTTUS.

2 *Pauper.*] de Scauri *Paupertate*, industria, cæterisque Asconius in Ciceronem pro Scauro, Cicero pro Murena, & Plutarchus de Fortuna Romanorum.

ANNA.

2 Unde Horat.

Scaurum pravis fultum male talis.

Sat. III.

MACHANEUS.

3 *Carbonarium.*] Quale solent ii qui bracteas attenuant.

SCHOTTUS.

3 *Carbonum* libri quidam veteres. Audio & Petrum Ramum, Lutetiæ oratorem doctissimum & eloquentissimum, carbonario patre natum. Quod ideo retuli ne studiosus se ex infimis emergere posse diffidat; tametsi vilibus natus majoribus. Vide exempla similia apud Val. Max. lib. III. cap. 4.

4 *Negotium.*) Libri quidam veteres *officium*.

5 *Peteret.*) Infinite MSS. *petere*, *facere*.

ANNA.

6 *Argentariam.*) Id est, rei nummariæ negotiationem.

MACHANEUS.

6 Ac omnium metallorum candentes laminas. facta enim ligna in carbones redigunt ad fornaces. *Argentaria* est locus ubi foditur *argentum*: auraria ubi aurum.

ANNA.

7 *Consultus.*) *Consultus* hic est *peritus*, sic Horatius *infra*.

SCHOTTUS.

7 MSS. *Consultans.* Malo *consultus*. Horat. lib. I. Oda. 34.

Parcus Deorum cultor & infrequens
Insanientis dum sapientiæ
Consultus erro.

ANNA.

8 *Corniculo.*) *Corniculum* diminutivum a *cornu*: & ut in exercitu *cornu*, sic in cohortibus tribuni militum *corniculum* dicitur. Ut qui *corniculo* merebant, *Cornicularii* dicebantur.

SCHOTTUS.

8 *Corniculum.*) Vulgati. *Corniculo*, auferendi casu legit Sigonius lib. II. de antiquo jure provinciarum. Suetonius in libro de Illustribus Grammaticis: *Orbilius*, inquit, *primo apparituram fecit magistratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit.* Et *cornicularium* Tribuni militaris ministrum fuisse idem acute conjectat ex Valerii Max. lib. VI. cap. I. de pudicitia, & Frontini lib. III. Stratagem. cap. 14. Apud Suetonium quoque in Domitiano cap. 17. *Clodianus Cornicularius* quidam est. Vide ibi Torrentium, & Turnebum lib. V. cap. 10. Bapt. Pium Annotat. poster. cap. 77. Vide Asconium Pedian. Verrina III. Apud Livium vero extr. libro X. L. Papirius Cursor suos, ob rem fortiter gestam, captamque Aquiloniam & Cominium coronis aureis, torquibus, armillis, & *corniculis* donat. Unde aliud quid esse colligere liceret, vulgatamque lectionem defendere, *Corniculum* genus ornamenti quo milites ab Imperatoribus re bene gesta virtutis ergo donabantur: patet ex Livii lib. X. epit. de Papirio Cursore.

9 Me-

[9] meruit: sub [10] Oreste in Sardinia stipendia fecit.
d IↃCXXVII. [11] Ædilis, [d] [12] juri reddendo [13] magis, quam muneri 4
e IↃCXLII. edendo studuit. [14] Legatus [e] Calpurnii, [15] Jugur- 5
Vulg. Prætor adversus Jugurtham tamen ejus. *Sall. sequor.* thæ adversus: tandem ejus pecunia victus. [16] Consul
[f] legem de [17] sumptibus & libertinorum suffragiis
tulit. [18] P. Decium Prætorem transeunte ipso se- 6
f IↃCXXXIIX. dentem, jussit [19] assurgere, eique vestem scidit,
[20] Sel-

MACHANEUS.

9 *Meruit.*] Militavit.

ANNA.

10 *Oreste*) L. Aurelius *Orestes* Consul fuit an. U. C. 627.

SCHOTTUS.

10 *Oreste.*] Sic Fasti scribunt, *L. Aurelius Orestes*, qui cum M. Cimilio Lepido Consul fuit, anno V. C. DCXXVII. MSS. nostri *Horneste*, alii *Horeste*.

MACHANEUS.

11 *Ædilis.*) Horum erant alii cereales, alii curam ludorum atque ædium habentes. In hoc magistratu sumptuosissimus fuit.

ANNA.

12 *Juri reddendo.*] Urbis & annonæ curatores ædiles erant, & de iis rebus omnibus, quæ ad hoc pertinerent, *jus* dicebant.

SCHOTTUS.

12 Vide l. 1. D. de Ædilitio edicto; & Institut. de jure naturali gentium & civili.

13 *Magis.*] MSS. *Marsis* pro *magis*, vitiose profecto.

ANNA.

14 *Legatus Calpurnii.*] An. U. C. 642.

SCHOTTUS.

14 *Legatus Calpurnio* scribendum suadet Sallustius. Sic enim Jugurthino: *Calpurnius parato exercitu, legat sibi homines nobiles, factiosos: quorum auctoritate, quæ deliquisset, munita fore sperabat: in queis fuit Scaurus*, &c. Post paullo: *Ubi Jugurtha pecunia per legatos tentare, belli que quod administrabat, asperitatem ostendere cœpit animus æger, avaritia facile conversus est. Cæterum socius & administer omnium consiliorum assumitur Scaurus: qui tametsi a principio plerisque ex factione ejus corruptis, acerrime Regem impugnaverat, tamen magnitudine pecuniæ a bono honestoque in pravum abstractus est.* Quo loco *tamen* pro *tandem* posuit: quare nihil muto. Sic enim & Nonius Marcellus explicat ex III. Historiarum ejusdem Sallustii. Idem Sallustius diserte ait C. Memmium Trib. plebis populum rogasse, uti L. Cassius, qui eo anno prætor erat, ad Jugurtham mitteretur, eumque interposita fide publica, Romam deduceret: quo facilius indicio Regis, Scauri & reliquorum, quos pecuniæ captæ arcessebant, delicta patefierent.

15 *Prætor adversus Jugurtham pugnavit, tamen.*] Sic Colinæus, in reliquis vulgatis *pugnavit* recte abest. *Jugurtha enim belli moram redimebat*, inquit Sallustius. MSS. omnes *Jugurthæ adversus tandem*, vere: Nonnulli *aversus*.

ANNA.

16 *Consul.*] An. U. C. 638.

MACHANEUS.

17 *Sumptibus.*] cupediis ganeæ ne urgerentur, suffragiisque ingentibus dividerentur.

SCHOTTUS.

18 *P. Decium.*] Prænomen in Mediolanensi afuit.

MACHANEUS.

19 *Assurgere.*] Honoris gratia.

SCHOTTUS.

19 Etiam *equo descendere* a lictoribus jubebantur. Exemplum apud Val. Max. lib. VIII. cap. 5. Plura de hoc ritu Justus Lipsius noster in Electis disseruit.

20 *Sel-*

[20] ſellam concidit: ne quis ad eum [21] in jus iret, edi-
7 xit. [22] Conſul [23] Ligures & [24] Gantiſcos domuit, at-
8 que de his triumphavit. [25] Cenſor [g] [26] viam [27] Æmi- g IↃCXLIV τὸ viam abeſt in Vulg.
9 liam ſtravit: Pontem [28] Mulvium fecit. Tantumque
auctoritate potuit, ut [29] Opimium contra Gracchum;
Marium contra Glauciam & Saturninum [30] privato
10 conſilio armaret. Idem [h] filium ſuum, quia [31] præ- h IↃCLII.
ſidium deſeruerat, in conſpectum ſuum [32] vetuit ac-
cedere: Ille ob hoc dedecus mortem ſibi conſcivit.
11 Scaurus [i] ſenex cum a Vario Tribuno plebis argue- i IↃCLXII.
retur,

MACHANEUS.

20 *Sella.*] Per ἀντίστιχον, quaſi *ſedam* dixere, inde *ſubſellium.*

SCHOTTUS.

21 *In jus iret.*] In Mediolanenſi conjuncte erat *inviſeret*, corrupte.

ANNA.

22 *Conſul.*] τὸ *Conſul* videtur abundare, nam de uno & eodem *conſulatu* hic ſermo eſt.

MACHANEUS.

23 *Ligures.*] Reperi nuper apud Lucium Florum etiam trans Alpes incolere *Ligures*, quandoquidem inquit, *Tranſalpinos Ligures vicit.*

SCHOTTUS.

24 *Gantiſcos.*] alii *Canriſcos*, manuſcripti *Cauriſcos.* In Volaterrano hi abſunt, forte ſupra adſcriptum gloſſema, quod finitimi ſint Liguribus populi: poſt in textum per fas per nefas irrupit: Triumphi Capitolini de Liguribus tantum triumphaſſe Scaurum ſcribunt anno DCXXXVIII. poſt Romam conditam.

ANNA.

25 *Cenſor.*] An. U.C. 644.

SCHOTTUS.

26 *Viam.*] A MSS. eſt, & lucem adfert.

MACHANEUS.

26 De *viarum* nobilitate lege Strabonem libro quinto, ubi de Appia, Valeria & Latina loquitur.

ANNA.

27 *Æmiliam.*] Per Piſas, Lunam, Sabbatos, Dertonam uſque pertinuit; nam alia fuit *Æmilia* Flaminiam excipiens. Strab. lib. v.

SCHOTTUS.

28 *Mulvium.*] MSS. ſcribunt per quintam vocalem, ut & in Salluſtii libris ſcriptis vidi, a *M. Mulvio*, cujus apud Ciceronem mentio XIII. ad Atticum, & ſic Valer. Max. lib. VIII. cap. I. ex veteribus libris reſtituendus. Quidam pontem *Æmilium* vocat.

MACHANEUS.

28 Ab ipſo poſt dictum Æmilium. Juvenalis:

Cum tibi vicinum ſe præbeat Æmilius pons.

In via Flaminia, qui Mulvius dicebatur, erat diſtans ultra lapidem unum, de quo Salluſtius in Catilinario: *ponte Mulvio per inſidias Allobrogum comitatus deprendunt.*

29 *Opimium.*] Vide ſuperius cap. 17. ubi de Graccho, & reliquis tribunis.

ANNA.

30 *Privato conſilio.*] Non puto Scaurum *privato conſilio* Marium contra Glauciam & Saturninum armaſſe, ſed ſenatus conſulto quod ad eam rem factum fuit, *viderent conſules ne quid detrimenti caperet Reſpublica.*

MACHANEUS.

31 *Præſidium.*] Quia loco juſſo hoſtis impetum non ſuſtinuerat.

SCHOTTUS.

32 *Vetuit.*] *Vetavit* libri antiqui,

33 So-

retur, quasi [33] socios & Latium ad arma coegisset, [34] apud populum, ait. [35] Varius [l] Sucronensis Æmilium Scaurum ait socios ad arma coegisse: Scaurus negat: utri potius credendum putatis?

l Ita emend. ex Asco. Ped. in eam quæ est pro M. Scauro. MSS. Varius Veronensis. *Aldina editio* Surius Sucron. *Male.*

MACHANEUS.

33 *Socios.*] Confœderatos populo Romano.

ANNA.

33 Unde bellum *sociale*, quod & Latinum dictum est.

SCHOTTUS.

33 Valer. lib. III. cap. 7. aliam causam affert accusati Scauri.

34 *Ad populum.*] Sic lego. MSS. omnes, *apud populum.* Sic & Parisinus, Coloniensis, & Mediolanensis.

35 *Varius Sucronensis.*] Sic lego. Mediolanensis: *Varius Veronensis Æmilium Scaurum ait & socios arma coegisse.* non placet. Aldinus codex: *Surius Sucronensis*, sed oblitus se paullo ante Tribunum plebis *Varium* appellasse: sequitur tamen eam lectionem Lycosthenes. Asconium arbitrum constituo, sic enim ad illa Ciceronis pro M. Scauro. *Ab eodem etiam lege Varia custos ille Reipublicæ proditionis est in crimen vocatus: vexatus a Q. Vario Tribuno plebis non multo ante. Innixus* (inquit Pedianus) *anno* LXXII. *nobilissimis juvenibus processit in forum: deinde accepto respondendi loco dixit: Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem Senatus socios in arma ait concitasse: M. Scaurus princeps Senatus negat: testis nemo est. Utri vos, Quirites, convenit credere? Qua voce ita omnium commutavit animos, ut ab ipso etiam Tribuno dimitteretur.* Legendum igitur perspicue, *Varius Sucronensis. Sucrone* enim Hispaniæ opido oriundus, non *Verona*, quæ Italiæ est. Extat in agro Valentino mentio *Variorum* familiæ hac inscriptione.

D. M.
L. VARIO PROCLO AN. XV.
VARIA PROCLA FILIO
PIENTISSIMO.

Abest autem hic lapis non longe a porta *Sucronensi*, quæ Valentia *Sucronem* ducebat, qua Sætabim ibatur, ut docet Strabo: sive sit *Sucro* opidum maritimum, quod nunc Cullera, cui proximum Sueca: in quo vestigium nominis corrupti apparet: sive sit, quæ nunc Alzira amphipolis Contestanorum: ambit enim illam fluvius *Sucro*. Est enim opidum hoc multis antiquitatis monumentis insigne, nec procul a mari remotum. Vide & Quinctil. lib. V. cap. 12. Inst. ubi & de Iphicratis simili dicto ex Aristotele lib. II. de arte dicendi non longe ab extremo.

CAPUT LXXIII.

ARGUMENTUM.

Legem..... tribunus plebis fert, Glauciæ sellam concidit, quendam, qui se Tib. Gracchi filium fingeret, subornat, Siciliam.... novis colonis destinat, ut Glauciam consulem faceret, Memmium competitorem necandum curat, a Mario in Capitolio obsidetur & in deditionem accipitur, in curiam fugiens lapidibus & tegulis interficitur L. Appulejus Saturninus.

Lu-

1 LUCIUS Appulejus Saturninus, Tribunus [a] ple- a IƆCL.
bis seditiosus, ut gratiam Marianorum mili-
tum pararet, legem tulit, ut [2] veteranis [3] centena
agri [4] jugera [5] in Africa dividerentur: Interceden-
tem Bæbium collegam, facta [6] per populum lapida-
2 tione submovit. [7] Glauciæ [8] Prætori, quod is eo die,
quo ipse [9] concionem habebat, jus [b] dicendo par- b MSS. jus
tem populi [10] avocasset, sellam concidit, [11] ut ma- dando.
3 gis popularis videretur. [12] Quendam libertini ordi-
nis subornavit, qui se Tiberii Gracchi filium finge-
4 ret. Ad hoc testimonium [13] Sempronia soror Graccho-
rum producta, nec precibus, nec minis adduci potuit, ut
5 dedecus familiæ agnosceret. Saturninus [c] [14] Aulo No- c IƆCLII.
nio

ANNA.

1 *Lucius Appulejus Saturninus.*] Adeundus Florus lib. III. cap. 16.

2 *Veteranis.*] Veterani dicebantur qui post vicena stipendia honestam missionem erant consequuti.

SCHOTTUS.

3 *Centena.*] Abest in Parisino: lege videlicet juberi in singula capita incertum agrorum numerum attribui, sed ut quisque merebatur.

MACHANEUS.

3 Appianus lib. primo: *quippe Appulejus legem tulit, tellurem omnem, quæcunque Romanorum ditioni subdita esset, fore dividendam, ea in provincia, qua Galatia appellabatur. Cimbri nempe, Celtarum genus, eam occuparant, quam Marius recens illis ademptam, quasi non ulterius ad Galatas spectaret, Romani juris fecerat.*

4 *Jugerum.*] Seu *juger* spatium est centum & quadraginta pedum in longitudine, Plinio attestante.

5 *In Africa.*] Nam Galatia contermina Bithyniæ in Asia existit, in qua divisione Appianus sentit.

6 *Per populum.*] Quia instabat legis promulgatione populus.

7 *Glauciæ.*] Appianus: *non multo post Appulejus, ut Metelli ulcisceretur injuriam tribunatum petens Glauciam Prætorem observare cœpit, Tribunorum electione præsidentem.*

ANNA.

8 *Prætori.*] Quem infra Appuleji *satellitem* vocat.

MACHANEUS.

9 *Concionem habebat.*] Orabat; de *concione* alias dictum.

10 *Avocasset.*] Removisset.

SCHOTTUS.

10 Lege *avocasset* ex MSS. Vulgati *advocasset*, non probo.

ANNA.

11 *Ut magis popularis.*] Eo quod tam dolenter ferret a concione sua avocatum fuisse *populum*.

12 *Quendam.*] Nomine Quinctium. Vide supra Metello Numidico.

SCHOTTUS.

13 *Sempronia....*] MSS. *Sempronia ducta, nec* &c. Reliqua absunt.

MACHANEUS.

14 *Aulo Nonio.*] Aulo Mummio legendum e Lucii Flori Epitome libri 69. ubi ait: *Saturninus, adjuvante Mario, & per milites occiso Aulo Mummio competitore Tribunus plebis per vim creatus.*

SCHOTTUS.

14 *Aulo Nonio.*] Sic ego emendo ex Appiani lib. I. qui Νόνιον vocat: quamquam in vulgatis Plutarchi

d Memmio *vulg. alii* Nummio *vel* Mummio.

nio [d] competitore [15] interfecto Tribunus plebis refectus, Siciliam, Achajam, Macedoniam novis [16] colonis destinavit, & [17] aurum, dolo, an scelere? [18] Cæpionis partum, ad emptionem agrorum convertit.
[19] Aqua & igni interdixit ei, qui in leges suas non 6
jurasset. Huic legi [20] multis [e] nobilibus obro- 7
gantibus [21] cum tonuisset, clamavit: Jam, inquit;
[22] nisi quiescitis, grandinabit. [23] Metellus Nu- 8
midicus exsulare quam jurare maluit. Saturninus 9
[23] ter-

e Multi nobiles obrogantes. *v. c. Vulg.* abrog. *Sup. cap.* 65. *post* clamavit, *in* MSS. *est*.

chi libris corrupte ὁ Ὀνίε φόν© pro ὁ Νονίε legitur. & Plutarchi Mario, qui Αὖλον Νώνιον vocat: Epitoma Livii 69. & Oros. lib. v. cap. 17. *Aulum Numium*: *Annium* vero L. Annæus Florus. Valerius Maximus *A. Mumium* vel *Numium* lib. IX. cap. 7. & Coloniensis noster codex. *A. Mummium* Mediolanense exemplum vetus & unus MSC. *A. Nummium* reliqui, *A. Numium* Parisinus, alii *A. Mumium*. Nam vulgata lectio *Aulo Memmio* ferri non potest, qui mox erat nominandus in tertio Tribunatu plebis Appuleji.

GRUTERUS.

14 Palatinus primus *Numio*, secundus *Mumio*. Nihil incertius istius hominis nomine. Quibusdam enim etiam aliorum libris est, *Munius*, aliis *Mummius*, nonnullis *Nonius*, denique quibusdam *Numius*. sed nec desunt qui *Memmium* vocant.

MACHANEUS.

15 *Interfecto.*] Appianus fugientem in diversorium *interfectum* esse ait.

16 *Colonis.*] Habitatoribus: inde *coloniæ* dictæ.

ANNA.

17 *Aurum.*] Tholosanum *aurum* intelligit, quod Servilius Cæpio, vastato opido ex illius templis diripuit. An. U. 647.

SCHOTTUS.

18 *Cæpionis.*] In excusis antiquis *Scipionis*, non recte. Vide Cornificium lib. I. Rhetoricorum ad Herennium, qui aliter hæc narrat.

MACHANEUS.

18 *Cæpionis.* De quo in superiore capite vide.

19 *Aqua & igni interdixit.*] In exsilium misit.

ANNA.

19 *Aqua & igni interdicere*, formula qua Romani utebantur, cum quem mori juberent.

SCHOTTUS.

19 *Aquam & ignem interdixit ei*, libri quidam scripti.

20 *Multis nobilibus obrogantibus*] MSS. *multi nobiles obrogantes* nominandi casu. Parisinus & Coloniensis. *Hac lege multi nobiles abrogantes.* Quare *obrogantibus* malim. Vide quæ notavi supra ad cap. 65.

21 *Cum tonuisset, clamavit.*] *Clamavit* addo assentiente & Mediolanensi. Quid si legamus; *quasi tonuisset clamavit?* ex Appiano. *Tonare* die sereno prodigii loco habitum. Homerus Od. I. Virg. IX. Æn. *Audiit*, &c. Seneca in Thyeste 248.

ANNA.

22 *Nisi quiescitis.*] Vox imperiosissima, *quiescite*. Terentius, Plautus, Cicero.

SCHOTTUS.

22 Libri Parisinus & Coloniensis *quiescetis*.

MACHANEUS.

23 *Metellus Numidicus exsulare quam jurare maluit*,) Appianus. *Metellus autem non solum jusjurandum renuit, sed, ut prius instituerat*,

[24] tertio Tribunus Plebis refectus, [f] ut satellitem suum Glauciam [25] Prætorem, Consulem faceret, [g] [26] Memmium competitorem ejus in [27] campo Martio necandum curavit. [28] Marius [29] Senatusconsulto [h] armatus, [30] quo censebatur, darent operam [31] Consules ne quid Respublica detrimenti caperet; Saturninum & Glauciam [32] in [i] Capitolium persequutus obsedit, [33] ma-

f IↃCLIII.
g *Vulg.* Mummium *præpostere sup.*
h *De hoc* S. C. *vide M. Tullium, Cæsarem, Sallustium, Vegetium & Tacitum.*
i In Cap. coëgit confugere, ibi eos persequutus *MSS. amplius.*

at, constante animo, & intrepido adstitit. Ac paullo inferius. *Metellus his de causis urbe ejectus.* Profectus est autem teste Lucio Floro Rhodum in spontaneum exsilium, ut alibi diximus.

ANNA.

24 *Tertio Tribunus.*] An. U. 653.

SCHOTTUS.

25 *Prætorem.*] Adjeci *Consulem* ex Annæo Floro, Appiano lib. I. & Orosio lib. V. cap. 17. quem non recte Lycosthenes intellexit: quæ vox a sciolis sublata locum corrupit, & licet Prætor, non tamen Consul factus est. Cicero de claris Oratoribus.

ANNA.

25 Florus: *Quippe ut satellitem furoris sui Glauciam consulem faceret, Cajum Memmium competitorem interfici jussit.*

MACHANEUS.

26 *Mumium.*] Appianus. *Sed, cum Mumius dignior existeret, veriti illum Glaucia & Appulejus, nonnullos ad eum cum lignis in ipsa electione præmittunt, qui Mumium spectantibus cunctis, interfecere.* Florus: *Cajum Mumium candidatum consulatus, quem maxime actionibus suis adversarium timebat, interemit.*

SCHOTTUS.

26 *Memmium* competitorem ejus appello, non *Mummium*, ut vulgo scriptum vidi, defectus alioqui a libris MSS. qui legunt: *Numium competitorem suum.*

MACHANEUS.

27 *Campo Martio.*] Ager Tarquiniorum ejectorum confiscatus Livio scribente *Marti* dicatus exstitit.

ANNA.

28 *Marius.*] Vide supra in *Mario* patre.

MACHANEUS.

29 *Senatusconsulto.*] Appianus: *Senatu eos iterum occidi mandante, turbatus Marius nonnullos armis instruxit, & tardante eo, alii aquarum fistulas, quæ ad templum confluebant, incidunt.*

SCHOTTUS.

29 Hoc *Senatusconsulto* difficillimo Reipublicæ tempore, Consulibus plena imperii potestas tradebatur. Cicero Philipp. 5. In Miloniana & alibi sæpe. Sallustius in Catilinaria, & in fine orationis Philippi adversus Lepidum lib. I. Historiarum. Cæsar lib. I. belli civilis initio, & lib. VII. belli Gallici. Asconius in argumento Milonianæ. Epitoma Livii lib. 109. & Vegetius lib. III. cap. I. rei militaris, ubi legendum *Consules alter ambove* ex MSS. quæ antiquitus his literis notabantur. A. A. V. ut nuper Ludovicus Carrio in antiquis lectionibus docuit. [*Salus populi suprema lex esto.* Cic. III. de legibus.]

SCHOTTUS.

30 *Quo censebatur*] MSS. *quo censetur, darent operam.* Alii, *quo censeretur, darent operam.*

31 *Consules.*] Qui erant C. Marius VI. & L. Valerius Flaccus, quibus Senatus rempublicam dederat. Cicero Catilin. I. & Philipp. 8. Sed historiam pleniorem lege pro Rabirio perduellionis reo.

32 *In Capitolium persequutus.*] MSS. pleniores *in Capitolium coegit confugere: ibi eos persequutus obsedit.*

l q. l. æstu. [33] maximoque astu incisis [34] fistulis, in deditionem [35] accepit: nec deditis fides servata. Glauciæ [36] fra- 11
cta cervix: Appulejus [37] cum in Curiam fugisset, lapidibus & tegulis desuper interfectus est. Caput ejus 12
[38] Rabirius quidam [39] Senator per convivia in ludibrium circumtulit.

33 *Maximoque astu.*] MSS. *maximoque æstu*, non *astu* legunt, quod tum, forte, anni tempus ad potum invitaret. Mediolanensis proxime accedebat: *maximo quæstu.* illudque adhæsit ex priori *maximoque.*

MACHANEUS.

33 Id est, lamentatione. Unde subdit Appianus: *Scufejus templo ignem immisit. siti se moriturum autumans. Glaucia & Saturninus, Marium sibi auxilio adesse rati, se tradidere.* Non enim placet ut exponatur *quæstu* pro lucro, quia huic non convenit sententiæ.

ANNA.

34 *Fistulis.*] Canalibus, quibus aqua in Capitolium perducebatur.

SCHOTTUS.

35 *Accepit.*] Ita Gryphius. MSS. *eos coegit.*

MACHANEUS.

36 *Fracta cervix.*] Suspensi.

SCHOTTUS.

36 *Crura* Glauciæ *fracta* dicunt MSS. non *cervicem.* De quibus quisque statuat.

ANNA.

37 *Cum in Curiam fugisset.*) At Floro teste, *cum ducibus factionis in Curiam receptus est, ibi eum facta irruptione, populus fustibus saxisque coopertum in ipsa quoque morte laceravit.*

SCHOTTUS.

38 *Rabirius.*] *Ravirius* in MSS. *u* pro *b* positum, ut sæpe in antiquis libris, & monumentis, ut *avitus* pro *habitus*, *aveo* pro *habeo*, *Favio* pro *Fabio*, & contra. Post Cicerone Consule anno DCXC. urbis conditæ C. *Rabirius* accusatus fuit perduellionis a T. Labieno, cujus patruus Q. Labienus cum Saturnino occisus fuerat. Cicero eum defendit: oratio in manibus est, sed imperfecta. Dio lib. XXXVII. Suetonius, Cicero in Pisonem & in Oratore. Paullus Orosius lib. V. cap. 17.

39 *Senator.*] Cicero pro Rabirio, Equitem tantum dicit fuisse, non *Senatorem.*

CAPUT LXXIV.

ARGUMENTUM.

Munus quæstorium dat, Ptolemæum Sullæ conciliat, Africam prætor regit, Cottam Chalcedone obsessum liberat, Cyzicum obsidio solvit, Mithradatem Ponto expellit, signorum & tabularum amore flagrat, & mente alienata desipit L. Licinius Lucullus.

1 [1] LUCIUS Lucullus nobilis, [2] disertus & [3] di- 1

SCHOTTUS.

1 *Lucius Lucullus.*] In scriptis libris *Licinius Lucullus* est, ut & in Tabulis Capitolinis.

ANNA.

1 Ejus insignem laudationem vide apud Cicer. Academic. Quæst. lib. II.

MACHANEUS.

2 *Disertus.*] Quanta vero fuerit eloquentia, hinc arbitror posse perfacile judicari. *Ferunt enim Hortensium*

[3] dives, [4] munus [5] quæstorium [a] amplissimum de- a IↃCLXVII.
dit. Ptolemæum Regem Alexandriæ Consuli [b] [6] Sul- b IↃCLXVI.
læ [7] conciliavit: [8] & mox [c] per [9] Murenam in A- c IↃCLXXI.
3 sia [10] classem Mithradatis. [11] Prætor [d] Africam ju- d IↃCLXXVI.
4 stissime rexit. [12] Adversus Mithradatem Consul mis-
sus, [e] collegam suum [13] Cottam [14] Chalcedone ob- e IↃCLXXIX. *Vul.* Chalcedoniæ.
sessum

tensium causidicum, & Sisenam Historicum ex joco in rem seriam, ut fit plerumque, conversos composuisse poëmata oratione Græca pariterque Latina lingua proposita eo, quem dedisset sors, stylo, eaque lingua uterentur. Lucullus Marsicum cum scriberet bellum, obtigit ei sorte Græca oratio, defluxit enim ad nos usque Marsici belli Historia Græco sermone scripta.

SCHOTTUS.

2 Quare Sulla libros Commentariorum suorum XXII. illi dedicavit, emendandosque tradidit. Plutarchus prorsa Græce bellum scripsisse conjectat; quem vide.

MACHANEUS.

3 *Dives.*] Horatius libro primo epistolarum ad Numicium id ostendit:

. . . Chlamydes Lucullus, ut ajunt:
Si posset centum scenæ præbere rogatus,
Qui possum tot? ait, tamen & quæram, & quot habebo,
Mittam, post paullo scribit, sibi millia quinque
Esse domi chlamydum.

4 *Munus.*] Ludum.

5 *Quæstorium.*] Quale quæstores existentes agere solebant.

6 *Sullæ.*] Sub quo primo meruit.

SCHOTTUS.

6 Ita legendum, si temporis ratio habeatur, ut anni ad oram adscripti monent.

ANNA.

7 *Conciliavit.*] Ann. U. C. 665.

SCHOTTUS.

7 Plutarchus initio Luculli non *conciliasse*, sed *conciliare* conatum non potuisse scribit.

ANNA.

8 *Et mox.*] An. U. C. 669.

9 *Murenam.*] L. Licinium *Murenam.*

SCHOTTUS.

9 Hæc in MSS. partim *minister Murenæ*: partim, *ministro Murenæ* leguntur, forte vitiose pro *ministerio Murenæ.*

MACHANEUS.

9 Volve solers lector de his Plutarchum in Luculli vita, ne plura transcribere cogar. Quod enim Aurelius summatim; Historicus Plutarchus prolixius asserit, quendam adolescentulum collegam in Consulatu, qui legatus a Mithradate 60. naves cum omnibus militibus & quatuor millium, millia miserat.

ANNA.

10 *Classem Mithradatis.*] Repete a communi *Syllæ conciliavit.* Vide Plutarchum in Lucullo.

11 *Prætor Africam.*] An. U. C. 676.

12 *Adversus Mithradatem consul.*] An. U. C. 679.

SCHOTTUS.

13 *Cottam.*] *Cottiam* scribunt MSS. non recte. Est enim M. Aurelius *Cotta* collega L. Licinii Luculli anno DCLXXIX. Sic enim Eutropius, Appianus in Mithradaticis & Plutarchus in Lucullo nominant.

14 *Chalcedonia.*] *Chalcedone* legendum & ita MSS. recte.

ANNA.

14 *Chalcedon*, Bithyniæ Urbs ad Bosphorum Thracium.

f IↃCLXXX. sessum liberavit. [15] Cyzicum [f] [16] obsidio [17] solvit: 5
g IↃCLXXXII. [18] Mithradatis copias [g] ferro & fame [19] afflixit, —
[20] eumque regno suo [21] Ponto [22] expulit. Quem 6
h IↃCXXCIV. rursum [h] cum Tigrane Rege Armeniæ [i] [23] subvenien-
i Venientem. MSS. te magna felicitate [24] superavit. Nimius in [l] [25] ha- 7
l Sic leg. Vulg. in ambitu. lege Plutar. extremo Lucullo, ubi Horat. laudat lib. I. epist. VI. vers. 40. bitu: maxime [26] signorum & tabularum amore
flagravit. Post cum [27] alienata mente desipere 8
[28] cœ-

MACHANEUS.

15 *Cyzicum.*] Ponti urbem, quam Mithradates iratus rex infestabat, quia x. naves contra se & tria hominum millia in Chalcedonicam pugnam miserant.

SCHOTTUS.

15 Quidam codices *Cyzicon* Græca desinentia fœminino genere scribunt.

16 *Obsidio.*] Ita b. f. scriptum reperi, quam lectionem utpote venustam immutare religio sit. Vide quæ in Tarquinium Superbum, & Quinctium Cincinnatum annotavimus.

ANNA.

17 *Solvit.*] An. U. C. 680.

MACHANEUS.

18 *Mithradatis copias.*] Dicam profecto quod Plutarchus in comparatione Cimonis & Luculli recenset: *Cæterum post Lucullum quid egit Tigranes dignum memoria? quid Mithradates? quum is superioribus cladibus obrutus, atque confractus, nec modo suas adversus Pompejum copias extra vallum educere ausus fuerit, sed sola fuga saluti consulens in Bosporum se recepit: Tigranes vero nudus atque inermis coram Pompejo supplex humi quum procubuisset; sublatum propriis manibus e capite diadema ad illius pedes deposuit.*

ANNA.

19 *Afflixit.*] An. U. C. 681.

SCHOTTUS.

19 *Subegit*, libri scripti, & fortasse rectius.

20 *Eumque regno suo Ponto expulit, quem rursum.*] MSS. brevius: *eumque rursum cum Tigrane.*

ANNA.

21 *Ponto.*] *Pontus* in Asia notus est.

22 *Expulit.*] An. U. C. 682.

SCHOTTUS.

23 *Subveniente.*) Quidam libri præferunt *venientem.*

ANNA.

24 *Superavit.*] An. U. C. 684.

GRUTERUS.

25 *Habitu.*] Ita Palatini MSS. non *ambitu*, quod in aliorum scriptis; destruiturque a Plutarchi Lucullo in fine, ut & Horatii Epist. 6. lib. I. versu 40.

SCHOTTUS.

25 *Ne fueris hic tu: Chlamydes Lucullus (ut ajunt)*
Si posset centum scenæ præbere, rogatus, &c.

Vide Plutarchum extremo Lucullo, ubi & Horatii Flacci meminit. sed ducentas se habere chlamydes, inquit Plutarchus. Horatius quinque millia, poëticōs.

ANNA.

25 Hic *habitum vestitum* interpretor, in quo nimium ac profusum fuisse notum est.

MACHANEUS.

26 *Signorum & tabularum.*] *Adeo, ut Xerxes Togatus a Tuberone diceretur: nam basilicam, atque balneorum & deambulationum apparatus, picturas, statuas omneque ejusmodi rerum studium ad luxum arbitror referenda.*

27 *Alienata mente.*] Plutarchus. *Ferunt, eum sub mortem adversa mentis valetudine captum paullatim contabuisse. Porro Cornelius Nepos non ætate mala, neque naturali morbo, sed medicamentis a Callisthene quodam liberto suo corruptum in id incidisse prodit: Callisthenem vero ea sibi medicamina propinasse. qui eum amatorium habuisse crediderat, Lu-*
cul-

[8] cœpiſſet, [29] tutela ejus M. Lucullo fratri permiſſa eſt

cullumque tantum ab rationis uſu abfuiſſe, ut, vel eo vivente, omnis rei familiaris cura Marci fratris conſilio gubernata fuerit. Equidem ex hoc teſtimonio, quum videam plerisque in locis Cornelii Nepotis fidem a Plutarcho citari, arbitror hunc omnino eſſe, quem interpretandum ſumpſimus, compilatumque ab aliquo, ut Trogum a Juſtino, quum alia citet e Cornelio Græcus Hiſtoricus: quæ in eodem nunc non reperiantur.

SCHOTTUS.

27 De Cornelio in fragmentis.


28 *Cœpit.*] *Cœpiſſet* ſcripta lectio.

29 *Tutela.... fratri permiſſa eſt.* Lege Lætoria cautum erat, ut iis, qui furioſi, vel prodigi eſſent, curatores darentur: qui eos circumſcripſiſſent, judicio publico tenerentur. Cicero III. de Nat. Deor. & offic. III. Capitolinus in Antonino Philoſopho. De Lucullo quoque vide Tertullianum in Apologetic. cap. XI.

CAPUT LXXV.

ARGUMENTUM.

Parvulus a muliere obvia ſalutatur, Jugurtham in deditionem quæſtor accipit, bello Cimbrico..... operam legatus navat, jus dicit & Ciliciam prætor habet, Samnites Irpinoſque ſuperat, Mario reſiſtit, Mithradatem conſul fundit, Archelaum vincit, Peiræum recipit, Enetos & Dardanos ſuperat, Carbonem Italia expellit, Marium filium & Teleſinum vincit, Felicem ſe appellat, proſcriptionis tabulas proponit, 9000. deditorum cædit, ſacerdotum numerum auget, tribuniciam poteſtatem minuit, dictaturam deponit & phthiriaſi interit L. Cornelius Sulla.



I CORNELIUS [1] Sulla, [2] a fortuna Felix dictus, cum

SCHOTTUS.

1 *Sulla.*] Scribo, non *Sylla*: auctoribus Capitolinis lapidibus & libris membraneis: tametſi Cicero in Oratore *Sylla* ſcribi & pronuntiari velle videatur. De ſignificatione

cum parvulus a nutrice ferretur, mulier obvia, Sal
ve, inquit, puer tibi & Reipublicæ tuæ felix ! & sta- 1
tim quæsita quæ hoc dixisset, non potuit inveniri.
a IƆCXLVII. Hic [3] Quæstor [a] Marii, Jugurtham [4] a Boccho 2
b IƆCXLIX. [5] in deditionem accepit. [6] Bello [b] Cimbrico & Teu- 3
c IƆCLIX. tonico [7] legatus, bonam operam navavit. [8] Prætor 4
Post paullo, Siciliam *malo vulg.* [c] inter civeis jus dixit. [9] Prætor Ciliciam provin-
ciam habuit. [10] Bello [d] sociali Samnites, [11] Irpinos- 5
d IƆCLXIV. que superavit. Ne [12] monumenta Bocchi tolleren- 6
tur;

tione *Sullæ* Plutarchus in Coriolano: aliter Sextus Pompejus interpretatur. De *Sullæ* autem origine Sallustius in Jugurthino, quem locum citat Servius in VII. Æn.

ANNA.

2 *A Fortuna.*] Id est, propter *fortunam.* Quare se Græce ἐπαφρόδιτον dicebat, a jactu talorum venereo, quem felicissimum dicunt.

SCHOTTUS.

2 Libri veteres melius quam *in fortuna.* Plinius lib. II. cap. 54. & lib. VII. cap. 43. Sullæ felicitatis ostentum fulmine datum auctor est. Quam temeritatem cum stultitia conjunctam refellit Tertullianus Apologetici cap. II.

MACHANEUS.

2 Plinius naturalis Historiæ lib. VII. cap. 43. *Unus hominum ad hoc ævi fœlicis sibi cognomen asseruit, Lucius Sulla civili nempe sanguine, ac patriæ oppugnatione adeptus, etiam quibusdam fœlicitatis inductus argumentis, quod proscribendo tot millia civium trucidare potuisset. O prava interpretatio, & futuro tempore infœlix!* & filium Faustum, filiam Faustam insolenter appellavit.

ANNA.

3 *Quæstor Marii.*] An. U. C. 647. Consules autem in provinciis *Quæstores* habebant, qui pecunias militares administrarent, sibique ad ministeria belli præsto essent.

MACHANEUS.

4 *A Boccho.*] Rege Mauritaniæ socero ipsius Jugurthæ. Dubitavit autem barbarus, utrum Sullam Numidæ, an Jugurtham Sullæ traderet: tandem, Sallustio & Plutarcho scribentibus, Jugurtham Sullæ tradidit.

ANNA.

5 *In deditionem accepit.*] Sallustius in fine belli Jugurthini: *Jugurtha Sullæ vinctus traditur, & ab eo ad Marium deductus.*

MACHANEUS.

6 *Bello Cimbrico.*] De quo superius in Mario lege.

7 *Legati.*] In castris provisores necessariorum dicuntur.

ANNA.

8 *Prætor.*] An. U. C. 657.

9 *Prætor Ciliciam.*] Imo post præturam, non in *Ciliciam*; sed in Cappadociam missus. *Cilicia* Asiæ regio ad mare Mediterraneum e regione Cypri. Cappadocia supra *Ciliciam.*

MACHANEUS.

10 *Bello sociali.*] Quod initium habuit ab Italis, quibus promissa erat civitas, a Fulvio, Graccho, deinde a Druso, nec poterant promissa assequi: *sociarunt* igitur arma cum pluribus populis, maxime Samnitibus, & Irpinis Campaniæ.

SCHOTTUS.

11 *Irpinosque.*] Ita MSS. absque spiritu.

ANNA.

11 Contigui populi sunt Samnitibus.

12 *Monumenta Bocchi.*] Vel signa, vel imagines intellige, quibus Bocchus Jugurtham Sullæ in manus tradens ostendebatur. Et ita non Boccho, sed sibi favebat Sulla. Nam eam

7 cur; Mario restitit. [13] Consul [e] Asiam sortitus, Mithradatem apud [14] Orchomenum & Chæroneam prælio fudit. [15] Archelaum [f] [16] præfectum ejus * [17] Athenis vicit. Portum [18] Peiræum [19] recepit.
8 [20] Enetos, & Dardanos [g] [21] in itinere superavit. Cum [22] rogatione [h] Sulpicia [23] imperium ejus transferretur [24] ad Marium, in Italiam [i] regressus, [25] cor-

e IↃCLXV.

f Prælio præf. *Vul.*

IↃCLXVII.

* Cathenis vinxit. *non probo.*

g IↃCLXVIII.

h IↃCLXV.

legatione Sulp. *quid. libri.*

i IↃCLXX.

Male in vulg. interpungitur.

eam laudem quod sibi traditus fuerat Jugurtha, ita cupide asserebat, ut anulo signatorio sculptam illam traditionem haberet, unde Plin. lib. XXXVIII. cap. I. *Sulla Dictator traditione Jugurthæ semper signavit.*

13 *Consul Asiam sortitus.* An. U. C. 665.

MACHANEUS.

14 *Orchomenum & Chæroneam.*] Bœotiæ urbes. Prolixum esset memorare, uti cum Mithradate congressus fuerit Sulla. Plutarchum itaque evolve, quo laboris nostri sis particeps.

SCHOTTUS.

14 Antiqua lectio *Orthomenam & Chæroniam*: quemadmodum *Heracleia* & *Heraclea* dicimus, mutata æ diph. in i vel e longum. Ordo autem temporis flagitat, ut *Chæroneam* præcedat.

ANNA.

14 Nam primum Athenas & Piræum Sulla recepit, mox apud *Chæroneam*, deinde apud *Orchomenon* Boeotiæ urbes Mithradatis copias dissipavit. Vide Florum lib. III. cap. 5.

MACHANEUS.

15 *Archelaum.*] Hic dicebatur maximus Regum præfectus, quo suadente, ac amico effecto, Sulla pacem cum Mithradate certis fœderibus composuit.

SCHOTTUS.

16 *Prælio.*] *Prælio* vacat ex fide librorum MSS.

GRUTERUS.

16 Nihil abeunt ab hac scriptura Palatini ambo. estque sanissima.

SCHOTTUS.

17 *Athenis vicit.*] MSS. legunt, *cathenis vinxit* pro *Athenis vicit*, quomodo Plauti locum Asinaria commutatum vidi in Nonio Marcello colere: vulgo legitur, *O cathenarum colone*: libri MSS. *Ac Athenarum colone.*

MACHANEUS.

18 *Piræum.*] Athenarum.

SCHOTTUS.

18 *Picanum* Mediolanensis.

MACHANEUS.

19 *Recepit.*] Multis admotis machinis & tormentis. Ita, ut Plutarchus scribit, in obsidione Athenarum decem millibus mularium jugorum quotidiana ad machinarum apparatum impendebatur opera.

20 *Medos* a Medo filio Medeæ dictos aliqui sentiunt.

SCHOTTUS.

20 *Enetos Dardanosque*) pro *Medos Dardanos* ex Appiano emendavi.

ANNA.

20 *Eneti* populi Paphlagoniæ, *Dardani* in Phrygia.

21 *In itinere.*] *En marche.* Dum scilicet ab expeditione Mithradatica revertebatur.

MACHANEUS.

22 *Rogatione.*] i. lege: quia Sulpicius ipso sceleratior Mario, teste Plutarcho, exercitum contra Mithradatem destinavit: qui deinde servo prodente a Sulla interfectus est.

SCHOTTUS.

22 *Legatione* Mediolanensis. Non probo.

ANNA.

23 *Imperium ejus.*] Id est, provincia ejus.

SCHOTTUS.

24 *Ad Marium in Italiam regressus.*] Distinctionem illam non probo.

[25] corruptis adversariorum exercitibus, [26] Carbonen. Italia [27] expulit : Marium filium [28] apud Sacriportum, [29] Telesinum apud portam [30] Collinam [31] vicit. [32] Mario [33] Preneste interfecto, Felicem se edicto appellavit. [34] Proscriptionis tabulas [m] primus [35] proposuit. Novem

l IƆCLXXI. *Editi* Marium apud Sacr. *Alii* Marium & Pontium Telesinum apud.

m IƆCLXXI.

ANNA.

25 *Corruptis adversariorum exercitibus.*] Aliter paullo Vellejus. *Crescebat interim in dies Sullæ exercitus, confluentibus ad eum optimo quoque & sanissimo. Felici deinde circa Capuam eventu Scipionem Norbanumque consules superat: quorum Norbanus acie victus; Scipio ab exercitu suo desertus ac proditus, inviolatus a Sulla dimissus est.* Sed Scipionis *exercitum* a Sulla *corruptum* diserte narrat Plutarchus in Sulla, & huc referendum Sallustii fragmentum. *Cujus adversa voluntate colloquio militibus permisso, corruptio facta paucorum, & exercitus Sullæ datus est.*

26 *Carbonem.*] Cn. Papirium *Carbonem* consulem.

27 *Expulit.*] Anno U. C. 671.

MACHANEUS.

27 Plutarchus. Carbo qui contrariam factionem timebat ab ejus exercitu fugam noctu faciens tandem in Africam navi se recepit.

ANNA.

28 *Apud Sacriportum.*) Vide supra in Mario filio.

SCHOTTUS.

29 *Telesinum.*] Mediolanensis aliter: *Marium & Pontium Telesinum.*

MACHANEUS.

29 Ita legendum est, ex Appiano referente: *Marcum autem Lamponium ex Lucania & Pontium Thelesinum ex Samnio & Capuanum Guttam septuaginta hominum millia adducentes ut Marium juniorem ab obsidione liberarent, Sulla via interea quadam, per quam patebat aditus, ab itinere exclusit.*

ANNA.

30 *Collinam.*] Quæ Quirinalis & Agonia dicta.

MACHANEUS.

30 Lucanus secundo.

Aut Collina tulit stratus quot porta catervas.

31 *Vicit.*) Plutarchus. *Quum Marianorum terga vertentium, qui diutius sustinere nequirent, magna strages fuit: Marius sese Præneste fuga, subtrahens, obseratas portas offendens fune superne demisso quum se immisisset, in murum receptus est.*

ANNA.

32 *Mario.*] Juvene. supra.

MACHANEUS.

33 *Præneste interfecto.*] Appianus. *Quibus conspectis Prænestini, quod omnes Carbonis copias deletas audissent, Norbanum ex Italia aufugisse, reliquas vero Italiæ urbes ad Sullam concessisse: civitatem Lucretio dedere, Mario aggerem per cuniculos ingresso, nec multo post interempto manu propria Lucretius cervicem abscidit, caputque ad Sullam misit: id fori in medio ante rostra Sulla cum appendisset: juventa Consulis irrisa, inquit, remigem prius esse oportere, quam ad gubernaculum manus admovere.*

34 *Proscriptionis tabulam.*] Plutarchus. *Sulla igitur extemplo octoginta proscripsit millia senatorum, communicato consilio, omnibus ægre ferentibus: imo interjecto die ducentos & viginti adjecit: deinde tertio non pauciores adjecit.*

ANNA.

34 Flor. lib. III. cap. 21. *Proposita est ingens illa tabula: Et ex ipso equestris ordinis flore ac senatus duo millia electi, qui mori juberentur, novi generis edictum.*

SCHOTTUS.

35 *Proposuit.*) Mediolanensis *posuit.*

36 *Mil-*

7 I Jovem [36] millia * [37] deditorum in [38] villa publica cecidi. [39] Numerum sacerdotum auxit, [40] Tribuniciam potestatem [41] minuit. Republica ordinata [42] Dictaturam deposuit: [n] unde [43] sperni cœptus, [44] Puteolos concessit: & morbo, qui [45] phthiriasis vocatur, interiit.

* *Alii* dediticiorum. *De villa publica quæ in campo est Martio, quædam in Notis. Mox.* *q. l.* imminuit.
n IƆCLXXIII. *Vulg.* spe deceptus *male.*
o IƆCLXXV.

C A-

36 IX *Millia.*) Alii, IIX. *millia* legunt, quot & Liviana Epitome lib. 88. Augustinus de civitate Dei lib. III. cap. 28. *septem* dumtaxat *millia* civium Romanorum interfecta: Valerius Maximus lib. IX. cap. 2. quatuor legiones obtruncatas affirmat. Plutarchus ἑξακισχιλίους numerat. Annæus Florus lib. III. rerum Romanarum quatuor *millia*. Orosius V. tria tantum numerat, nisi mendosus codex est. Quatuor aut quinque *millia* fuisse creditur, inquit Strabo lib. V. Geographiæ, & quidem Samnites, quos vivos edicto capi Sulla vetuerat.

GRUTERUS.

36 Exemplar nostrum unum, VIIII. unde factum forte ut irrepserit in Epitome Liviana, *octo millia*: dum librarii scilicet non putant novem eo modo exprimi: inde etiam factum ut iidem sæpe pro XXXX. repræsentarint *triginta*.

SCHOTTUS.

37 *Deditorum.*] Alii *dediticiorum.*

38 *Villa publica.*] In campo erat Martio teste Livio lib. V. Valerio Maximo IX. 3. Augustino de civitate Dei lib. III. cap. 28. Non illud celabo male in utroque Livii abbreviatore *via publica* pro *villa publica* legi.

ANNA.

38 Publius Victor descriptione Urbis in regione IX. *Villa publica*, *ubi primum populi census est actus in Campo Martio.*

39 *Numerum Sacerdotum auxit.*] Id est, ampliavit *numerum Sacerdotum* & augurum, ut essent quindecim.

40 *Tribuniciam potestatem.*) Leges tulit, *Ne tribunis plebis alios Magistratus capere liceret: ne ad eos provocatio esset, ne leges ferre possent: ne etiam concionari ipsis liceret*, atque ita tantum intercessio illis relinquebatur.

MACHANEUS.

40 Appianus: *Tribuniciam* vero *potestatem adeo perfregit ac debilitavit, ut fere ad nihilum redegerit, quum ex lege prohiberetur, qui se Tribunum gessisset, ulterius potestatem habere posse.*

SCHOTTUS.

41 *Minuit.*) Libri antiqui *imminuit* præferunt.

MACHANEUS.

42 *Dictaturam deposuit.*] Appianus: *tantum huic viro animi, & felicitatis affuit, ut fori medio dicere auderet. ideo se Dictaturam deponere, ut eorum, quæ fecisset, rationem subire posset, si quis exigeret.*

SCHOTTUS.

43 *Spe deceptus.*] Corrige *sperni cœptus* ex libris antiquis MSS. Nullam enim *spem* conceperat, quamobrem dictaturam abdicaret.

ANNA.

44 *Puteolos.*] Alii Aumas concessisse scribunt. *Puteoli* e regione Aumarum.

MACHANEUS.

44 Strabone autumante in Campania opidum a *putore* aquarum sulfurearum dictum.

45 *Phthiriasis.*] Pedicularis morbus dicitur; nam φθεὶρ, ρὸς, pediculum indicat, ἀπὸ τῦ φθίνω, tabesco. Plinius in septimo: *Age, non exitus vitæ ejus omnium proscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodente seipso corpore, & supplicia sibi gignente.*

SCHOTTUS.


45 *Animi concitatione nimia, at-*

que immoderato vocis impetu, convulso pectore, spiritum cruore ac minis mistum evomuit, inquit Val. Max, lib. IX. cap. 3. Pediculari autem morbo præter Sullam perierunt, Acastus Peliæ filius: Alcman poeta: Pherecydes Syrus, Callisthenes Olynthius in carcere, & Mucius Jurisconsultus. Eunus quoque servus, qui primus in Sicil. bellum excitavit. Plutarchus in Sulla extremo & Helladius in Chrestomathia apud Photium in Bibliotheca pag. 870. Adde & septimum Herodem Judæum.

CAPUT LXXVI.

ARGUMENTUM.

A septem Persis oriundus sexjuges equos regit, 22. gentium ore loquitur, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadoc. expellit, ut, quicunque Romanus esset, interficeretur, literas per Asiam mittit, Graciam & insulas occupat, a Sulla, Lucullo & Pompejo vincitur, venenum frustra sumit, & in cadem suam manum trepidantis percussoris Galli adjuvat Mithradates Rex Ponti.



[1] MITHRADATES Rex Ponti, oriundus [2] a septem Persis, magna vi animi & corporis, ut 1

MACHANEUS.

1 *Mithradates.*] Rex Ponti Euxini patriæ, inde Euxini, id est, hospitales dicti. Est autem prope Mæotida. Circa hunc locum erant plures provinciæ, tum ad Asiam, tum ad Europam attinentes, quibus ipse Rex imperabat.

SCHOTTUS.

1 Libri quidam scripti vitiose *Mithrydates* per *y* habebant; lego *Mithradates* prima vocali in secunda syllaba ex nummis antiquis, quomodo inscriptos plurimos videre licet in Fastis Huberti Goltzii Antiquarii diligentissimi.

2 *A septem Persis.*] De his Polybius lib. V. Joseph. XI. antiquit. Judaic. Strabo XV. extremo Geographiæ. Ammianus Marcellinus XXIII. L. Florus Artabazem, qui ante *Mithradatem* regnavit, a VII. *Persis* oriundum facit lib. III. cap. 5.

2 De

7 ut sexjuges equos regeret, [a] [3] duarum & viginti gen- *a MSS. quinquaginta gentium.*
1 tium ore loqueretur. Bello [b] sociali dissidentibus Ro-
manis, [4] Nicomedem Bithynia, [c] [5] Ariobarzanem *b* IƆCLXII.
3 Cappadocia [6] expulit. Literas per totam Asiam mi- *c* IƆCLXV.
sit, ut quicunque Romanus esset, certa die [7] inter-
4 ficeretur: [8] & factum est. Græciam insulasque omnes,
5 [9] excepta Rhodo, occupavit. [10] Sulla eum prælio [d] *d* IƆCLXVII.
vicit, classem ejus [11] proditione Archelai intercepit:
Ipsum

MACHANEUS.

2 De illis Herodotus libro tertio, & Justinus primo Epitomarum suarum plura scribunt. ii enim magos interfecerunt, qui dolose pro ipsis regnabant. deinde hinnitu equi Darium Regem constituere.

ANNA.

2 Sed *a septem Persis* usque ad Artabazen ita intricata successio, ut nihil certi dici possit. Vide quæ ad Florum notavimus lib. III. cap. 5.

SCHOTTUS.

3 *Duarum & viginti gentium.*] MSS. omnes & libri excusi antiqui aliter, *quinquaginta gentium*: verum ὑπερβολικῶς. Plinius avunculus vulgatam lectionem tuetur, ut veritati proximam lib. VII. cap. 24. Natur. histor. & lib. XXV. cap. 21. Solinus cap. 7. Polyhistoris. Agell. lib. XVII. & Valerius lib. VIII. cap. 7.

MACHANEUS.

3 Gellius libro decimo septimo capite decimo septimo: *Mithradates autem Ponti atque Bithyniæ Rex inclytus, qui a Cnæo Pompejo bello superatus est, duarum & viginti gentium, quas sub ditione habebat, linguas percalluit, earumque omnium gentium viris haud unquam per interpretem colloquutus est. sed, ut quemque ab eo appellari usus fuit, proinde lingua & oratione ipsius, non secus ac gentilis ejus esset, loquutus est.*

GRUTERUS.

3 Palatini *quinquagesimo gentium.*

MACHANEUS.

4 *Nicomedem.*] Is est, de quo Cæsaris in vita Suetonius refert.

SCHOTTUS.

5 *Ariobarzanem.*] Colinæus *Ariobarzanam.* Veteres libri *Ariobarzanem*, vel *nen.*

ANNA.

6 *Expulit.*] An. U. C. 663. Sed sexto post anno, pace facta cum Sulla, suam quisque provinciam recepit. Vide quæ ad Florum notavimus lib. III. cap. 5. nam & hinc firmabis.

MACHANEUS.

7 *Interficeretur.*] Cicero in Oratione de lege Manilia. *Vos tot civium Romanorum millibus uno nuntio, atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis?*

ANNA.

8 *Et factum est.*] Uno die octoginta millia Romanorum cæsa sunt. An. U. 666.

9 *Excepta Rhodo.*) Florus: *Excepta Rhodo quæ pro nobis stetit: cæterum Cyclades, Delos, Eubœa & ipsum Græciæ decus Athenæ, tenebantur.*

MACHANEUS.

10 *Sulla eum prælio vicit.*) Cicero Oratione de lege Manilia. *Triumphavit & Sulla: triumphavit L. Murena item de Mithradate.*

SCHOTTUS.

11 *Proditione Archelai.*] *Archelaus cum classe regia Sullæ se tradidit.* Livius Epit. 82. & Orosius lib. VI. cap. 2. Mihi illud *proditione Archelai* semper suspectum de mendo fuit, verum libri nihil variant. Pugnat cum historia: credo scripsisse, *repugnante Archelao*, aut simile.

12 *Apud*

Ipsum [12] apud [e] Orchomenum opidum fudit, [13] oppressisset, [14] nisi adversum Marium [g] festinans qualemcunque pacem componere maluisset. Deinde [h] [15] eum [16] Cabiris [i] resistentem Lucullus [17] fudit.
Mithradates post [18] a Pompejo [19] nocturno prælio 7
[l] victus, in regnum confugit: ubi [20] per seditionem [21] popularium * a Pharnace filio in turre [m] obsessus,
[22] venenum sumpsit. Quod cum tardius [n] [23] subiret, quia 8
adver-

Orchienum. *Vulg. Alii* Dardanum.
f Vulgati sic: & oppressit, & potuit capere nisi *MSS. libenter sequor.*
g IↃCLXIX.
h IↃCLXXXII.
i Al. acrius, *al.* Argis res.
l IↃCXXCVII.
* Popularem *Excusi. vett. libb. præfero.*
m IↃCXC.
n Biberet, *vulg. q. al.* ebiberet. *Al.* Cum istar. viveret.

12 *Apud Orchienum opidum.*] ô Homines obliviosos, qui non meminerant proximo capite ad *Orchomenum* a Sulla pugnam factam. MSS. aliter *apud opidum Dardanum.*

13 *Oppressisset.*] Vulgati *oppressit*, quod factum, ut sæpe, ex *oppressisset. Potuit capere* abundant ex MSS.

ANNA.

14 *Nisi adversum Marium.*] Florus: *Et debellatum foret, nisi de Mithradate triumphare cito quam vere maluisset.*

MACHANEUS.

15 *Eum.*) Qui Mithradaticum antidotum saluberrimum confecit. De victoria Sullæ nuper diximus. Juvenalis quoque ait:

Pontica ter victi cautus Mithradatica Regis.

SCHOTTUS.

16 *Cabiris.*) MSS. *acrius*, male. Parisinus *agris*, alii *Argis* inde fecerant.

ANNA.

16 *Cabiri* populi in Ponto. Ibi *Cabira urbs.* Vide Plutarchum Lucullo & Eutrop. lib. VI.

17 *Fudit.*] An. U. 680.

MACHANEUS.

18 *A Pompejo.*] Ut ait Plutarchus: Revera Luculli res gestæ imperium *Pompeji* exornarunt.

19 *Nocturno prælio.*] Ad Lunæ splendorem, ut Plutarchus his in vita narrat: *delusos regios milites umbra Lunæ.*

ANNA.

19 Eutrop. lib. VI. *Mox ei* (Pompejo) *delatum bellum etiam contra Regem Mithradatem & Tigranem; quo suscepto, Mithradatem in Armenia minore, nocturno prælio vicit, castra diripuit.* Vide & Flor. lib. III. 5. datum prælium an. U. 687.

20 *Per seditionem.*) Florus. *Per defectionem civium, Pharnacisque filii scelere præventus, male tentatum veneno spiritum ferro expulit.*

SCHOTTUS.

21 *Popularium.*) Melius, quam *popularem* libri veteres.

MACHANEUS.

22 *Venenum sumpsit.*) Plutarchus in Pompejo ita recitat: *Mithradatem per filii Pharnacis seditiones mortem sibi conscivisse, ac omnia, quæ ipse possederat, Pharnacem sibi sortitum: denique his gestis Pharnacem ad se Romam scriptitasse.*

SCHOTTUS.

23 *Biberet.*) MSS. *Ebiberet.* Vascosanus: *subiret.* scilicet præcordia, non damno. Hic mihi locus manum injecit, & paullisper consistere, quamlibet properantem ad finem jubet. *Obducere* enim antiqui eleganter dixerunt, pro ebibere vel exsorbere: quod in Cicerone Tuscul. I. reponendum Petro Victorio in Variis lect. lib. XV. assentior. sic enim habet: *Theramenes cum conjectus in carcerem XXX. jussu tyrannorum, venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret. Quo sonitu reddito, ridens, propino, inquit, hoc pulcro Critiæ.* Ubi quidam ex illo Xenophontis lib. II. ἑλλην. ἐπεὶ τὸ κώνειον ἔπιε *ebibisset* vel *obbibisset* legerunt. Emendandus in hoc verbo & Seneca scriptor gravissimus libro de Divin. provid. cap. 3. Sic enim

7 I adversum venena 24 multis antea medicaminibus corpus firmarat: immissum percussorem Gallum 25 Sithocum auctoritate vultus territum revocavit, & in cædem suam manum trepidantis adjuvit.

Bitocum *MSS. ut & Livii Epitoma* 102. *Appianus* Βιτοιτον *vocat.*

enim locum legendum censeo. *Male tractatum Socratem judicat, quod illam potionem publice mistam non aliter, quam medicamentum immortalitatis obduxit, & de morte disputavit usque ad ipsam.* vulgati *eduxit* invenuste. Post paullo sic lege & interpunge ex MSS. *Quanto magis nuic invidendum, quam illis quibus gemma ministratur, quibus expletus est animus. Omnia pati dictus, exsectæ virilitatis, aut dubiæ, suspensam auro nivem diluit.*

ANNA.

23 *Subiret.*] Id est *penetraret.* Sic alicubi Virgilius.

24 *Multis antea medicaminibus.*) Mithradates puer adhuc, cum illum veneno tutores peterent, *antidota sæpius bibit, & ita se adversus insidias exquisitis tutioribus remediis stagnavit, ut ne volens quidem senex mori potuerit.* Justin. lib. XXXVII.

MACHANEUS.

24 Gellius lib. XVII. cap. 16. *Scriptum etiam a Læneo Pompeji liberto Mithradatem illum Ponti Regem medicæ rei, & remediorum id genus solertem fuisse, solitumque anatis sanguinem miscere medicamentis, quæ digerendis venenis valent, sanguinemque earum potentissimum esse in ea confectione, ipsum autem regem assiduo talium medelarum usu, a clandestinis epularum insidiis cavisse. Quamobrem victus a Romanis, frustra venena violentissima festinandæ necis gratia expertus, seipsum gladio transegit.*

SCHOTTUS.

24 De Mithradate autem sic etiam Seneca Rhetor noster: *Habuit malum medicamentum Mithradates. Quis enim alius debebat habere quam parricida?* ad quem locum vide quæ notamus de medicamine, quod Græcis φάρμακον.

25 *Sithocum.*] Libri calamo & typis exarati & Livii Epitoma 102. *Bithocum* nuncupant: Appianus Βίτοιτον scribit, *Bitœton.* quomodo utrobique fortasse scribendum.

GRUTERUS.

25 Palatinus secundus *Siticum.* Appianus vocat Βίτοιτον, & forsan appellandus *Bituitus.*

ANNA.

25 Forsan *Bithico* legendum.

CAPUT LXXVII.

ARGUMENTUM.

Sullæ partes sequitur, Siciliam recipit, Numidiam Massinissæ restituit, triumphat, Lepidum Italia fugat, Sertorium vincit, piratas subigit, Tigranem ad deditionem, Mithradatem ad venenum compellit, Albanos...... penetrat, in Hircanum mare pervenit, Cæsarem exercitum dimittere jubet, Urbe pellitur, in Pharsalia vincitur, ad Ptolemæum Regem fugit, & ejus imperio occiditur Cn. Pompejus Magnus.

CN. POM-



a IↃCLXX. CN. Pompejus [1] Magnus, civili bello [a] Sullæ partes ſequutus, [2] ita egit, ut ab eo maxime dili- 1
b IↃCLXXI. geretur. [3] Siciliam [b] ſine bello a proſcriptis recepit.
c IↃCLXXII. [4] Numidiam [5] Hiarbæ ereptam, [c] [6] Maſſiniſæ reſtituit. [7] Viginti ſex annos natus [8] triumphavit. 2
[9] Lepi-

MACHANEUS.

1 *Magnus.*) Devicta Africa, ita pronuntiante Sulla, appellatus.

2 *Ita egit, ut ab eo diligeretur.*] Qui a primo potiſſima cauſa fuit, ut Cinna interficeretur, & Carbonem interfici damnatum juſſit, internecinos Sullæ hoſtes.

3 *Siciliam a proſcriptis recepit.*) Et quotquot proſcriptionem Sullanam præoccupando, fugerant in Siciliam, hanc ut propugnaculum tutum ceperant, ſed audientes Pompejum cum exercitu adventare, facile ceſſerunt.

4 *Numidiam.*) Plutarchus in Pompejo: *aliæ confeſtim civitatum paruere, aliæ vi captæ. Hiarbas Rex tum comprehenſus, qui cum Domitio belli ſocietatem inierat: cui ſucceſſit Hiempſal. Proſpera ergo fortuna Pompejus fretus, robori militum fidens, Numidiam impetit, in quam, quod diebus pluribus peragrandum erat, agmine concitato excurrens, ea ſubegit omnia, quibus obviam factus eſt.*

SCHOTTUS.

5 *Jarba.*) *Hiarbæ* antiqui libri & Plutarchus in Pompejo Ἰάρβας. *Hieram* Epitoma Livii vocat. confer cum his Plinii lib. VII. cap. 26.

ANNA.

5 Non prætereundum eſt eſſe qui ubique pro *Hiarba Hierta* ſcribendum putent, verumque nomen eſſe *Hierta*.

6 *Maſſiniſæ.*) Hæc mihi ſuſpecta ſunt. Legendum puto: *Numidiam Hiarbæ ereptam, Hiempſali reſtituit.* Quod ex hiſtoria verum eſt. Plutarchus in Pompejo. Εἷλε δὲ τῶν βασιλέων Ἰάρβαν τὸν συμμαχήσαντα Δομιτίῳ, τὴν δὲ βασιλείαν Ἰάμψαλι παρέδωκε. Id eſt, *Ex Regibus autem Hiarbam, qui cum Domitio militaverat, cepit, & ejus regnum Hiempſali tradidit.* Hinc pendet Salluſtii fragmentum Hiſtor. lib. I. *Id bellum excitabat metus Pompeji victoris Hiempſalem in regnum reſtituentis.* Miror tam inſigne mendum viros doctiſſimos latuiſſe.

SCHOTTUS.

7 *Viginti ſex annos natus.*] XXVI. *annorum.* MSS. Abbreviator Livii, & Eutropius XXIV. annorum faciunt.

ANNA.

8 *Triumphavit.*) An. U. C. 672. quo regnum Hiempſali reſtituit.

9 *Le-*

7 Lepidum acta Sullæ [d] rescindere volentem, priva-
tus Italia * [10] fugavit. [11] Prætor [e] in [12] Hispaniam
pro * [13] consulibus missus [14] Sertorium vicit. [f] [15] Mox
5 [16] piratas intra quadragesimum diem subegit. [17] Ti-
6 granem [g] ad deditionem, Mithradatem [h] ad vene-
num compulit. Deinde [18] mira felicitate [& cele-
ritate]

d IↃCLXXV
* *Vulg.* abrogavit.
e IↃCXXC.
* Proconsul. *Vulg.* *illud rectum.*
f IↃCXXCV
g IↃCXXCVII.
h IↃCXC.
[*Ex MSS.* *Vulg.* felic. rerum in Septentrionem.]

9 *Lepidum.*] M. Æmilium *Lepidum* Consulem An. U. C. 675. Sed vide omnino Flor. lib. III. cap. 23.

SCHOTTUS.

10 *Abrogavit.*) *Fugavit*, melius in MSS. dicimus enim *Abrogare* alicui magistratum: *Abrogare* vero aliquem *Italia*, legere non memini: nisi forte scriptum hic fuit, *ablegavit.* sic in Sulla pro *rogatione legatione*, in quibusdam excusis est.

MACHANEUS.

10 Diversa historici scribunt. Plutarchus: *quare Pompejus adversus Lepidum dux declaratus. hic enim tum multa in Italia occupaverat, & citeriorem Galliam per Brutum superatam videbat; cætera Pompejus facile vicit*: & paullo post, *amissa Italia Lepidus in Sardiniam fugit, ubi morbo comitiali mœstior, non ex adversa, ut ajunt, fortuna, sed quod in literulam quandam incidit, ex qua adulteram uxorem cognovit.* Appianus: *Lepidus a Senatu accersitus, nec ille, quamobrem vocaretur, ignarus, universo cum exercitu profectus, quasi cum eo urbem ingressurus, prohibitus subinde, ad arma per præconem omnes connumerat, ex adverso Catulus bellum vicissim vere denuntiat, post in odium prælio, antequam campum Martium ingrederetur, inito, ab utrisque superatus est Lepidus: nec multum illi adversatus, in Sardiniam enavigavit; quo in loco distillationis morbo correptus cessit e vita.*

ANNA.

11 *Prætor in Hispaniam.*] Anno U. C. 676.

MACHANEUS.

12 *Hispaniam.*) Ab *Hispali* urbe dictam, auctore Trogo Pompejo.

SCHOTTUS.

13 *Proconsul.*) MSS. *pro consulibus*, perspicue verum. Ita enim dixerat Philippus, non *pro Consule*, sed *pro Consulibus* mittere se Pompejum. Cicero Philipp. XI. & in oratione pro Lege Manilia extrema Vulgata illa lectio *Proconsuli* corrupta est ex compendiis literarum. Alii *Proconsule.*

MACHANEUS.

14 *Sertorium vicit.*) Contra quem fugitivum Sullæ, & superstitem Carboniæ fugæ, primo Metellus pugnavit, idem cyclops, senexque Imperator a juvene Pompejo superatus, ad pœnam amicorum præcipuam in convivio fœdissime trucidatus a custodia militari.

ANNA.

14 Vide Flor. lib. III. cap. 6.

15 *Mox.*) An. U. C. 687.

MACHANEUS.

16 *Piratas.*) Qui nemini commercium liberum, sed omnia invia, clausaque tenebant, Gabinius rogationem tulit, qua Pompejo Cilicum provincia demandabatur, in qua celeriter fœlici victoria potitus est, tamen sponte se, fama audita Pompeji, maris vastatoribus dedentibus, tum enixissime nonnullis debellatis, per columnasque distributis.

17 *Tigranem ad deditionem.*) Cum urbes castellaque ejus caperent, in extrema deductus, audita Pompeji clementia sese dedidit, conditionibusque a Pompejo oblatis acquievit.

SCHOTTUS.

18 *Mira felicitate rerum.*) MSS. pleniores: *facilitate & celeritate.* Sic & in Lucullo supra *facilitate*, ubi vulgati codices *felicitate.*

i IↃCXXCVIII. ritate] nunc [19] in ſeptemtrione [20] Albanos, [i] Colchos, [21] Heniochos, [22] Caſpios, [23] Iberos: [24] tunc
l IↃCXC. in oriente [25] Parthos, Arabas, atque [26] Judæos cum magno ſui terrore penetravit. Primus in [27] Hircanum, [28] Caſpium, [29] Rubrum, & Arabicum mare 7
uſque pervenit. [30] Mox cum [31] diviſo orbis impe- 8
m IↃCXCVIII. rio, [m] Craſſus [32] Syriam, Cæſar [33] Galliam, Pompejus

19 *In ſeptemtrione.*) MSS. *in ſeptemtrionem.*

ANNA.

20 *Albanos & Colchos.*) *Albani & Colchi*, intra mare Caſpium & Pontum Euxinum.

21 *Heniochos.*) Ad littus eoum Caſpii maris in Margiana.

SCHOTTUS.

21 *Eniochos* MSS. libri: *Enochios* Pariſinum exemplum. Vide Paterculum.

ANNA.

22 *Caſpios.*) Ad mare *Caſpium.*

MACHANEUS.

23 *Iberi.*) Montem incolunt Taurum.

SCHOTTUS.

24 *Tunc in oriente.*) MSS. *in orientem.*

ANNA.

25 *Parthos.*) Supra ſinum Perſicum.

MACHANEUS.

26 *Judæi.*) Pertinaciſſimum genus, vel a *Juda*, vel quaſi *Idæi*, de quibus lege Strabonem. Cepit autem Ariſtobulum Regem eorum.

27 *Hircanum, Caſpium.*) Idem, ut Ptolemæus: quod, ut auguſto, ita longo etiam, freto primum terras, quaſi fluvius, atque juſtus alveus includit, in tres ſinus diffunditur contra os ipſum, & reliqua.

SCHOTTUS.

28 *Caſpium* accrevit e MSS. quod mare in vulgatis deſideratur.

ANNA.

29 *Rubrum & Arabicum.*] Idem, nam mare *Rubrum Arabicum* etiam dicitur.

MACHANEUS.

29 De quo ita Pomponius Mela: *Rubrum mare Græci, ſive quia ejus coloris eſt, ſive quia ibi Eritra regnavit*, Eritram thalaſſan *appellarunt, procelloſum, aſperum, profundum, & magnorum animalium, magis quam cætera, capax, primo recedentes oras qualiter impellit, & ut non intret interius aliquantum patens ſinus, Arabiamque alluit.*

ANNA.

30 *Mox.*) An. U.C. 693.

SCHOTTUS.

31 *Diviſo.*) Placet ſcripta lectio, *cum diviſo.*

MACHANEUS.

32 *Syriam.*) Satis conſtat Craſſum auri cupiditate in Parthiam profectum, cujus fæculentia ditiſſimi ſummates hac quoque tempeſtate, æterno judicio, nunquam explentur, ſed more hydropici,

Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

qui deinde dolo Surenæ circumfundentis, vi in equum ſublatus eſt. Lucanus:

Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carras.

& crudeliſſime interfectus fuit, capite ad Regem Hyrodem allato. Jaſon fabularum actor, ſcribente Plutarcho, illud multis telis perſodit, ac quaſi fures debacchando pro ludibrio circumtulit. Petrarcha in Triumphis vernaculo rythmo ita accedere videtur opinioni, ut aurum in ore liquefactum fuerit: *vide Ciro de ſangue avaro e Craſſo de oro, e l'uno & l'atro nebe tanto, che pareva a ciaſcuno amaro.*

ANNA.

32 Vide Flor. lib. III. cap. II.

MACHANEUS.

33 *Galliam.*) Quam per decennium

7 ejus [34] urbem obtineret; poſt [n] [35] cædem Craſſi, n IↃCC.
I [36] Cæſarem dimittere [o] exercitum [37] juſſit: Cujus o IↃCCIIII.
[38] infeſto adventu urbe pulſus, [39] in Pharſalia [p] [40] vi- p IↃCCV.
ctus, [41] ad Ptolemæum Alexandriæ Regem [42] confugit.
[43] Ejus

nium domuit. In Suetonio leges, ejuſque commentariis.

ANNA.

33 Flor. lib. III. cap. 10.

34 *Urbem.*) Imò *Hiſpaniam*, ſed nec ideo *Urbem* reliquit, quippe provinciam ſuam per legatos Afranium & Petrejum adminiſtravit.

35 *Cædem Craſſi.*] Qui in Syria Carris trucidatus eſt.

MACHANEUS.

36 *Cæſarem dimittere exercitum.*] Inquit ipſe Cæſar: *neque obſcure duæ legiones Cæſari detrahuntur*: quas (ut idem in fine belli Gallici aſſerit) a Pompejo retentas, cauſa vero potiſſima bellorum civilium hæc fuit, quia Cæſar ſibi ipſi timeret, noluit exercitum deponere: petebat enim conſulatum ac triumphum. Senatus alterum libens daturus erat, & dicebat: triumphare ſi vis, accede more aliorum Imperatorum; ſin conſulatus competitor eſſe velis, accede privatus humiliter in campo Martio ſuffragia rogaturus: timebat vero Cæſar, ſi non obtineret Conſulatum, ac ſine officio, & militibus in provincia viveret, *ne rationem actorum reddere cogeretur*, affirmante Suetonio, *cum M. Cato identidem, nec ſine jurejurando denuntiaret, delaturum ſe nomen ejus, ſimulac primum exercitum dimiſiſſet, cumque vulgo fere prædicarent, ut, ſi privatus rediſſet, Milonis exemplo, circumpoſitis armis, cauſam apud judices diceret.*

SCHOTTUS.

37 *Juſſit.*] *Jubet* pro *juſſit* MSS. præferunt.

MACHANEUS.

38 *Infeſto adventu.*] Jam contra Senatuſconſultum Rubiconem transierat, Picenum, Umbriam, Etruriam occuparat, territus itaque cum Senatu Pompejus ab urbe diſceſſit Brundiſium uſque, ut maria cum maritimis locis in poteſtate ſua præoccuparet.

39 *In Pharſalia.*) A *Pharſalis* opido dicta. idem operi Lucani titulus. Cauſa victoriæ Cæſaris: ſex cohortes, legionibus eductæ, decimæ legioni a tergo locatæ, juſſæque ſunt quietem agere a tergo ac hoſtibus ignotæ eſſe: erant numero tria millia virorum, quæ obſiſtendo, equites Pompejanos longis jaculis per frontes ac ora feriebant: juvenes autem nobiles hujus inexperti pugnæ adverſæ, manibus protegendo oculos, terga dedere. reliqui Cæſareorum impetum non ferentes, ſaluti ſuæ fuga conſuluere, cum Pompejus ad caſtra accelerans, & veſtem ſumens infortunio congruam, inde egreſſus tandem Lariſſam applicuit: cætera in vita ejus perlege.

ANNA.

39 *Pharſalia* Theſſaliæ regio, inter *Pharſalum* & Enipeum fluvium.

40 *Victus.*] An. U. C. 705.

MACHANEUS.

41 *Ad Ptolemæum.*] Dubitabat Pompejus, an ad Parthos confugeret, an ad Jubam Mauritaniæ Regem, tandem Lentulo apud Lucanum hortante l. VIII. in Ægyptum profectus, ubi regnabat regulus filius. patri ejus ingentia beneficia contulerat Pompejus. *Ptolemæi* præceptoris nomine Theodoti, dicentis hominem mortuum non ſolere nocere, ſententia condemnatus & a Septimio & Achilla indigne trucidatus, indigne vitam cum morte commutavit.

SCHOTTUS.

42 *Fugit.*] MSS. *confugit.*

[43] Ejus [q] imperio [44] ab Achilla [45] & Pothino satelli- 10
tibus occisus est: [46] [Hujus latus sub oculis uxoris &
liberorum [47] a [r] Septimio Ptolemæi præfecto mucro-
ne confossum est. [48] Jamque defuncti caput gladio 11
[49] præcisum, quod usque ad ea tempora fuerat [s] [50] a-
doratum. Truncus [51] Nilo [52] jactus, a Servio [t] [53] Co- 12
dro

q *His clauditur Pompejus in MSS. Reliqua in excusis assuta. Excipit hunc statim* Jul. Cæsar *in MSS. illo opt.*

r *Vulg. qu.* a Phothyno *qui Græcis* Ποθεινὸς *est. Alii* a Theodoto *qui Ptolemæi præceptor erat. De his in Notis.*

s Ignoratum *q. l. &* jactatus.

t *Quid lib.* a Servio inustus. *alii,* cedro *pro* Codro. VI. *lib. Æn. laurus in busto Pallantis.*

43 *Ejus imperio ab Achilla & Pothino satellitibus occisus est.*] Addunt MSS.

GRUTERUS.

43 Periodus isthæc non comparet in Palatinis.

ANNA.

44 *Ab Achilla.....*] Alii horum consilio, Septimii vero desertoris sui gladio trucidatum Pompejum ferunt. Flor. lib. IV. cap. 2.

MACHANEUS.

45 *A Photino.*] Eunucho, qui regnum administrabat. Martialis:

Antoni Phario nil objecture Photino.

SCHOTTUS.

45 Scripsi autem, ne quem offendat, *Pothino*, aspiratione in secundam syllabam traducta, tametsi vulgati in priore appingant, sequutus MSS. librorum vestigia, in quibus constanter *Potinus* vel *Potinius*: sequutus & Græcos Appianum, Dionem, & Plutarchum in Cæsare & Pompejo: qui Ποθεινὸς scribunt, primamque corripiunt Lucanus & Martialis, quæ in hæretico Φωτεινῳ longa est. fuit autem *Pothinus* nutricius Ptolemæi, cujus consilio Pompejus Magnus, cum Pelusium accessisset, necatus est. Cæsar lib. III. de bello civili, aliique.

46 *Hujus latus*] In MSS. præter superiora nihil quidquam est. Subsequitur enim Julius Cæsar, cæterique quos hic damus, eadem manu & stylo eodem, nisi judicans vehementer hallucinor.

GRUTERUS.

46 Palatini habent tamen usque ad finem, quod tamen non agnoscunt Schotti nostri exemplaria scripta.

SCHOTTUS.

47 *A Septimio.*] Mediolanense exemplum *a Photino*, alii *a Theodoto* Ptolemæi præceptore. Nec mirum, variant enim narrantium sententiæ, teste Plutarcho & Appiano. Est autem *L. Septimius*, cujus Cæsar meminit tanquam desertoris, & Dio. l. XLII.

48 *Itemque.*] Aldus, *Jamque.*

MACHANEUS.

49 *Præcisum caput.*] Lucanus octavo Pharsaliæ.

Tunc arte nefanda
Summota est tabes capiti, raptoque cerebro,
Exsiccata cutis, putrisque effluxit ab alto
Humor, & infuso facies solidata veneno est.

Cum antea de incessione dixisset,

dum lumina nuda rigescunt,
Suffixum caput est.

SCHOTTUS.

50 Qui *ignoratum* pro *adoratum* mordicus retinent, nihil gravius in eos dicam, quam in luce caligare, tametsi libri IV. excusi ita legant.

ANNA.

51 *Nilo.*] Poëticum est pro *in Nilum*, Virgilius: *projecit fluvio*, &c. id est, *in fluvium.*

52 *Jactatus.*] Male quidam.

SCHOTTUS.

52 Quamvis libri IV. excusi ita legant.

GRUTERUS.

52 Ego tamen *jactatus* malim cum Palatinis;

MACHANEUS.

53 *A Codro.*] Lucanus.

E latebris pavidus decurrit ab æquore Codrus.

ac paullo inferius,

Sic fatus, parvos juvenis procul aspicit ignes,
Corpus vile suis, nullo custode cremantes.

53 Co-

uro rogo inustus, humatusque est, [54] inscribente [55] sepulcro, [56] HIC [u] SITUS EST MAGNUS
13 [57] POMPEJUS. [58] Caput ab Achilla [59] Ptolemæi satellite, [x] Ægyptio velamine involutum cum anulo Cæsari præsentatum est: Qui non continens lacrymas, illud plurimis & [60] preciosissimis odoribus cremandum curavit.]

u Hemistichium in VIII. *Lucani belli Phars'al. & P. forte pro* Pompejus *scrib. Magnus enim fere concise appellatur antiquis.*

x Vidi qui distinguerent, satellite Ægyptio Velam. *Non sequor.*

GRUTERUS.

53 *Codri* nominis vestigium nullum habet Palatinorum prior, quod tamen haustum e Lucani libro VIII. Pharsaliæ versu 715. Plutarchus pietatem istam adscribit *Philippo, liberto Pompeji.*

SCHOTTUS.

54 *Inscribente.*) *Inscribendo in ejusdem*, Mediolanensis.

55 *Sepulcro.*] Adrianus Imperator in Ægyptum veniens collapsum jam vetustate Pompeji *sepulcrum* instauravit addito hoc versu:

Ossa viri Magni tenui quam clausa sepulcro.

Auctor Xiphilinus ex Dione in Adriano. vide Egnatium ad Spartiani Adrianum. Meminit & montis Cassii non procul Ægypto sepulcro Pompeji celebris lib. IV. cap. IX. Nic. Nicolajus Geographus regius.

56 *Hic situs est Magnus.*] Usurpatur a Lucano lib. VIII. belli Pharsalici hemistichii loco. Solet fere concise *Magni* (Suet. *Cal.* 35.) nomine laudari, quod a Sulla Dictatore, qui eum ob singularem virtutem amabat, datum recordor: quo nomine & Persas, Reges suos appellare solitos, refert Plutarchus. Exempla infinita poëtarum sunt, ut me multitudo deterreat vel in uno Lucano. Vide & versus in fragmento Petronii Arbitri.

ANNA.

56 *HIC SITUS EST MAGNUS,*
placet hoc, fortuna! sepulcrum
Dicere.

Unde non abs re conjectare quis possit apud nostrum legendum esse absque voce *Pompejus, hic situs est Magnus*, nam *Magni* nomine concise Pompejus vocabatur.

SCHOTTUS.

57 *Pompejus.*] *P.* pro *Pompejus* hic in plerisque libris est.

MACHANEUS.

58 *Caput ab Achilla.*] Plutarchus in fine vitæ Pompeji ita scribit: Cæterum non multo post Cæsar in Ægyptum sic perturbatam provinciam profectus, afferentem Pompeji caput, ut scelus, execratus est, ab ipso avertit, gemmam vero Pompeji cum suscepisset, occulte illacrymavit (ejus gemmæ signum erat ensis) Achillam atque Photinum jugulavit. Claudat itaque opusculum nostrum carmen vernaculum laureati poëtæ Petrarchæ ita canentis nonagesimo septimo cantu:

Cesaro poi ch'el traditor de Egypto
Gli fece el dono de l'honorata testa
Celando la legreza manifesta
Pianse con gli ochi fora, si come e scripto.

Lucanus idem asserit,

Utque fidem vidit sceleris, tutumque putavit,
Jam bonus esse socer, lacrymas non sponte cadentes
Effugit, gemitusque expressit pectore læto.

SCHOTTUS.

59 *Ptolemai satellite*] Mediolanensis ita interpungit, *ab Achilla satellite Ægyptio, velamine involutum.*

MACHANEUS.

60 *Preciosissimis odoribus cremandum.*] Idem eodem in loco ita carmine comprobat,

Vos condite busto
Tanti colla ducis, sed non ut crimina tantum
Vestra tegat tellus: justo date thura sepulcro,
Et placate caput, cineresque in littore fusos
Colligite, atque unam sparsis date manibus urnam.


ADDITAMENTUM VIRORUM ILLUSTRIUM

Ex Libris antiquis manu descriptis.

CAPUT LXXVIII.

ARGUMENTUM.

Divus dicitur, Thermo contubernalis in Asiam proficiscitur, impudicitiæ infamatur, Dolabellam judicio opprimit, Rhodum petit, a piratis capitur & redimitur, Lusitaniam, Galliam & Britanniam subigit, Pompejum in Pharsalia vincit, Pharnacem fugat, Jubam, Scipionem & Pompejos juvenes vincit, a Cassio & Bruto occiditur Cajus Julius Cæsar.



CAJUS Julius Cæsar, veneratione rerum gestarum [1] Divus dictus: contubernalis [2] Thermo in Asiam profectus; cum sæpe ad Nicomedem Regem Bithyniæ commearet, impudicitiæ infamatus est. Mox [3] Dola- 1 2

SCHOTTUS.

1 *Divus dictus.*] A C. Octavio, Imperatore & Cæsare creato. Siquidem ludis, quos ei Octavius hæres consecrato edebat, stella crinita per VII. dies fulsit; creditumque esse animam Cæsaris in cœlum recepti: dictumque *Julium sidus*. Plutarchus in Cæsare. Horat. libr. I. Carmin. oda 12. & Sueton. cap. 88.

2 *Thermo.*] De quo Suetonius cap. 2.

3 *Do-*

3 [3] Dolabellam judicio oppressit: Dum studiorum causa
[4] Rhodum petit, a piratis [5] captus & redemptus,
4 eosdem & postea captos [a] [6] punivit. [7] Prætor [b] Lu-
sitaniam, & [8] post Galliam, [c] ab Alpibus usque,
& Oceanum [9] bis classe transgressus, Britanniam sub-
5 egit. [10] Cum ei [d] triumphus a Pompejo negaretur,
6 armis eum urbe pulsum [11] in Pharsalia [e] vicit. Capi-
te ejus ablato flevit & honorifice sepeliri fecit: [12] mox
f a satellitibus Ptolemæi [13] obsessus, eorum & [14] Re-
7 gis nece Pompejo parentavit. [15] Pharnacem Mithra-
datis filium fama nominis [g] fugavit. [16] Jubam &
8 Scipionem in [h] Africa: Pompejos juvenes in Hispa-
nia apud [17] Mundam opidum ingenti prœlio [i] [18] vi-
9 cit: Deinde ignoscendo amicis odia cum armis
depo-

a Jugulatos cruci affixit. Plutarchus. Sueton. Cæs. cap. LXXIV. Fenestella II. Epitom. decollasse ait apud Diomedem. I. lib. Gramm.
b IↃCXCIII.
c IↃCXCVI.
d IↃCCIII.
e IↃCCIV.
f IↃCCV.
g IↃCCVI.
h IↃCCVII.
i IↃCCIIX.

3 *Dolabella.*] De quo Suetonius cap. 4. At illum repetundarum postulatum, tandem absolutum dicit.

4 *Rhodum petit.*] Ut Apollonio Moloni clarissimo tum dicendi magistro operam daret: hunc audivit & Cicero.

5 *Captus.*] Circa Pharmacusam insulam, & redemptus L. talentis.

6 *Punivit.*] Piratas captos, primum strangulatos, cruci, ut inter jocum minatus sæpè fuerat, suffixit. Sueton. cap. 74. in Cæsare. Fenestella tamen lib. 11. Epitomarum securi cæsos ait. quomodo Cæsar a piratis captus sit, utque eos postea ceperit & decollaverit, Diomedes lib. 1. Grammaticæ. vide Sueton. 74. & Plutarchum in Cæsare.

ANNA.

7 *Prætor Lusitaniam.*] An. U. C. 693.

8 *Post.*] An. U. C. 694. 95. 96. & 97.

9 *Bis.*] Semel an. U. C. 698. iterum an. 699.

SCHOTTUS.

10 *Cum ei triumphus negaretur.*] Opinor aliam causam fuisse: quod in sententiam Scipionis Metelli S. C. factum esset, Cæsarem, nisi intra certam diem exercitum dimitteret, contra remp. facturum videri, & ipse proximis comitiis absentis sui rationem haberi volebat. Oros. VI. c. 15. Sueton. Cæs. 28. Torr. & 29. 30.

ANNA.

11 *In Pharsalia vicit.*] Supra in Pompejo.

12 *Mox.*] An. U. C. 706.

13 *Obsessus.*] In regia, Flor. lib. IV. cap. 2.

14 *Regis nece.*] Qui aqua suffocatus periit.

15 *Pharnacem.*] Eum Cæsar quatuor, quibus in conspectum venit, horis, una profligavit acie.

16 *Jubam.*] Mauritaniæ Regem. Vide Flor. IV. 2. apud Thapson Africæ opidum pugnatum an. U. C. 707.

17 *Mundam.*] Bœticæ urbem in inferiori Hispania.

18 *Vicit.*] An. U. C. 708. Vide Flor. IV. 2.

depoſuit: nam [19] Lentulum tantum, & [20] Afranium, & [21] Fauſtum Sullæ filium [22] juſſit [l] occidi. Dictator [23] in perpetuum [24] factus a ſenatu; in curia, Caſſio & Bruto cædis auctoribus tribus & viginti vulneribus [25] occiſus [m] eſt: cujus corpore pro roſtris poſito, ſol orbem ſuum celaſſe dicitur.

l IƆCCVII.

m IƆCCIX.

GRUTERUS.

19 *Lentulum.*] Iſtum tamen minime nominat Florus libro IV. cap. 2. §. ultimo, ſed neque a quoquam poſitus inter eos quos interfecit Cæſar. itaque jure ambigunt de veritate ſcripturæ viri docti.

SCHOTTUS.

19 Tametſi MSS. ſic legant. Credo ſcribendum *L. Cæſarem*, quem cognatum ſuum utpote ſibi ſemper infeſtum, juſſit occidi. Dio. lib. XLIII. Sueton. cap. 75.

20 *Afranium.*] Cui ſemel in Hiſpania ignoverat, & quem quia iterum arma contra ſe tulerat, juſſit occidi. Cæſar extremo Commentario primo belli civilis. Florus 110. Epitome T. Livii: Vellejus Paterculus II. lib. & Ann. Florus lib. IV.

21 *Fauſtum Sullam.*] Interfici juſſit, quod gener Cn. Pompeji Magni eſſet, & de vindicta ſuſpectus.

22 *Juſſit occidi.*] Etiam filiam Pompeji cum liberis, ut Paullus Oroſius lib. VI. cap. 16. & Flor. IV. 2. ſcribunt, ſi recte codices habent; a quibus Appianus lib. II. belli civilis, & ſeu Hirtius, ſeu Oppius diſſentiunt, qui incolumitatem a Cæſare datam affirmant.

23 *In perpetuum.*] Admonendum ſemel perpetuo in MSS. eſſe unica dictione *imperpetuum.*

ANNA.

23 Contra leges. Dictaturæ Imperium tantum ſemeſtre, & nunquam in annum prorogatum invenias, niſi id per extremam Reipublicæ neceſſitatem factum ſit.

SCHOTTUS.

24 *Factus.*] Dictus a M. Æmilio Lepido, ejus anni Prætore, qui poſt III Vir. R. P. C. factus eſt. Plutarchus a ſenatu dictum ait, & undecim dies geſſiſſe ſcribit. Vide Cæſar. comm. II. & III. initio de bello civili.

ANNA.

25 *Occiſus eſt.*] An. U. C. 709.

CAPUT LXXIX.

ARGUMENTUM.

In familiam Juliam transfertur, Brutum & Caſſium, Sextum Pompejum & Marcum Antonium debellat, reliquam orbis partem domat, Jani portas claudit, Dictator fit perpetuus, & Divus Auguſtus appellatur Octavianus Cæſar.

CÆ-



1 [1] CÆSAR Octavianus ex [2] Octavia familia in Juliam tralatus, in ultionem Julii Cæsaris, a quo hæres fuerat institutus, Brutum & Cassium cæ-
2 dis auctores [a] [3] in Macedonia vicit. [4] Sextum Pom- *a* IƆCCXI.
pejum Cn. Pompeji F. bona paterna repetentem,
3 [5] in freto Siculo [b] superavit. Marcum Antonium *b* IƆCCXVII.
[6] Consulem Syriam obtinentem, amore Cleopatræ
devinctum, [7] in [c] Actiaco Ambraciæ littore debella- *c* IƆCCXXII.
4 vit: [8] Reliquam orbis partem per legatos domuit. Huic Parthi signa, quæ Crasso [9] sustulerant, [10] ultro reddiderunt.

SCHOTTUS.

1 *Cæsar Octavianus.*] In his breviores erimus, quod exstent copiosæ de his veterum lucubrationes, Suetonii, Dionis, Sex. Aurelii Victoris, eorumque qui Cæsarum vitas conscripsere.

ANNA.

2 *Octavia familia.*] Velitris oriunda.

3 *In Macedonia vicit.*] In Campis Philippicis an. U. C. 711. Vide Flor. lib. IV. cap. 7.

4 *Sextum Pompejum.*] Florus lib. IV. cap. 8.

5 *In freto Siculo.*) *Tota mole belli penitus in Siculo freto juvenis oppressus est.* Florus. An. U. C. 717.

6 *Consulem.*] Vox *Consulem* mihi suspecta est. Neque enim tunc *consul* erat Antonius.

7 *In Actiaco Ambraciæ littore.*] An. U. C. 722. Vide Flor. lib. IV. cap. 11.

8 *Reliquam orbis partem.*] Flor. lib. IV. cap. 12.

SCHOTTUS.

9 *Sustulerant.*) *abstulerant* alii: Horat. lib. IV. Od. 15.

Et signa nostro restituit Jovi.

ANNA.

10 *Ultro reddiderunt.*] Idem Florus. *Parthi quoque quasi victoriæ pœniteret, rapta clade Crassiana, ultro signa retulere.* Sed falsum est, signa Romana a Parthis *reddita*, cum Phraatis filium Augustus remisisset. Quare sciens & volens Horatius etiam falsus est lib. IV. Od. 15.

. . . . Tua, Cæsar, ætas
Fruges & agris rettulit uberes,
Et signa nostro restituit Jovi,

runt. [11] Indi, Scythæ, [12] Sarmatæ, [13] Daci, quos 5
non domuerat, dona miserunt. [14] Jani gemini [15] por- 6
d XLII. tas bis ante se clausas, primo sub [d] Numa: iterum
e IƆXLIX. [16] post primum Punicum [e] bellum; sua manu [f] [17] clau-
f IƆCCXXIIII. g IƆCCXXXI. sit. [18] Dictator in perpetuum factus, [g] a senatu, ob 7
res gestas Divus [19] Augustus est appellatus.

Derepta Parthorum superbis
Postibus.

SCHOTTUS.

11 *Inde Scythæ.*] Sic MSS. scribe *Indi, Scythæ:* adstipulante Sexto Aurelio Victore in Augusto.

ANNA.

11 Horat. lib. IV. Od. 14.

Te Cantaber non ante domabilis
Medusque, & Indus, te profugus
Scythes
Miratur, ô tutela præsens
Italiæ, Dominæque Romæ!

Indi ultra & intra Gangem noti sunt. *Scythæ* ad ultimam septemtrionis plagam supra mare Caspium.

12 *Sarmatæ.*] Ad fluvium Rham, qui in mare Caspium incurrit.

13 *Daci.*] Ad Danubium.

SCHOTTUS.

14 *Jani gemini.*] *Jani* templum tempore Numæ Pompilii, a quo ædificatum est, clausum anno ab U. C. XLII. & annis prope XL. alii XLIII. continenter clausum. Iterum C. Atilio Bulbo II. T. Manlio Torquato Coss. anno DXVIII. post primum Punicum bellum & uno anno duntaxat clausum. Orosius III. cap. 8. IV. cap. 12. tertio post Cæsaris Augusti ad Actium de Antonio & Cleopatra victoriam, pace terra marique parta, anno IƆCCXXIV. Livius lib. I. ab U. C. Suet. in Augusto cap. 23. ubi pro *tertio clausit* in veteribus MSS. est *ter clausit*: L. Annæus Florus, Orosius lib. III. cap. 8. & VI. 22. Plutarchus de Fortuna Romana & alii.

ANNA.

15 *Portas.*] Quæ apertæ bellum: clausæ pacem indicabant.

16 *Post primum Punicum bellum.*] An. U. C. 519.

17 *Clausit.*] Ter *clausit*. Vide quæ apud Flor. lib. IV. cap. 12. dicta sunt.

18 *Dictator in perpetuum.*] De hoc supra dictum. Hunc honorem Augustus fortiter repulit.

19 *Augustus.*] Ut, dum terras colebat, ipso nomine & titulo consecraretur. *Augustus* enim majestatis divinæ vox est, qua, quæ diis consecrata sunt, insigniuntur.

CAPUT LXXX.

ARGUMENTUM.

Sociorum causæ ut se favere dicat non adducitur, Ptolemæi pecuniam summa cum fide Romam perducit, Pompeji partes sequitur, & illo victo Uticæ semet occidit Cato Prætorius.

[1] CATO Prætorius, Catonis Censorii pronepos, 1
cum

SCHOTTUS.

1 *Catonis Censorii.*] Cujus supra vita est descripta c. 47. Vide genealogiam *Catonum* ex Ciceronis libro

cum in domo avunculi Druſi educaretur, nec pretio, *MSS.* ab
[2] nec minis potuit adduci [3] a Q. Popedio Silone Pedio Silone.
Marſorum Principe ut favere ſe [4] [a] cauſæ Sociorum [a] IↃCLXII.
2 diceret. [5] Quæſtor in Cyprum miſſus ad vehendam
ex Ptolemæi [6] hæreditate pecuniam, cum ſumma eam
fide [b] perduxit: præterea [7] conjuratos [c] puniendos cen- [b] IↃCXX.
3 ſuit. Bello civili, [d] Pompeji parteis ſequutus eſt: quo [c] IↃCXC. [d] IↃCCIV.
victo exercitum [8] per deſerta Africæ duxit, ubi Sci-
pioni Conſulari delatum ad ſe imperium conceſſit.
4 Victis partibus [9] Uticam conceſſit, ubi filium hor-
tatus, ut clementiam Cæſaris experiretur, ipſe lecto
[10] Platonis libro, qui de bonis mortis eſt, [e] ſemet [e] IↃCCVII.
occidit.

C A-

libro de laude *M. Catonis* apud Agellium lib. XIII. cap. 18. & Macrob. lib. VI. cap. 2.

2 *Nec minis.*] E cænaculo enim præcipitaturum *minabatur*.

3 *A Qu. Popedio.*] Sic emendo: in MSS. erat *ab Pedio*, pro *a Q. Popedio* vel *Pompedio*, de quo diximus in Metellum Pium: ubi vulgati codices *Q. Pompejum* corrupte ſcribunt. Plutarchus in Mario *Pompedium* appellat.

ANNA.

4 *Cauſæ ſociorum.*] Qui jus civitatis ſibi a Druſo promiſſum armis repetebant. Inde bellum *ſociale*, de quo ſupra.

5 *Quæſtor in Cyprum miſſus.*] Vide quæ apud Florum dicta ſunt lib. III. cap. 9.

6 *Hæreditate.*] Cave hic *hæreditatem* ita accipias quaſi populum Romanum Ptolemæus *hæredem* fecerit. Nam contra eſt. *Hæreditate*, id eſt, bonis. Vivo enim adhuc Ptolemæo, Clodius ei infenſus legem tulit ut ejus bona publicarentur, & Cyprus in provinciæ formam redigeretur. Miſſus igitur Cato, qui ejus bona ad populum Romanum transferret.

7 *Conjuratos.*] Lentulum & alios. Ejus orationem vide apud Salluſtium Catilinaria.

8 *Per deſerta Africæ.*] Vellejus lib. II. cap. 54. *Eorumque* (Jubæ & Scipionis) *copias auxerat Marcus Cato, ingenti cum difficultate itinerum locorumque inopia, perductis ad eos legionibus: qui vir cum ſummum ei a militibus deferretur imperium, honoratiori parere maluit.*

9 *Uticam.*) Maritimam Africæ urbem prope Carthaginem.

10 *Platonis libro.*) Qui *Phædon* dicitur, de immortalitate animæ hic egit *Plato*. In eum librum extat Callimachi epigramma quod interpretes non intellexerunt: illud vide editionis noſtræ pag. 135.

SCHOTTUS.

10 Φαίδων ἢ περὶ ψυχῆς. Vide Valer. Max. lib. III. cap. 2.

CAPUT LXXXI.

ARGUMENTUM.

Genus a Tito Tatio ducit, Athenis Antiochum philoſophum audit, Rhodi Molonem rhetorem magiſtrum habet, Siciliam quæſtor habet, Verrem repetundarum ædilis damnat, Ciliciam latrociniis prætor liberat, conjuratos conſul capite punit, in exſilium agitur, Romam redit, Pompejum bello civili ſequitur, a Cæſare veniam accipit, Antonium hoſtem judicat, & fugiens occiditur M. Tullius Cicero.

[1] MARCUS Tullius Cicero, genere [2] Arpi- 1
nas, [3] patre Equite Romano natus, [a] [4] ge-
nus a Tito Tatio Rege duxit. Adoleſcens [b] [5] Ro- 2
ſciano judicio eloquentiam, & libertatem ſuam adverſum

a IↃCXLVII. Ante Chriſt. natum, CIII. b IↃCLXXIII. Cic. æta. 27.

SCHOTTUS.

1 *Marcus Tullius Cicero.*] Hujus vitam carptim delibabimus: neque enim copioſe perſequi eſt animus, tantum in fontes digitum intendam. Exſtat enim *Ciceronis* per annos conſulares tam accurate digeſta hiſtoria a Franciſco Fabricio Marcodurano, poſt Plutarchum, Sebaſtianum Corradum, & Benedictum Herbeſtum, ut omneis omnium in *Ciceronem* conatus exiguo libello ſuperaſſe videatur. Illum autem manuſcripto noſtro quoque uſum (ex Clivia enim liber allatus eſt) conſtat: Ait enim ſe in vetuſto codice de Viris illuſtribus vitam *Ciceronis* breviter comprehenſam legiſſe, quæ hac appendice incluſa eſt: cæterum Fabricii vitam niſi invidæ Parcæ magno rei literariæ damno abrupiſſent, Demoſthenis vitam inchoatam olim, ac ſimiliter contextam, & jam ut audio affectam, haberemus: quam hæredum beneficio aliquando editum iri confido.

ANNA.

2 *Arpinas.*) *Arpinum* urbs apud Hirpinos.

SCHOTTUS.

3 *Patre equite Romano.*) At fulloniam feciſſe, ac vites oleaſque ſemper coluiſſe Q. Fuſius Calenus apud Dionem lib. XLVI. ait. Meminit *patris* ſui Cicero II. de legib. & epiſtola V. lib. I. ad Atticum.

4 *Genus a Tito Tatio Rege.*) Euſebius in Chronicis & Plutarchus in vita Ciceronis genus ad Volſcorum Regem retulere, ſed *Tullum Attium* nominant: tametſi quidam codices Τύλλος Ἄππιος pro Ἄττιος male: In Coriolano vero Ἀμφίδιος, non minus vitioſe ſcribunt. Dionyſius Halicarnaſſeus ſemel Τύλλος Ἀττίδιος: alibi recte ſemper appellat: quo de in Coriolano noſtro quoque mentio facta. Silius Italicus lib. VIII. *Tullum* quoque vocat.

Tullius æratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, & Tullo ſanguis ab alto. &c.

5 *Roſciano judicio.*) Contra L. Sullæ dominantis opes Sextum *Roſcium* Amerinum parricidii reum defendit. Cic. Offic. II. Et primam cauſam in Bruto vocat, publicam ſcilicet: nam pro Quinctio privatam apud Aquilium Gallum judicem egit anno ætatis XXVI. poſt Romam conditam DCLXXII. Quinctil.

versum Sullanos ostendit: [6] ex quo veritus invidiam [7] Athenas [c] studiorum gratia petivit, [8] ubi Antiochum Academicum philosophum studiose [9] audivit: inde eloquentiæ gratia Asiam, post [d] Rhodum petiit, ubi [10] Molonem Græcum, Rhetorem tum disertissi-

c IↃCLXXIV. Cicer. 28.

d IↃCLXXV. Cicer. 29.

ctil. lib. XII. cap. 6. Vide Agellium lib. XV. cap. 28. qui Corn. Nepotem, ut Fenestellam Pedianus, erroris convicit, de anno actionis *Roscianæ*: disces ibidem & annum nati Ciceronis. Dixit & pro *Q. Roscio* comœdo anno DCLXXVII. ætatis XXXI. ut recte Fabricius, repugnantibus reliquis, defendit.

ANNA.

5 Cum *Roscius* Amerinus Romæ occisus esset, ejus bona tanquam proscripti Sulla hastæ subjecit, ea emit Chrysogonus ejus libertus duobus millibus nummum. Sed cum filius idemque hæres *Roscii* patris bona ita vendita esse ægre ferret, eaque sexagies esse demonstraret, Sulla coargui se graviter tulit, & *Roscii* filii nomen opera Chrysogoni de parricidio deferendum curavit. Cum *Roscii* patrocinium ob Sullæ metum nemo susciperet, adolescens ad Ciceronem confugit, qui annos natus XXVII. eum contra Sullæ dominantis opes defendit. Victor in causa, magna in admiratione fuit, & ipse Cicero in Bruto hic scribit: *Itaque prima causa publica pro Sexto Roscio dicta tantum commendationis habuit, ut non ulla esset, quæ non nostro digna patrocinio videretur.*

SCHOTTUS.

6 *Ex quo veritus invidiam.*) Sic & Eusebius in Chronicis, Calenus apud Dionem lib. XLVI. & Plutarchus. Ipse tamen in Bruto eam causam dicit in Græciam proficiscendi fuisse, quod infirmitate corporis vocis contentionem in dicendo latera non ferrent. Triennium ergo a patria studiorum causa afuit, temperavitque vocem, ut ad orandum paratior redierit, & validior.

ANNA.

7 *Athenas studiorum gratia.*) Post biennium quam Roscium defenderat.

SCHOTTUS.

8 *Ubi Antiochum.*] Ascalonitam scilicet, ut Plutarchus vocat: de quo Cicero I. de Natura Deorum, in Bruto, Lucullo, & I. de legibus, Plutarchus in Cicerone & Lucullo.

ANNA.

9 *Audivit.*) Sex menses. Cicer. in Bruto. *Cum venissem Athenas, sex menses cum Antiocho veteris Academiæ nobilissimo, & prudentissimo Philosopho, fui,* &c. *post a me Asia tota peragrata est.*

SCHOTTUS.

10 *Molonem.*] MS. C. noster *Milonem* depravate scripserat, nescio quid de Annio *Milone*, quem Cicero reum cædis Clodianæ defenderat, somnians. *Molonem* omneis appellant: quem audivit anno ætatis XXIX. DCLXXV. post Romam conditam. Antea quoque Romæ eidem operam dederat ætatis XX. ab U. C. DCLXVI. testis Cicero ipse in Bruto: Plutarchus in Cicerone & Cæsare. Strabo lib. XIV. Quinctilianus lib. III. cap. I. Sueton. in Julio. Valer. lib. II. cap. I. Rursus anno XXVI. ætatis, DCLXXII. post U. C. cum legatus *Molo* ad Senatum Romanum de præmiis venerat: Rhodos enim sola bello Mithradatico in fide Romana permansit. Cicero in Bruto. Ad Præturam usque Græce declamasse auctor est Suetonius de claris Rhetoribus. Noster cap. 76. & Paterculus libro priore post primam lacunam. Juvenalis satyra X. de eloquentia plerumque perniciosa:

. . . . . sævus & illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri.

11 *Qui*

fertissimum magistrum habuit; [11] qui flesse dicitur
quod per hunc Græcia eloquentiæ laude privaretur.
IↃCLXXVIII. Ætatis Cicer. 32. [12] Quæstor [e] [13] Siciliam habuit. [14] Ædilis [f] [15] C. Ver- 3
rem repetundarum damnavit. [16] Prætor [g] [17] Ciliciam
f IↃCLXXXIII. Cicer. 37. latrociniis [18] liberavit. [19] Consul [h] [20] conjuratos ca-
g IↃCCII. Cicer. 56. pite punivit. Mox [21] invidia P. Clodii, instinctu- 4
h IↃCXC. Cicer. 44. que Cæsaris & Pompeji, quos dominationis suspe-
i IↃCXCV. Cicer. 49. ctos, eadem, qua quondam [22] Sullanos, libertate perstrinxerat, [23] sollicitatis [24] Pisone [i] & Gabinio Consu-

ANNA.

11 *Qui flesse dicitur.*] Apollonius Molo Latinæ linguæ rudis Ciceronem oravit ut Græce declamaret, in quo cum ideo illi obtemperasset, quod putaret se ita melius corrigi posse, Apollonius neque orante Cicerone lætitiam præ se tulit, & cum perorasset, defixus in cogitatione diu sedit, quod ubi Ciceronem ægre ferre sensit, hæc ejus vox erupit: *Te equidem, M. Tulli collaudo & admiror. Sed me Græcorum fortunæ miseret, cum videam doctrinæ & eloquentiæ laudem, quæ sola nobis reliqua erat, per te ad Romanos translatam esse.*

SCHOTTUS.

12. *Quæstor.*) Urbanus ætatis anno XXXI. U.C. DCLXXVII. Cicero in Pisonem. Verrina VII. Famil. lib. VII. epist. 31..

13 *Siciliam habuit.*] Anno insequenti. Quæstor autem erat Lilybætanus, prætore Sexto Peducæo, ut Asconius: & M. Curtio, ut ipse oratione post reditum in senatu affirmat. Accidebat autem ut unus quæstor duorum Prætorum esset. Nicolaus Gruchius II. de Comitiis. Duplex vero in Sicilia Quæstor erat. unus Lilybætanus: alter Syracusanus dictus. Plutarchus, Asconius Pedianus & Cicero pro Plancio, Verrina II. & VII.

ANNA.

14. *Ædilis.*] An. U.C. 683. ætatis suæ 37.

15 *C. Verrem.*) *Verres* ex Prætura Siciliam provinciam per triennium tenuerat, atque in ea fuerat libidinose, avare, crudeliterque versatus, quare repetundarum reus a Siculis postulatus est, quorum patrocinium suscepit Cicero.

SCHOTTUS.

16 *Prætor.*] Fuit urbanus anno U. C. DCXXCVII. ætatis XLI.

17 *Ciliciam.*) Provinciam Consularem privatus sorte obtinuit DCCII. ab U. C. ætatis LVI. auctore Plutarcho & Cicerone ad Attic. lib. V. Epist. 15. Fam. lib. III. Epist. 6. Itaque Prætor hic non eum significat, qui jurisdictioni in urbe præest, sed qui cum imperio extraordinario in provinciam missus est. Græcis στρατηγός. Sic ipsum perpetuo appellat ut non longius abiero, Cic. ad Attic. lib. V. epist. 3.

ANNA.

18 *Liberavit.*] Vide ad Atticum lib. V. Epist. 20. Famil. lib. II. Epist. 10. lib. XV. Epist. 4.

19 *Consul.*] An. U. 690, ætatis suæ 45.

20 *Conjuratos.*] Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, & alios qui cum Catilina conjuraverant.

21 *Invidia P. Clodii.*) Qui tunc Tribunus plebis erat.

22 *Sullanos.*] Cum Roscium defendit.

23 *Sollicitatis.*] Clodius pactus cum Consulibus, Gabinio Syriam, Babylonem, Persas, Pisoni Achajam, Thessaliam, Græciam, Macedoniam, omnemque Bœotiam dedit.

SCHOTTUS.

24 *Pisone & Gabinio.*] L. Calpurnius *Piso* Cæsonius & A. *Gabinius* Consules in Fastis Capitolinis nomi-

Consulibus, qui Macedoniam, *Syriamque provincias in stipendium [25] opera hujus acceperant, [26] in exsilium actus: mox ipso [27] referente [28] Pompejo
5 [l] rediit, eumque [29] civili [m] bello [30] sequutus est. Quo victo [n] veniam a Cæsare [31] ultro [o] accepit: quo interfecto [p] Augustum fovit; [32] Antonium hostem ju-
6 dicavit. [33] Et cum III. Viros [q] se fecissent, Cæsar, Lepidus, Antoniusque, [34] concordia non aliter visa est inter eos jungi posse; nisi Tullius necaretur: qui, immissis ab Antonio percussoribus, cum forte [35] Formiis quiesceret, imminens exitium [36] corvi [37] au-

* *MSS.* Asiamque *male.*
[l] IↃCXCVI. Cicer. 50.
[m] IↃCCIV. Cicer. 58.
[n] IↃCCV. Cicer. 59.
[o] IↃCCVI. Cicer. 60.
[p] IↃCCIX. Cicer. 63.
[q] IↃCCX. Cicer. 64.

nominantur anno, ni fallor, DCXCV.
GRUTERUS.

25 *Opera hujus.*) Quod intelligi debet de P. Clodio. sed tale quid vix patitur verborum nexus. itaque non immerito locus haberi queat suspectus de mendo.
ANNA.

26 *In exsilium actus.*) An. U. C. 695. ætatis suæ 48.

27 *Referente*, id est, in Senatu verba faciente.

28 *Pompejo.*] Imo L. Mummio Tribuno plebis, & adjuvante Pompejo.

29 *Civili bello.*] Cæsaris & Pompeji.

30 *Sequutus est.*] Vide lib. XIV. Epist. 7. Famil. & orat. pro Ligario. Tunc Cicero annum agebat 58.
SCHOTTUS.

31 *Ultro.*] Nam præterquam quod Dolabellæ id negotii dedisset Cæsar victor, ut ad Ciceronem scriberet, ut quam primum in Italiam rediret: ipse literas ad eum ex Ægypto misit, ut esset idem, qui fuisset. Cicero epistola ult. lib. XIV. ad Fam. & orat. pro Q. Ligario. Vide lib. XI. ad Attic. extrem.
ANNA.

32 *Antonium.*] Cos. An. U. C. 709. ætatis Ciceronis 63.

33 *Et cum III. viros.*] An. U.C. 710. Vide Flor. lib. IV. cap. 6.

34 *Concordia non aliter visa est.*] Antonius enim nullam conditionem accipere sese dicebat, nisi primus Cicero interficeretur, primis diebus pro Ciceronis salute certavit Octavius; sed tertio demum die cessit, ejusque vitam prodidit.
SCHOTTUS.

35 *Formiis quiesceret.*] Ita & Eusebius in Chronicis. Ad Cajetam in villa sua, inquit Valerius Memorabilium lib. I. cap. 4. & Plutarchus: Appianus vero ad Capuam Ciceronis villam collocat: inde se a servis lectica ad mare deferri jussit.
ANNA.

36 *Corvi.*] Cum Cicero servis se ad Cajetam deportandum navigio commisisset, ubi prædia habebat, & blandum æstate etesiarum diebus perfugium, e sacello Apollinis quod ibidem supra mare erat, *corvi* cum clangore ad ejus navem, quæ ad littus appellebatur, confestim advolarunt atque ex utraque parte antennæ insidentes partim crocitarunt, partim rudentum capita rostris tutuderunt: idque signum omnibus infaustum est visum.. Cicero tamen egressus in villam se recepit, & quieti dedit. Ibi *corvorum* magna pars tristi voce ad fenestram assedit: Unus in lectum devolavit, & rostro vestem, qua Cicero tectus erat, paullatim ab ore ipsius removit. Plutarchus Cicerone, Valer. Max. lib. I. cap. 4.

37 *Au-*

[37] auſpicio didicit: & [38] fugiens [39] occiſus eſt. [40] Caput ad Antonium relatum.

37 *Auſpicio.*] Anno priore DCCIX. aliud prodigium exitium ipſi Ciceroni portendere videbatur: Minervæ enim ſimulacrum, quod in Capitolio, priuſquam ex urbe in exſilium abiret, dedicaverat, cum hac inſcriptione.

MINERVÆ CUSTODI URBIS.

vi turbinis diſſipatum membris, pronum jacuit, fractis humeris, brachiis, & capite. Julius Obſequens & Dio libro XIV. & Auguſt. Civitatis lib. III. 30.

ANNA.

38 *Fugiens.*] Lectica per ſilveſtres & opacas ambulationes.

SCHOTTUS.

39 *Occiſus eſt.*] Ab Herennio Centurione & C. Popillio Lænate tribuno militum, quem parricidii reum olim defenderat. quo de vide Val. Max. lib. v. cap. 3. & Senecam in Declamationibus & Suaſoriis.

40 *Caput.*) Et manus dextera, qua Philippicas ſcripſerat, pro roſtris, ubi ſæpe verba faciens tam ſtupore hominum auditus fuerat, in contumeliam ab Antonio collocata. Spectaculum me hercle, horrendum, facinus crudele & impium, ſive auctorem ſive percuſſorem ſpectes. Vixit igitur Cicero annos 63. menſes 11. dies. 5.

CAPUT LXXXII.

ARGUMENTUM.

Philoſophiam & eloquentiam diſcit, Cytheridem amat, in Ciliciam quæſtor proficiſci non vult, Pompejum bello civili ſequitur, a Cæſare veniam accipit, Galliam proconſul regit, Cæſarem occidit, ab Auguſto vincitur, & Stratoni cervicem præbet Marcus Brutus.



MARCUS Brutus avunculi Catonis imitator, [1] Athenis Philoſophiam, Rhodi eloquentiam didi-

2 didicit. [1] Cytheridem [a][2] mimam cum Antonio & *a De qua*
3 Gallo poëta amavit. Quæstor in Galliam proficisci *Virg. Eclog.*
4 noluit, quod is bonis omnibus displicebat. [3] Cum *x. & ibi Servius. & Cic.*
Appio Claudio in Cilicia fuit: & [4] cum ille repe- *Philip. 2. & lib. x. ad*
tundarum accusaretur; ipse ne verbo quidem infama- *Att. ep. 12.*
6 tus est. Civili bello a Catone ex Cilicia retractus, *b* IↃCCIV.
[b] Pompejum sequutus est: quo victo, [c] veniam a *c* IↃCCV.
Cæsare accepit, & [5] Proconsul [d] Galliam rexit, ta- *d* IↃCCVII.
men cum aliis conjuratis in curia Cæsarem [e] occidit. *e* IↃCCVIII.
7 Et [6] ob invidiam veteranorum in Macedoniam mis-
sus, ab Augusto in campis [7] Philippicis victus, [f][8] Stra- *f* IↃCCXI. Philippiis
toni cervicem præbuit. *constanter in MSS.*

C A-

SCHOTTUS.

1 *Cytheris.*) Meretrix, Volumnii liberta, Antonium in Galliam sequuta est: quam cum Cor. Gallus poëta eximius perdite amaret: ab illa spretus, repulsam impatienter tulit. Hunc igitur x. Ecloga Virgilius inducit, illamque Lycoridem nominat:

tua, Galle, Lycoris
Perque niveis alium, perque horrida castra sequuta est.

Quo loco vide Servium, & Ciceronem Philipp. 11. Idem lib. x. epist. 12. ad Attic. *M. Antonius Cytheridem secum lectica aperta portat, altera uxorem.*

2 *Mimam*] *Mimum* male in MSS.

3 *Cum Appio socio.*) Sic scriptum reperi, unde conjeci pro *socio*, *Clodio* primum fuisse. *Clodii* enim, *Claudii* ipsi, post dicti sunt migrante diphthongo *au* in *o* ut & *Aula* in *Olla* & similia.

ANNA.

4 *Cum ille repetundarum.*) Eum accusavit P. Cornelius Dolabella.

SCHOTTUS.

5 *Proconsul Galliam rexit*] Cisalpinam intellige, à Julio Cæsare ad bellum Africanum proficiscente, ei præfectus; auctor Appianus lib. 11. Cicero ad Famil. lib. VI. epist. 6. qui ad illum quinque epistolas misit, quæ lib. XIII. exstant. Immemor tamen beneficii, de cæde Cæsaris cogitavit, & perfecit.

ANNA.

6 *Ob invidiam Veteranorum.*] Qui Cæsarem diligebant & ejus necem impatienter ferebant.

SCHOTTUS.

7 *Philippiis.*] In MSS. assidue, ut non incuria quadam, sed de industria accidisse videatur. Urbs certe *Philippi* numero multitudinis appellantur.

8 *Stratonis*] Pro liberti nomine, librarii *Strabonis* scripserant, *strabi* & ipsi fortasse, quos inter cæcos Reges esse pueri didicerunt. Vide Valer. Max. lib. VI. cap. 5. & Plutar. in Bruto.

ANNA.

8 *Ipse quoque uni comitum suorum confodiendum præbuit latus.* Florus lib. IV. cap. 7.

CAPUT LXXXIII.

ARGUMENTUM.

In Syria Craſſi quæſtor eſt, Oſacem ſuperat, Caruota cognominatur, Cæſarem oppugnat, civili bello Pompejum ſequitur, a Cæſare veniam accipit, conjurationis adverſus Cæſarem auctor eſt, ab Antonio vincitur, & Pandaro jugulum præbet C. Caſſius Longinus.

a IↃCC.

b IↃCCII.

** Varro lib. II. de re ruſt. cap. I. extr. Non ſcitis palmulas caryotas in Syria parere in Judæa, in Italia non poſſe? De Caryotis ſæpe Plinius.*

1 CAJUS Caſſius Longinus Quæſtor Craſſi [a] in 1
Syria fuit, poſt cujus cædem, collectis reliquiis
in Syriam rediit. 2 Oſacem præfectum regium apud 2
3 Orontem fluvium [b] 4 ſuperavit. Dein quod coëmptis 3
5 Syriacis mercibus fœdiſſime negotiaretur, 6 Caruota * cognominatus eſt. Tribunus plebis Cæſarem oppugnavit. Bello civili Pompejum ſequutus claſſi 5
præfuit: a Cæſare veniam accepit, tamen adverſus eum conjurationis auctor cum Bruto fuit, & in cæde dubi-

SCHOTTUS.

1 *Cajus Caſſius.*] *Laudato M. Bruto Cajum Caſſium Romanorum ultimum* Cremutius Cordus in annalibus vocarat. Tacit. Ann. IV. 34. Sueton Tiber. cap. 61. Apud Plutarchum Philopoemen Græcorum ultimus dicitur.

2 *Oſacem.*] Sic emendo de ingenio. *Oſaces* enim appellatur dux Parthorum inſignis, qui [Paterculus II. 46. vide & Vulcatium Gallicanum in Avidio Caſſio initio, Paullum Oroſium VII. cap. 13.] Pacori, filii regis Orodis [Sic & Florus appellat de quo Oroſ. VI. cap. 4. Appiano Ὀρώδης. Dioni vero Ὀρώδης eſt. aliis Horodis Albanorum Rex] nomine &c. in Syriam exercitum ductavit. Dio. li. XL. Juſtinus XLII. Plutarchus & Cicero lib. V. ad Attic. epiſt. 20. & lib. II. ad famil. epiſt. 10. & Philippica II. In MSS. *Lyſacen* ſcriptum inveni & *Syſacen*: quem non agnoſco.

ANNA.

3 *Orontem.*] In Syria.

4 *Superavit.*] An. U. C. 702.

SCHOTTUS.

5 *Syriacis.*] Horatius od. lib. I. 31.

----dives & aureis
Mercator exſiccet culullis
Vina Syra reparata merce.

Fuere autem *Syri* mercatores. Strabo, Mela libro I. cap. 12. Ezech. XXVII. *Syrus negotiator tuus.* D. Hieron. epiſt. ad Demetriadem *avidiſſimos mortalium Syros* vocat. Et Salvianus lib. IV. de vero judicio, *negotiatorum & Syrorum vitam nihil aliud eſſe* ait, *quam meditationem doli & trituram mendacii.*

ANNA.

6 *Caruota cognominatus eſt.*] Quippe cum in Syria tantum *caryotæ* naſcantur, iis præcipue negotiabatur. Varr. de re ruſtica lib. II. cap. I. *Non ſcitis palmulas caryotas in Syria parere in Judæa, in Italia non poſſe. Caryotæ* Gallice *dattes.*

SCHOTTUS.

6 De *caryotis* ſæpe Plinius, meminitque Strabo Geogr. lib. XVII.

7 Vel

dubitanti cuidam, 7 vel per me, inquit, feri: magnoque exercitu comparato, in Macedonia Bruto conjunctus in campis Philippicis ab Antonio victus, c IƆCCXI.
8 cum eandem fortunam Bruti putaret, qui Cæsarem vicerat, Pandaro liberto jugulum præbuit. Cujus morte audita, Antonius exclamasse dicitur, Vici. d IƆCCXI.

ANNA.

7 *Vel per me*, inquit, *feri.*) Sic apud Justinum Gobrias Magum *medium amplexus, cunctantibus sociis, ne ipsum pro Mago transfoderent, quia res obscuro loco gerebatur, vel per suum corpus adigi Mago ferrum jussit.*

8 *Cum eandem fortunam.*) Brutus Augusti, Antonius vero Cassii castra devicerat, Cassius autem cum *rapido impetu recipientes* se Bruti equites *videret: fugere arbitratus, transactum de partibus ratus, uni de proximis auferendum præbuit caput.* Vide Flor. lib. IV. cap. 7.

CAPUT LXXXIV.

ARGUMENTUM.

Apud Mundam vincitur, Siciliam petit, mare obsidet, Italiam vexat, se Neptuni filium confitetur, pace facta cum Antonio & Cæsare epulatur, rupto fœdere victus in Asiam fugit & occiditur Sextus Pompejus.



1 SEXTUS Pompejus in Hispania 1 apud Mundam a victus, 2 amisso fratre, reliquiis exercitus collectis Siciliam petiit: ubi 3 ruptis ergastulis mare obsedit. a IƆCCIIX.

ANNA.

1 *Apud Mundam victus.*) Flor. lib. IV. cap. 2.

2 *Amisso fratre.*] Cn. Pompejo, quem prælio profugum Cesonius apud Lauronem opidum consequutus, pugnantem interfecit.

3 *Ruptis ergastulis.*) Flor. lib. IV. cap. 8.

obsedit. Interceptis commeatibus Italiam vexavit: 2
& cum mari feliciter uteretur, [4] Neptuni se filium
[5] confessus est, eumque bobus auratis & equo pla-
b IɔCCXIII. cavit. Pace [b] facta epulatus in navi cum Antonio & 3
Cæsare non invenuste ait: [6] Hæ sunt meæ Carinæ:
quia Romæ in [c] [7] Carinis domum ejus Antonius te-
nebat. [8] Rupto [d] per eundem Antonium fœdere,
Sextus ab Augusto per Agrippam navali prælio [e] vi-
ctus in Asiam fugit, ubi ab Antonianis militibus oc-
cisus est.

c *Ad Telluris ædem, in qua regione Pompejorum domus. Sueton. de illust. Gramm.*

d IɔCCXVII.

e IɔCCXVIII.

cap. 8. *Contractisque infelicis belli reliquiis, quum insuper ergastula armasset, Siciliam, Sardiniamque habebat. Jam & classe medium mare insederat.*

4 *Neptuni se filium.*) Unde & *Neptunius* ab Horatio dicitur per derisum.

5 *Confessus est.*) Id est, palam professus est.

6 *Hæ sunt meæ Carinæ.*) Hac lepida ambiguitate Antonio exprobravit eum ex proscriptione domum suam, quæ in *Carinis* erat, possidere. Vide Dionem.

7 *Carinis.*] *Carinæ*, regio Urbis Romanæ, inter lautissimas, unde Virgilius.

Lautis mugire Carinis.

SCHOTTUS.

7 Ad Telluris ædem, in qua regione Pompejorum domus. Suetonius de Lenæo Grammatico: *Docuit in Carinis ad Telluris, in qua regione Pompejorum domus fuerat.* Sic enim emendandum censeo.

8 *Rupto per eundem Antonium.*] Antonius in hac pugna afuisse dicitur, & in Asia non procul Lesbo adversus Medos rem male gessisse: quare suspicor legendum, *eundem Pompejum fœdere, ab Augusto*; nam ille latrociniis rursus mare vexarat, nec pacem, quam acceperat, præstabat. vide Orosium VI. cap. 18. [legendum puto) *Continuo* inquit, *cum contra pactum Pompejus fugitivos adlegeret, & hostis habitus est.*

ANNA.

8 Eutrop. lib. VII. *Interim Pompejus pacem rupit: Et navali prælio victus, fugiens ad Asiam, interfectus est.*

CAPUT LXXXV.

ARGUMENTUM.

In expeditionibus Julio Cæsari comes est, ei diadema imponere tentat, mortuo honores divinos decernit, Augustum perfidiose tractat, ab illo victus in Galliam fugit, Lepidum collegam sibi jungit, Brutum occidit, in gratiam cum Cæsare redit, triumvir proscriptionis auctor est, Parthis bellum infert, ab illis & deinde ab Augusto vincitur, & necem sibi consciscit Marcus Antonius.

MAR-



1 MARCUS Antonius in omnibus expeditionibus Julio Cæsari comes, [1] Lupercalibus [a] diadema ei [2] imponere tentavit: [3] mortuo divinos honores decrevit. [4] Augustum perfidiose tractavit, a quo apud Mutinam victus, [5] Perusii fame domitus, [6] in Galliam fugit: [7] ibi Lepidum sibi collegam [b] adjunxit:

a IↃCCIX.

b IↃCCX.

SCHOTTUS.

1 *Lupercalibus.*] Hoc est, xv. Kal. Martii.

ANNA.

1 Sueton. cap. 79. *Et Lupercalibus pro Rostris a Consule Antonio admotum sæpius capiti suo diadema repulerit, atque in Capitolium Jovi Opt. Max. miserit.*

SCHOTTUS.

2 *Imponere tentavit.*] Et *imposuit* unus e Lupercis Antonius. Cæsar vero in sella reposuit: quod invidiosum fuit, tamquam regnum affectaret, unde M. Æmilius Lepidus se avertisse dicitur, & displicere sibi servitutem, mœstitia vultus declarasse. Vide Plutarchum in Antonio, Dionem, Appianum & Ciceronem Philipp. II. III. & XIII. idemque epistola quadam apud Quinctilianum lib. IX. cap. 3. *Data Lupercalibus: quo die Antonius Cæsari.* Notat Quinctilianus aposiopesin esse & *Diadema imposuit* exaudiendum.

ANNA.

3 *Mortuo.*) Sueton. cap. 84. *Laudationis loco consul Antonius per præconem pronuntiavit senatus consultum, quo omnia ei divina simul atque humana decreverat, &c.*

4 *Augustum perfidiose tractavit.*) *Lacerabat furtis hæreditatem, ipsum insectabatur probris, cunctis artibus cooptationem Juliæ gentis inhibere non desinebat.* Flor. lib. IV. cap. 4.

5 *Perusii fame domitus.*] Certe hic aliquid turbatum est, neque enim M. Antonius *Perusii fame domitus*, sed L. Antonius.

6 *In Galliam fugit.*) Pendent a superioribus, *apud Mutinam victus.* Idque ex historiæ fide Vellej. lib. II. cap. 63.

7 *Ibi Lepidum sibi collegam adjunxit.*] Antonius fuga transgressus Alpes primo per colloquia repulsus a *M. Lepido*, qui Pontifex Maximus in C. Cæsaris locum furto creatus, decreta sibi Hispania, adhuc in Gallia morabatur: mox sæpius in conspectum veniens militum, cum & *Lepido* omnes imperatores forent meliores, & multis Antonius, dum erat sobrius, per aversa castrorum proruto vallo, militibus receptus est: qui titulo imperii cedebat *Lepido*, cum summa virium penes eum foret.

SCHOTTUS.

7 Factum id a. d. III. Kal. Junii anno DCCX. U. C. quo nuntio accepto

xit: [8] Brutum, exercitu ejus corrupto, occidit. Reparatis viribus in Italiam regressus cum Cæsare in gratiam rediit. [9] Triumvir factus [c] proscriptionem 3
Lucio Cæsare avunculo suo [d] cœpit. [10] In Syriam 4
missus bellum Parthis [e] intulit, a quibus victus, vix tertiam partem [11] de quindecim legionibus [12] in Ægyptum perduxit; [13] ibi Cleopatræ amore devinctus [14] in Actiaco littore ab [15] Augusto [f] victus est. In Alexandriam regressus, cum habitu regio in solio regali sedisset, necem [g] sibi conscivit.

c scil. R. P. C. id est, reipub. constituendæ.
d IↃCCX.
e IↃCCXIX.
f IↃCCXXII.
g IↃCCXXIII.

Octavianus Cæsar causam Optimatium sine cunctatione deseruit. Cicero ad Famil. lib. X. epist. 23. Plutarchus in Antonio. Appian. lib. III. & Paterculus libro posteriori. *Lepidus* igitur pridie Kal. Quinctileis sententiis omnibus hostis a senatu judicatus est, cæterique qui una cum illo a Republica. defecerant. quibus tamen ad sanitatem redeundi, ante Kal. Septembris potestas facta fuit. Cicero ad Famil. lib. XII. epist. 10. ad Brutum epistola 16. & 19. Dio. lib. XLVI.

ANNA.

8 *Brutum.*) Decimum *Brutum* Vellej. cap. 64. *D. Brutus desertus primo a Planco, post etiam insidiis ejusdem petitus, paullatim relinquente eum exercitu, fugiens, in hospitis cujusdam nobilis viri, nomine Cameli, domo ab iis, quos miserat Antonius, jugulatus est.*

9 *Triumvir factus.*] An. U. C. 710.

10 *In Syriam missus bellum P.*] Ann. U. C. 717. Vide Flor. lib. IV. cap. 10.

SCHOTTUS.

11 *De quindecim legionibus.*) *Sedecim* habet L. Ann. Florus lib. IV.

12 *In Ægyptum.*) *In Syriam perfugisse* dicit Florus.

13 *Ibi Cleopatræ amore devinctus.*] Alii in Ciliciam ad illum venisse *Cleopatram* referunt.

ANNA.

14 *In Actiaco littore.*] Juxta Ambracium sinum.

15 *Augusto victus.*] An. U. C. 722.

CAPUT LXXXVI.

ARGUMENTUM.

A Ptolemæo fratre & marito pellitur, ad Cæsarem venit, Ptolemæi regnum & necem ab eo impetrat, Antonio jungitur, cum eo vincitur, & aspidibus admotis perit Cleopatra regina.

CLEO

4 ad Cæſarem bello civili in Alexandriam venit: ab eo ſpecie ſua & concubitu, regnum Ptolemæi &
necem impetravit. Hæc tantæ libidinis fuit, ut ſæ 2
pe proſtiterit: tantæ pulcritudinis, ut multi noctem
b ɪɔccxxiv. illius morte emerint. b Poſtea Antonio juncta, 3
5 cum eo victa, cum ſe illi inferias ferre ſimularet
6 in Mauſoleo ejus, admotis aſpidibus periit.

ANNA.

4 *Ad Cæſarem bello civili.*) An. U.C. 706.

5 *Cum eo victa.*] Ad Actium, ſupra.

6 *In Mauſoleo ejus.*] Florus lib. IV. cap. II. *Incautiorem nacta cuſtodiam, in Mauſoleum ſe, ſepulcra Regum ſic vocant, recipit. Ibi maximos, ut ſolebat, induta cultus, in differto odoribus ſolio, juxta ſuum ſe collocavit Antonium, admotiſque ad venas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt.*



SEXTI



I [1] CLEOPATRA Ptolemæi Regis Ægyptiorum filia, [2] a fratre ſuo [3] [a] Ptolemæo eodemque marito, quem fraudare regno voluerat, pulſa, [4] ad a IↃCCVI.

SCHOTTUS.

1 *Cleopatra.*] De *Cleopatra* vide Tertullianum extremo libro ad martyres, & hiſtoricos Romanos omneis. Hæc enim ut virgo Veſtalis Ilia, ſeu Rea Silvia hiſtoriam inchoavit, ita claudit: proſtratæ libidinis & illiciti concubitus utraque pœnas dedit: hæc veneno, illa humi viva defoſſa. Hic igitur omnis hiſtoriæ fructus eſt uberrimus, ut aliorum exemplis admoniti, ab his potiſſimum vitiis declinemus, per quæ regna ſæpenumero mutantur, imperia ſubvertuntur, & provinciæ (quod velimus, nolimus, prö dolor! cernimus) in alium ſtatum, conditionem, adeoque & religionem demigrant. *Cleopatra* enim devicta Ægyptum in provinciæ formam redegit Auguſtus.

2 *A fratre eodemque marito.*] Notandum Junonem quandam fuiſſe Cleopatram: quæ Regis & ſoror & conjux. *Dio* lib. XLII. de Cæſare. Briſſonius de jure connub. p. 55. Lacedæmone enim & Athenis dimidium licebat, Alexandriæ totum. Seneca in ἀποκολοκυνθώσει ſeu ludo de morte Claudii. Spartanis autem uterinam, id eſt, eadem matre natam ſororem ducere licebat: Athenienſibus germanam, hoc eſt, eodem patre natam. Alexandrinis vero & germanam, & uterinam. Auctor Cor. Nepos in præfatione & in Cimonis vita (quæ tamen loca interpretes male explicarunt) Plutarch. extremo Themiſtocle. Vide Alexandrum ab Alex. lib. II. cap. 24. & Turnebum lib. XIIX. Adverſariorum. Pulcher exſtat apud Philonem Judæum libro de ſpecialibus legibus initio ſuper hac re locus, quem non pigebit illuſtrandæ rei adſcribere. Ὁ Ἀθηναῖος Σόλων ὁμοπατρίοις ἐφεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίας ἐκώλυσεν: ὁ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμπαλιν, τὸν ἐπὶ ταῖς ὁμογαστρίοις γάμον ἐπιτρέψας, τὸν πρὸς τὰς ὁμοπατρίας ἀπεῖπεν. ὁ δὲ τῶν Αἰγυπτίων, χλευάζων τὴν ἑκατέρων εὐλάβειαν, ὡς ἡμίεργα διατατλομένων, εὐφόρησεν εἰς ἀσέλγειαν. Plutarchus de Fortuna Romanorum *Cupidinem* vocat. &c.

ANNA.

2 Sic Ptolemæi & ſoror & conjux fuit Berenice. Hygin. lib. II. Theocrit. hym. in Ptolem. de ea.

Ἐκ θυμῶ στέργοισα κασίγνητόν τε πόσιν τε

Ex animo diligens fratremque virumque.

Id eſt Ptolemæum. Et illud ſane Regibus Ægypti familiare.

SCHOTTUS.

3 *Ptolemæo.*] Fuit hic Auletis filius, Ægypti Rex XIII. ut puto.

 4 *Ad*

1 SEXTI AURELII VICTORIS HISTORIÆ ABBREVIATÆ

PARS ALTERA:

Ab Augusto Octaviano, id est, a fine Titi Livii, usque ad Consulatum decimum Constantii Augusti, & Juliani Cæsaris tertium.

CAPUT I.

ARGUMENTUM.

Augusti cognomento dicitur, morbo Nolæ consumitur, externarum gentium domitor, doctorum, necessariorumque percultor, pater patriæ habetur, & ut Deus colitur Octavianus.



1 ANNO Urbis 2 a septingentesimo fere, a DCCXXII.
3 vicesimoque II. 4 etiam mos Romæ incessit, uni prorsus parendi: Namque OCTA-

GRUTERUS.

1 *Sexti Aurelii Victoris.*] Si credendum est stylo, alius auctor est hujus libelli, quam cui attribuitur superior.

ANNA.

2 *Septingentesimo fere*, &c.] Imperium Augusti hic noster orditur a pugna Actiaca ut plurimi, alii a sexto ejus consulatu an. U. C. 725. alii denique a primo ejus consulatu an. U. C. 710. quos sequuntur qui Augustum imperasse ajunt an. 56.

SCHOTTUS.

3 *Vicesimoque duobus.*] Sic integre scriptum habet calamo exaratus

OCTAVIANUS patre OCTAVIO, atque adoptione
[5] magni avunculi Cæsaris, ac mox Procerum consulto ob victoriam [6] patriam placide exercitam, [7] AUGUSTI cognomento dictus, [8] illectis per dona militibus, atque annonæ curandæ specie vulgo, cæteros
haud difficulter subegit: Eoque modo [9] annis qua- 2
tuor circiter & quadraginta actis, morbo [10] Nolæ con-

tus codex, pro *secundo*. Quæ res statim initio operis conturbare lectorem queat; verum insolens non est auctori nostro numerum cardinalem ordinali & retro vicissim commutare, ut Grammaticorum filii appellant. Sic in Tiberio infra disertim reperi: *Cum imperium tres atque viginti, ævi octogesimum, uno minus annos egisset*. In Gordiano: *Periit sexennio imperii*. Et Severo, *annis regni duodeviginti exstinctus est*. Quæ si quis afferat non ab auctore, sed a librariis esse, qui compendio notisque signatos numeros efferre recte non poterant, animus est non vehementer contra pugnare. Certe apud Tacitum reperias sæpe, *una & vicesima, duo & vicesima legio, una & vicesimani*, Histor. Augustæ lib. II. & IV. nisi quis composita esse malit, ut *undevicesimus* & *duodevicesimus*. Erit fortasse qui sic interpungendum putet, *vicesimoque, duobus etiam*; ut ἐλλειπτικῶς *additis*, vel simile exaudiatur. Sed hæc lubens volensque refero ad III. Viros stlitibus judicandis, a quibus ad populum provocare religio sit.

GRUTERUS.

3 *Vicesimoque secundo.*] Ita libuit exprimere, quamvis adnotaverit amicissimus Schottus codicem calamo exaratum integre scriptum habuisse, *vicesimoque duobus*. aliis enim in MSS. fere scribitur, DCCXX *que* II. adeo ut librario potius imputari debeat hujusmodi resolutio.

ANNA.

4 *Etiam.*] Idem valet ac *rursus, iterum*.

5 *Magni avunculi.*] Optime hic. Cæsar enim Augusti *magnus avunculus* fuit; id est, *avunculi avunculus*.

SCHOTTUS.

5 Male subditicius Victor, qui hactenus circumfertur, *majorem avunculum* facit, Suetonii errorem sequutus Augusto cap. 7. qui tamen tanquam sui oblitus c. 24. *sororis nepotem* appellat. vide l. Jurisconsultus. §. quarto gradu. D. de grad. & affin.

6 *Patriam.*] Lege *partium*. C. Cassii imaginibus adscribi solebat, *Duci Partium*. Tacit. XVI. Annali.

ANNA.

6 Omnino legendum, *ob victoriam partium*, hoc est, Bruti, Cassii, Antonii.

GRUTERUS.

6 Non absurde ita legendum putat Schottus, sed ita tamen ut & sua sit indoles scripturæ receptæ.

ANNA.

7 *Augusti cognomento dictus.*] Anno quarto post devictum Antonium *Augusti nomen* accepit.

GRUTERUS.

8 *Illectis per dona militibus, atque annonæ curandæ specie vulgo, cæteros haud difficulter subegit.*] Sumpsit a Tacito, qui inquit lib. I. Annal. cap. I. *ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit*, &c.

ANNA.

9 *Annis quatuor circiter quadraginta actis.*] Post victum Antonium scilicet. Nam tunc natus erat ann. 76.

10 *Nolæ.*] In Picentinis non longe a Neapoli.

consumptus: adjectis imperio civium [11] Rhætis, Illyricoque, ac pacata externarum gentium ferocia,
3 [12] nisi Germaniæ: Quamquam tertius post NUMAM victo ANTONIO, [13] Janum clauserit, quod jure Romano,
4 quiescentibus bellis accidebat. Mores viro [14] civiles lepidique, flagrante haud modice [15] luxuria, [16] ludorumque cupidine atque [17] ad somnum intemperantia.
5 Doctorum, qui abunde erant, [18] necessariorumque percultor, cum [19] eloquentiæ studio, ac
6 [20] religionibus mire [21] retineretur. *Pater patriæ*, ob clementiam, ac [22] Tribunicia potestate perpetuo habitus: hincque uti Deo, [23] Romæ provinciisque omni-

11 *Rhætis.*] In Alpibus.

SCHOTTUS.

12 *Nisi Germaniæ.*] Pro *excepta Germania*, v præterquam Germanorum ferocia. Sic mox utitur voce *absque*.

ANNA.

13 *Janum clauserit.*] Vide supra viros Illustres in Augusto.

14 *Civiles.*] *Civilis* & *civilitas* non est id quod Gallice sonat. Princeps *civilis* est, qui non tyrannus, non ferox, non impotens est. Contra *incivilis* ille dicitur qui *cives* & populos suos pro belluis habet. *Civilitatis* Augusti aliquot exempla persequitur Sueton. cap. 56.

15 *Luxuria.*] *Luxuria* proprie de profusis impensis dicitur, & *luxuriosus*, prodigus, profusus, sumptuosus. Sed hic per *luxuriam*, libidinem & in voluptate solutionem intelligo, quomodo sequioris ævi scriptoribus accipitur. Vide Epitomen.

16 *Ludorum cupidine.*] Huc pertinere arbitror ista Suetonii cap. 75. *Festos & solennes dies profusissime, nonnunquam joculariter tantum, celebrabat.*

GRUTERUS.

16 Locum istum examinat Casaubonus noster Commentariis ad Suetonii Augustum capite 76. qui consulatur.

ANNA.

17 *Ad somnum intemperantia.*] Modici tamen somni Augustum fuisse patet ex Sueton. cap. 78.

SCHOTTUS.

17 Quinta inflexione, *intemperantie*, ut *intemperies* & *materies*.

ANNA.

18 *Necessariorumque.*] *Necessarii* dicuntur, vel cognati, vel affines.

19 *Eloquentiæ studio.*] Sueton. cap. 84. *Eloquentiam studiaque liberalia ab ætate prima & cupide, & laboriosissime exercuit.*

20 *Religionibus.*] De Augusti pietate Sueton. cap. 31.

SCHOTTUS.

21 *Retineretur.*] *Teneretur* legi mavult vir eruditissimus Franciscus Schottus J. C. frater carissimus & vero syllaba geminata videtur.

GRUTERUS.

21 Forte *detineretur*, aut simpliciter, *teneretur*, quod & aliis in mentem venit.

ANNA.

22 *Tribunicia potestate perpetuo habitus.*] Sueton. cap. 27. *Tribuniciam potestatem perpetuam recepit, in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit.* Hac dignitate Augustus sacrosanctus *tribunorum* instar fiebat.

23 *Romæ.*] In urbe tamen hoc honore abstinuisse dicit Suetonius.

omnibus [24] per urbes celeberrimas, vivo, rtuoque templa, ſacerdotes, & [25] collegia ſacravere. Felix adeo ([26] abſque liberis tamen ſimulque conjugio) ut [27] Indi, Scythæ, [28] Garamantes, ac [29] Bactri legatos mitterent orando fœderi. 7

Sed templi *Romæ* in palatio Auguſto dicati meminit Plin. lib. XII. cap. 19. *In Palatii templo, quod fecerat Divo Auguſto conjux Auguſta.* Item lib. XXV. cap. 4.

24 *Per urbes celeberrimas.*] Ut in Aſia, Pergami, in Bithynia, Nicomediæ, &c.

25 *Collegia.*] Sacerdotum *collegia* intelligo.

SCHOTTUS.

26 *Abſque liberis tamen ſimulque conjugio.*] Id eſt, præterquam in liberis, vel ſi liberos excipias. Et in Caligula, *immaturo abſque Octaviani interitu*, id eſt, præterquam quod Auguſtus ad ſeram & maturam ſenectutem pervenit. Quomodo uſurpat & Ammianus Marcellinus & id ætatis ſcriptores. Plauti illud totiens obvium, *abſque illo eſſet*; *abſque te foret*, pro ſine te in Capteivis, Menæchmis, Bacchidibus, Trinummo. Et Terentii Phormione & Hecyra: *Quam fortunatus cæteris ſim rebus, abſque una hac foret.*

ANNA.

26 In iis enim infeliciſſimus fuit Auguſtus. Quare & ſæpe iſtud Homeri uſurpabat.

Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι ἄγονός τ' ἀπολέσθαι.

Utinam debuiſſem ſine conjuge vivere & ſine liberis mori.

GRUTERUS.

26 Vult dicere fuiſſe fortunatiorem Principem quam patrem aut maritum. adeo ut de eo intelligenda veniant iſta Plinii Panegyrico ad Trajanum cap. LXXXIII. *Multos illuſtres foris claros domeſtica deſtruebat infamia; & ne maximi viderentur hoc efficiebat quod mariti minores erant.* De hac domeſtica infelicitate, diximus plura ad illud Taciti: *ut valida Divo Auguſto in Rempublicam fortuna; ita domui improſpera fuit, ob impudicitiam filiæ ac neptis, &c.* lib. III. Annal. cap. 24.

SCHOTTUS.

27 *Judæi.*] Expreſſe ſcriptum, ſed haud dubie *Indi* legendum. Idem mendum inſederat in Victoris Auguſto ſupra inter Illuſtres Viros.

ANNA.

28 *Garamantes.*] Libyæ populi.

SCHOTTUS.

28 De *Garamantis* apud Tranquillum pax: eos L. Annæus Florus, ſive is Seneca eſt, M. Durnio ſubigendos datos eſſe ſcribit.

29 *Bactri.*] De *Bactris* æque altum ſilentium.

CAPUT II.

ARGUMENTUM.

Imperium complectitur, bonis initiis pernicioſus eſt, Capreas inſulam obtentui flagitiis quærit, Cappadocas ſubigit, Getulorum latrocinia comprimit, & cohortes prætorias in caſtra ad urbem redigit Claudius Tiberius Nero.

DEIN



1 DEIN CLAUDIUS TIBERIUS NERO in IↃCCLXVI.
Augusti liberos e [1] privigno redactus [2] arrogatione, ubi [3] quæ metuebantur, satis tuta animadvertit, Imperium complexus est, [4] cujus nomen astu obtinebat subdolus & occultior, hisque sæpe simulando infensus, quæ maxime cuperet, & insidiose deditus, quæ odio erant: [5] ingenio ad repentina longe acriore: [6] bonis initiis idem perniciosus, quæsitissimis

ANNA.

1 *Privigno.*) Propter Liviam Drusillam matrem suam, quæ Augusto nupsit. *Privignus* dicitur, qui antequam mater secundo nuberet, est progenitus.

2 *Arrogatione.*) Adoptionis duæ sunt species, aut per prætorem, aut per populum. Per prætorem adoptio, per populum *arrogatio* dicitur. Per populum, hoc est, per populi *rogationem*. Vide Comment. Juris. & Gellium lib. v. cap. 19.

3 *Quæ metuebantur.*] *Nam & servus Agrippa Clemens nomine non contemnendam manum in ultionem domini comparavat, & L. Scribonius Libo vir nobilis res novas clam moliebatur, & duplex seditio militum in Illyrico & in Germania exorta est.* Sueton. in Tib. Ner. 25.

SCHOTTUS.

4 *Cujus nomen astu obtinebat.*) Ita scriptum erat, sed recentissima manu in *abnuebat* mutatum, forte ex auctoritate formis editorum. Johanni Olivario J. C. non displicebat antiquam illam vocem retineri, nam *obtinere*, ut *pertinere*; unde *obstinatus*, & *pertinax*.

GRUTERUS.

4 Aut reponendum *abnuebat*, quemadmodum restat in altera Epitoma infra capite secundo, aut rescribendum, *cujus nomine astu abstinebat.* quæ heic dicit Olivarius; auribus meis lapides sunt.

ANNA.

5 *Ingenio ad repentina longe acriore.*) Explicat infra Epitome. *Repentinis responsionibus aut consiliis melior quam meditatis.* Ut Sueton. 70. *Affectatione & morositate nimia obscurabat stylum, ut aliquanto ex tempore quam a cura præstantior haberetur.*

GRUTERUS.

6 *Bonis initiis idem perniciosus.*] Suspi-

tissimis in omnem fere ætatem sexumque libidinibus: atque [7] atrocius puniens insontes, suos pariter
externosque. [8] Adhuc dum urbes & conventus 2
[adhuc] exsecratur, [9] Capreas insulam quæsierat [10] flagitiis obtentui: Quare [11] solutis militiæ artibus direpta pleraque juris Romani: nihilque præter Cappadocas, idque [12] inter exedra, in provincia subactum, [13] remoto Rege Archelao, compressaque Getulorum

Suspicabar aliquando legendum, *bonis initiis, fine perniciosus*; ut velit *egregium vita famaque* imperii principio, sed *postremo in scelera ac dedecora prorupisse*; quemadmodum de eo loquitur Tacitus lib. VI. Annal. cap. 51.

ANNA.

6 Nihil mutandum; neque Victoris ea mens est. Dicit bonis initiis perniciosum fuisse Tiberium, quod civilem admodum inter initia, at paullo minus quam privatum agendo, sic perfidiose populum Romanum sibi conciliarit.

7 *Atrocius puniens insontes.*] Ejus crudelitatis exempla pete ex Sueton. cap. 60. & 61.

SCHOTTUS.

8 *Adhuc*] Quoniam bis repetitum, alterutrum tollendum, vel forte *adeo exsecratur*, legendum. Victori vero familiare *adhuc* pro *adhac*, ut nihil æque. quod monere placuit, ne quis aut damnet tanquam infrequens, aut veluti mendum mutet.

ANNA.

9 *Capreas insulam.*) In mari Tyrrheno e regione Surrenti Campaniæ opidi.

10 *Flagitiis obtentui.*) Id est, ut esset *obtentui flagitiis* suis, id est, ut *flagitia* tegeret. Sic Tacitus loquitur Hist. Augustæ lib. II. *Deletæ omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis obtentui fugientibus.*

SCHOTTUS.

11 Pro *solitis.*] Quod in manuscripto est, legendum *solutis*; ex Sueton. cap. 41. vulgata editio, *resolutis.*

ANNA.

11 Huc pertinent verba Suet. cap. 41. *Reipublicæ quidem curam usque adeo abjecit, ut postea non decurias equitum unquam suppleverit, non Tribunos militum, præfectosque, non provinciarum præsides ullos mutaverit: Hispaniam & Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuerit: Armeniam a Parthis occupari, Mœsiam a Dacis Sarmatisque: Gallias a Germanis vastari neglexerit: magno dedecore Imperii nec minori discrimine.*

SCHOTTUS.

12 *Inter exedra.*) Veteris libri scriptura est; quam religiose, qua fieri poterit, in textu retinebo, ut divinare cuique sit integrum. Olivarius ex edito *inter exordia* legendum censet, cui assentior; sic enim infra in Alexandro Severo loquitur, *Paulloque inter exordia patriæ reddito.* Dio refert ad annum Tiberii quartum, quo ipse tertium, & Germanicus iterum Coss. fuere. Recte igitur *inter exordia.*

GRUTERUS.

12 Placet & mihi conjectura Johannis Olivarii, *inter exordia.*

ANNA.

13 *Remoto Rege Archelao.*] Quem ad se per blanditias extractum non remiserat. Vid. Sueton. 37.

14 Ge-

tulorum latrocinia, [14] quæ de Farnace duce passim
4 proruperant. [15] Prætorias quæ [16] dispersæ [17] proximis [18] municipiis, seu Romæ, quæque per domos habebantur, [19] in castra apud urbem redegit; qua tenebantur [20] Præfecturam appellans, vel augens, Prætorio: [21] Nam cæteros paritorum Præsidesque Augustus instituerat.

SCHOTTUS.

14 *Quæ de Farnace.*] Ita manuscripti. Legendum tamen ex Tacito, *qua Tacfarinate duce*, quo de lib. II. & III. Annal. *Pharnacis* Syrimentio est in Eutropii manuscriptis Trajano lib. VIII.

ANNA.

15 *Prætorias.*] Cohortes scilicet.

SCHOTTUS.

16 *Dispersæ.*] Per centurias, inquit Dio. lib. LVII.

17 *Proxim s municipiis seu Romæ.*] Sueton. Augusto cap. XLIX. *Certum numeru , partim in urbis, partim in sui custodiam allegit.* Et mox: *neque tamen unquam plures, quam tres cohortes in urbe esse passus est: easque sine castris, reliquas in hiberna & æstiva circa finitima opida dimittere assuerat.*

ANNA.

18 *Municipiis.*] *Municipia* civitates quæ *muniis* & honoribus populi Romani fruebantur.

SCHOTTUS.

19 *In castra apud urbem redegit.*) Consilio Ælii Sejani. Cor. Tacit. IV. Annali. Dio LVII. Plinius lib. IV. cap. 5. Tranqu. Tiberio cap. 37. *Romæ castra constituit, quibus Prætorianæ cohortes vagæ ante id tempus & per hospitia dispersæ continerentur.* vide & Octavio cap. 49.

ANNA.

19 Ea *castra* fuere inter portas Viminalem & Tiburtinam.

SCHOTTUS.

20 *Præfecturam appellans vel augens prætorio.*] Cum antea *Præfecti* cohortium Prætoriarum dicerentur, *Præfecti Prætorio* dici cœpere; & vim *præfecturæ* modicam antea, hoc Sejani commentum intendit. Tacitus initio lib. IV. Vide l. unic. D. de offic. Præfecti Prætorio.

ANNA.

20 Erat *præfectus prætorio* qui militibus iis præerat quos Imperatores in sui custodiam legerant, & cingulo una cum gladio ab Imperatore donabatur.

21 *Nam cæteros paritorum præsidesque.*] Per *paritores præsidesque* eos intelligo quos *partim in urbis partim in sui custodiam* Augustus *adlegit*. Vide Sueton. 49.

SCHOTTUS.

21 Paullus J.C. l. III. D. de officio Præfec. Vigilum, *Tribunos* ab Augusto appellatos ait.

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Aventibus cunctis deligitur, immania animi pudore ac parendi spe diu obtegit, senatus..... cæde terrarum orbem fœdat, sororum stupro ac matrimoniis nobilibus illudit, Jovem & Liberum se asserit, in ora maris oceani conchas umbilicosque legit, dominum dici atque insigne regni capiti nectere tentat, & confoditur Cajus Cæsar Caligula.



IƆCCXC. IGITUR [1] Claudio Tiberio jam [2] insidiis oppresso, cum imperium tres atque viginti, ævi [3] octogesimum, uno minus annos egisset, CAJUS CÆSAR cognomento CALIGULA aventibus cunctis deligitur, majorum [4] gratiæ p rentisque. Namque per filiam proavus [5] Augustus: genere ma- 2
terno, [6] Agrippa; [7] Drusus, Germanici pater, [8] e quo is oriebatur, avi erant. [9] Quorum mode- 3
stia atque immaturo, [10] absque Octaviani, interitu, vulgus,

SCHOTTUS.

1 *Claudio Tiberio.*] Manuscripti *Claudio Ferian*, quod ex *Tiberio jam* factum apparet ab imperitis librariis; nam quod oræ recenti manu adscriptum erat *fere jam* nauci non est.

ANNA.

2 *Insidiis.*) Vide quæ in Epitome ad Tiberium dicta sunt.

3 *Octogesimum uno minus.*) Imo anno ævi 77. mense 4. mortuus est Tiberius, vide infra in Epitome.

4 *Gratiæ.*) Id est, in *gratiam.*

SCHOTTUS.

5 *Proavus Augustus.*) Caligulæ per Juliam filiam & Agrippinam neptem.

6 *Agrippa.*] Avus maternus per Agrippinam filiam.

7 *Drusus.*] Germanicus avus paternus, qui ex Antonia minore Germanicum Caligulæ patrem genuit, ipse Germanici & Agrippinæ filius. Quæ cum ita sint, adderem *paterno Drusus Germanici pater*, quod ab oscitante vel festinante scriba omissum videtur, si S. P. Q. literatus auctores fieri vellent.

GRUTERUS.

7 Bene hoc monet Schottus; tale enim quid postulat sententia & veritas.

ANNA.

8 *E quo.*] Germanico.

9 *Quorum.*] Drusi, Germanici, &c.

10 *Absque Octaviani.*] Id est, si *Octaviani* Augusti interitum excipias, qui non immaturus fuit, sed ad seram & maturam senectam pervenit.

vulgus ſimul [11] matris [12] fratrumque, quos Tibe-
4 rius exitio interceperat, permovebatur. Qua cauſa nitebantur omnes caſum [13] tantæ familiæ lenire adoleſcentuli ſpe: Tum quia natus in exercitu (unde cognomentum [14] calciamento militari quæſiverat)
5 legionibus carus acceptuſque habebatur. Præterea prudentiſſimus quiſque [15] ſimilem fore ſui credebat, quod longe ſecus, *quaſi naturæ lege*, quæ crebro tanquam ex induſtria malos e bonis; [16] agreſtes e doctioribus, & cæteros hujuſcemodi [17] ſeu contra gignit.
6 Quo demum exemplo ſapientium plures [18] caruiſſe
7 liberis utilius duxere. Cæterum in Caligula haud quaquam vero plurimum aberant; quippe diu immania animi ita pudore, ac parendi ſpecie obtexerat, uti merito vulgaretur, [19] neque meliores famulos neque atro-

SCHOTTUS.

11 *Matris.*) Agrippinæ, quam primum in Pand tariam inſulam relegavit, oculoque per centurionem verberibus excuſſo mortuam inedia eſt criminoſiſſime inſectatus. Sueton. Tiberio cap. 53.

12 *Fratrum.*) Neronis & Druſi, quos ab ſenatu hoſtes judicatos criminante Tiberio fames abſumpſit. Idem Tiber. cap. 54. & Calig. cap. 7. Tacit. v. Annali. & Dio lib. LVIII.

13 *Tantæ familiæ.*) Afflictæ domus. Sueton. Calig. cap. 13.

ANNA.

14 *Calciamento militari.*) Quod caliga dicitur; Inde *Caligula* quaſi parva *caliga*, quod eo *calciamento* ad demerendos milites uteretur; nam gregariorum tantum militum *calciamentum* fuit. Ut ex Tacit. lib. 1. Annal. Vide & Sueton. cap. 9.

SCHOTTUS.

15 *Similem fore ſui*) An *ſuis*? patri, avo, proavo: quod ſequentia confirmant: an *ſimilem ſui*? uti de ſe Tiberius ambigue initio dicere ſolebat, *ſimilem ſe ſemper ſui futurum.* Tranqu. Tiber. cap. 67. Sed illud immane quantum præfero.

16 *Agreſtes e doctioribus.*) Nota *agreſtes*, *doctis* opponi, ut infra Veſpaſiano, *bonis indocti & prudentibus inertes.*

Homine enim *imperito numquam quidquam injuſtius.*

Terentius Adelphis.

ANNA.

17 *Seu contra.*] Hoc eſt, e malis bonos, ex agreſtibus doctiores, &c.

18 *Caruiſſe liberis utilius duxere.*] Luculentus ſuper hac re ac lectu digniſſimus locus eſt apud Ælium Spartianum in Severo. *Et reputanti mihi, Diocletiane Auguſte, neminem prope magnorum virorum optimum & utilem filium reliquiſſe ſatis claret. Denique aut ſine liberis viri interierunt, aut tales habuerunt plerique, ut melius fuerit de rebus humanis ſine poſteritate decedere.* Inde eleganter Græci: Ἡρώων παῖδες λώβαι.

SCHOTTUS.

19 *Neque meliores famulos.*] Veteres libri. Rectius tamen *meliorem famulum* ex Tranquilli cap. 10. & Taciti VI. annal. qui Paſſieni Oratoris

atrociorem dominum illo fuisse. Denique nactus potestatem, [20] uti talia ingenia veteris solent anni mensibus, egregia ad populum [21] inter partes cum militibus gessit: delataque conjuratione, quasi minus credens, [22] prædicaret, vix convenire in eum, [23] cujus vita nullius oneri aut incommodo esset. Sed repente cæsis primum vario facinore innocentium paucioribus, [24] tanquam belluæ hausto sanguine ingenium exercuit:

toris dictum esse scribit, quem Plinius lib. XVI. Nat. histor. cap. 44. & Seneca sæpe laudant.

ANNA.

19 Sueton. cap. 10. *Tantique in avum, & qui juxta erant obsequii, ut non immerito sit dictum nec servum meliorem ullum, nec deteriorem Dominum fuisse.* Alioqui barbarum est *meliores famulos, atrociorem Dominum.*

SCHOTTUS.

20 *Uti talia ingenia veteris solent.*] Dubites utrum legas in MSS. *recens* an *veteris solent anni mensibus.* Illud ut referas ad imperii initium: hoc ad id tempus quod Tiberii mortem antecessit: ideo quod populares fere sint qui magistratus ambiunt, & simulant vultum, verba, preces, blanditias: deinde nacti quod cupierant, personam illam exuunt; ut Appius Decemvir. Ita fere Q. Tullius de petit. Consulatus. Sed huic repugnare videtur illud, *nactus potestatem.* Quid si *veteris olim anni mensibus* legas? Petrus Pithœus, quem ego ob singularem doctrinæ conjunctam humanitatem pro eo ac debeo amore complector, *deteri solent* legendum divinabat.

GRUTERUS.

20 Non male. sed neque sic tamen, meo judicio, locus persanatur. Forte legendum, *verti solent.*

ANNA.

20 Dicit eos qui regnum ambiunt, primo populares, ac civiles esse; sed mox, personam illam exuere, fierique sævos, atroces.

SCHOTTUS.

21 *Inter partes.*] Idem Pithœus *inter Patres* εὐστόχως. Quæ autem populariter, quæque liberaliter in populum & civiliter gesserit, Sueton. c. 15. deinceps & Dio lib. LIX.

22 *Prædicaret*) ἀνακόλουθον. Forte *prædicavit.* Confundit enim sæpe librarius *r* & *v* literas, quisquis hæc descripsit. Sueton. cap. 15. extremo.

ANNA.

22 Vel subintelliendum, *ita ut.*

23 *Cujus vita.*] Sueton. cap. 15. *Libellum de salute sua oblatum non recepit, contendens nihil sibi admissum cur cuiquam invisus esset, negavitque se delatoribus aures habere.*

GRUTERUS.

23 Tanquam innuat, *fidelissimam esse custodiam Principis ipsius innocentiam*, ut loquitur Plinius Paneg. ad Trajanum cap. 49. Itaque recte scribit Dio Cassius apud Xiphilinum de Tito Imp. τάς τε δίκας τὰς τῆς ἀσεβείας οὔτ' αὐτός ποτε ἐδέξατο, οὔτ' ἄλλοις ἐπέτρεψεν. λέγων ὅτι, Ἐγὼ μὲν οὐδὲν οὔθ' ὑβρισθῆναι, οὔτε προπηλακισθῆναι δύναμαι. οὔτε γὰρ ἄξιόν τι ἐπηγορίας ποιῶ, οὔτε μοι μέλει τῶν ψευδῶς λεγομένων: *De crimine impietatis nunquam cognovit, neque permisit aliis ut cognoscerent. Nemo enim, inquit, injuria me afficere, aut insequi contumelia potest, propterea quod nihil ago quod reprehendi mereatur: ea vero quæ falso de me dicuntur, prorsus negligo.*

24 *Tanquam belluæ hausto sanguine.*] Lucanus lib. I. Pharsaliæ versu 330.

Sic & Sullanum solito tibi lambere ferrum

Durat,

exercuit: itaque deinceps triennium consumptum, cum [25] senatus atque optimi cujusque multiplici clade terrarum orbis fœdaretur: Quin etiam sororum
10 stupro ac [26] matrimoniis illudens nobilibus Deorum habitu incedebat, cum Jovem se [27] ob incestum; [28] ex thoro autem Bacchanali Liberum se assereret. [29]
11 Neque secus contractis ad unum legionibus, [30] spe in Germaniam transgrediendi, [31] conchas umbilicosque in ora maris Oceani legi jussit: Cum ipse
12 [32] nunc

Durat, Magne, sitis: nullus semet ore receptus
Tollistas patitur sanguis mansuescere fauces.

ANNA.

25 *Senatus atque optimi cujusque.*) Sueton. cap 26.

SCHOTTUS.

26 *Matrimonii.*] *matroniis* tentabam, sed bene habet Sic enim Suetonius Julium Cæsarem ne *provincialibus quidem matrimoniis abstinuisse* dicit cap. 51. & vulgata editio numero 53.

27 *Ob incestum.*) Scilicet sororum; Sueton. cap. 24.

28 *Ex thoro.*) Impressi *e choro*.

ANNA.

28 *Ex choro*, & ego malim ut infra in Epitome. Et *choros* vocat Sueton. cap. 37. Bacchantium *choro* sese Bacchi habitu inserebat.

29 *Neque secus.*] Hoc est, quamvis inter choros ac symphonias discumberet, *non secus*, &c.

SCHOTTUS.

30 *Spe in Germaniam.*] Credo *specie in Britanniam* scripsisse Victorem, librarii *spe*; illud tamen non damno: *spem* enim de bello militibus fecerat. Et quod ad Oceanum ageret, in Britanniam cogitasse propius a vero abest: nam Britannica expeditione hæc gesta Xiphilinus & Orosius aliique auctores sunt.

ANNA.

30 Omnino in vulgata lectione standum ex Sueton. cap. 45. 46.

SCHOTTUS.

31 *Conchas umbilicosque.*] Cicero II. de Orat. ait Scipionem dicere solitum se *repuerascere cum ad Cajetam una cum Lælio amico suo conchas legeret & umbilicos.* Eadem Valer. Max. lib. VIII. c. VIII. ubi in quibusdam MSS. *obeliscos* pro *umbilicos* legas. Propert. lib. III.

Et venit e rubro concha Erycina salo.

Sic apud Plautum Rudente servus ad Venerem de virginibus naufragis:

Te ex concha natam esse autumant,
cave tu harum conchas spernas.

Hispani hodieque concham *Una Venera* appellant: *Umbilicus* herba, Italis quoque *Umbilico di Venere*, Dioscoridi credo Κοτυληδών.

ANNA.

31 *Umbilicos* vocat teretes lapillos, calculos littorales, quod sint ad instar *umbilici*: neque enim de illa herba, quam *Veneris umbilicos* vocavere, intelligendum est. Sic parvos ac rotundos calculos *umbilici* figura exuberantes Valerius *umbilicos* appellat de Scipione & Lælio: *Constat namque eos Cajetæ ac Laurenti vagas littoribus conchulas & umbilicos lectitasse.*

[32] nunc fluxo cultu Venerioque intereſſet: nunc armatus ſpolia a ſe non ex hominibus, ſed cœleſtium capi dictitaret: ſcilicet quod [33] hujuſmodi piſces Græcorum dicto, [34] quis augendi omnia ſtudium eſt, [35] Nympharum lumina accepiſſet. His elatus dominum 12 dici,

ANNA.

32 *Nunc fluxo cultu.*) Sueton. 52. *nonnunquam ſocco muliebri: plerumque vero aurea barba, fulmen tenens, ac fuſcinam, aut caduceum Deorum inſignia, atque etiam Veneris cultu conſpectus eſt.*

33 *Hujuſmodi piſces.*] Conchæ tamen iſtæ quæ in littore leguntur, proprie *piſces* non ſunt, ſed *piſcium* exuviæ. Sed audi magnum Salmaſium Exercit. Plin. *Hujuſmodi piſces de conchis accipiendum potius videtur. Conchæ tamen proprie non ſunt piſces; præſertim quæ in littore leguntur, exuviæ ſunt, & ſuperficies animalis, non animal ipſum. Ridicule itaque piſces pro conchis illis dixiſſet. puto ſcripſiſſe Victorem*: quod hujuſmodi calces. *Antiquarius eſt in multis auctor ille, & calces dixit pro calculis, vel minutis lapillis.* Feſtus; *ex quo genere ſunt calces, qui per diminutionem dicuntur calculi. Ea voce uſi Plautus & Lucilius aliique: calces ſunt ψῆφοι. Imperitus aliquis piſces correxit in illo Victoris loco, quia præceſſerat de conchis lectis.*

34 *Quis augendi omnia.*] Ideo & mendax Græcia dicta.

SCHOTTUS.

34 De Græcorum vanitate multa Cicero pro Flacco, & Juvenalis Sat. x.

Quidquid Græcia mendax
Audet in hiſtoria.

35 *Nympharum lumina.*] ὄμματα Græci forte appellarunt, quæ Latini *ocellatos.* Varro Marcipore. *Altera exorat patrem libram ocellatorum: altera verum ſemodium margaritarum.* Apud Nonium. Sic apud Suetonium Octavius *ocellatis nucibuſque* ludit, cap. 83. ita enim ibi legendum e MSS. potius quam *oſcillatis* vel *oſſillis*. Hanc mihi conjecturam ocellus Europæ Scaliger ſuppeditavit, conſultus a me in corona doctiſſimorum hominum, dum Lutetiæ pomeridianis horis tanquam in Athenæo convenire ſolerent.

ANNA.

35 Umbilicos illos ſive calculos littorales oculi ſpecie nitentes, ocellos, vel ocellatos dixere. Scribit Suetonius Auguſtum ſolitum ludere *ocellatis nucibuſque*, ubi *ocellati* calculi ſunt in formam ocelli facti, vel oculi modo lucentes. Græci vero quibus omnia augere mos eſt, non oculos tantum; ſed *Nympharum* oculos dixere. Suetonius concharum tantum meminit: *Poſtremo,* inquit, *quaſi perpetraturus bellum directa acie in littore Oceani, ac baliſtis machiniſque diſpoſitis, nemine gnaro ac opinante quidnam cœpturus eſſet, repente ut conchas legerent galeaſque & ſinus replerent imperavit, ſpolia Oceani vocans, Capitolio Palatioque debita.* Victor ſententiam addidit, ſententiamque immutavit: quod enim hujuſmodi calces ſive calculos Græci *Nympharum ocellos* & *lumina* etiam vocarunt finxit dixiſſe Caligulam, non ex hominibus, ſed ex cœleſtibus, ſpolia cepiſſe, quod lapillos ex Oceano reportaſſet, quos *Nympharum* oculos Græci appellarent. Solet ille quædam in hiſtoria præter veterum ſententiam innovare, præcipue in his dictis & jocis. Lapilli igitur iidem ſive calculi, qui *umbilici* quibuſdam dicti ſunt, *ocelli* vel *ocellati*, vel etiam *Nympharum ocelli* ab aliis videntur appellati. Nec in his lapidibus figura multum diverſa eſt oculi & umbilici. Uterque enim protuberat in rotundo. Varro in Marcipore: *Altera exorat patrem libram ocellatorum, altera ſemodium margaritorum. Ocellati*, non *ocellata* dicendi & ſubaudiendum calcu-

li

dici, ıe [36] insigne regni capiti nectere tentaverat.
14 Cua causa ctore Cherea moti, quibus Romana virtus inerat, tanta pernicie Rempub. confosso eo levare: [38] prælatumque excellens Bruti facinus ejecto Tarquinio [39] foret, si per Quirites modo militia
15 [40] exerceretur. Verum ubi cives desidia externos, Barbarosque in exercitum cogere libido incessit; corruptis moribus libertas oppressa atque habendi auctum
16 studium. Interim dum [41] senatus decreto gentem Cæsarum, etiam muliebri sexu, omnemque affinitatem armati persequuntur, [42] forte unius ortus Epiri e cohortibus quæ palatium per opportunos locos obside-

li. Imo *ocellati* pro *ocelli*, ut *matulata* pro *matula*: *Caucatus* pro *caucus* & similia sexcenta. Quemadmodum porro calculis oculi nomen dederunt, ita & vicissim oculis calculi. Nam & ψῆφον Græci in oculo appellant pupillam, καὶ τὸ μέλαν. Artemidorus: τὸ δὲ ἀμ ..ώττειν, ἔνδειαν ἀργυρείας δηλοῖ, ἐπειδὴ καὶ τὰ ὄμματα ψήφους ἔχει. *Cacutire*, inquit, *argenti penuriam significat, quoniam oculi etiam calculos habent.* Plura vide apud Salmasium in Exercitationibus Plinianis. Illud tantum addam ridicule fecisse Victorem, qui ex eo quod calculi illi quos collegerat Caligula, *Nympharum* oculi dicerentur a Græcis, fatuum illud dictum affinxit Imperatori, *spolia a se non ex hominibus, sed cælestium rapi*; quasi vero oculi inter spolia numerari unquam possint, non magis mehercule quam capita sive alia quævis membra hostibus amputata.

36 *Insigne regni.*] Puta diadema, purpuram, sceptrum, &c. Sueton. cap. 22. *Nec multum absuit quin statim diadema sumeret, speciemque principatus in regni formam converteret.*

SCHOTTUS.

37 *Auctore Cerea.*] Scribendum *Chærea*. is erat *Cassius Chærea cohortis Prætoriæ Tribunus, qui primas sibi partes trucidandi Caji depoposcerat.* Sueton. 56. Cæterum has lectionum varietates, ut minuta, persequentem, ridebunt indocti magistelli: sed eos vicissim

Discipulorum inter jubeo plorare cathedras.

38 *Prælatum Bruti facinus.*] reddita populo Romano libertate & abolito imperio. Ita de Bruto & Cassio L. Florus lib. IIII. *Brutus & Cassius sic C. Cæsarem, quasi Tarquinium Regem depulisse regno videbantur.*

ANNA.

39 *Foret.* Id est, fuisset.

40 *Exerceretur.*] Id est, exercita fuisset.

41 *Senatus decreto.*] De senatus consensu Sueton. cap. ult. *Et senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut Coss. primo non in Curiam, quia Julia vocabatur, sed in Capitolium convocaret.*

SCHOTTUS.

42 *Forte unius ortus Epiri.*] Sic veteres codices: unde *unius cortis Epiri centurio*; pro, *cohortis*, tentabam: frustra. legendum enim, *forte unus ortus Epiri*, pro *Epiro*. sic infra Severo, *ortus Mediæ* & *orto Syriæ* Alexandro. Quid si *Fortunius* nomen illi proprium fuerit? quem Suetonius gregarium militem, non cen-

debant, [43] Ti. Claudium occultantem se reperit
[44] deformi latebra: protractoque eo amat apud
socios, si sapiant, adesse principem. Et sane [45] quia 17
vecors erat, mitissimus videbatur imprudentibus:
Quæ res adversum nefariam [46] patrui Neronis men-
tem auxilio, neque apud [47] fratris filium Caligulam
invidiæ fuit: quin etiam militares plebisque animos
conciliaverat, dum flagrante [48] suorum dominatio-
ne, [49] ipse contemptui miserabilior haberetur. Ta- 18
lia plerisque memorantibus, repente eum, nullo re-
tractante, quæ aderant turbæ circumsistunt, simulque
affluebant reliqui militum & vulgi magna vis: Quod
ubi Patres accepere, [50] mittunt ocyus ausum compri-
mere. Sed postquam [51] variis, tetrisque seditioni- 19
bus civitas cunctique ordines lacerabantur. [52] tan-
quam ex imperio omnes dedere se: Ita Romæ Re- 20
gia potestas firmata, proditumque, apertius *morta-*
lium

centurionem facit, & usurpat τὸ *forte* Claudio cap. 10. liberum judicium facio lectoris.

Si quis tamen hæc quoque si quis
Captus amore leget.

43 *Titum Claudium.*] Lego *Tiberium.* Est enim *Tiberius* Claudius Germanicus. Natus error, quod prænomen varie una alterave litera signaretur. Mirum tamen & in vulgatis quibusdam libris Victoris suppositicii *Titum* appellari male.

ANNA.

44 *Deformi latebra.*) Sueton. in Claudio cap. 10. *Prorepsit ad solarium proximum, interque prætenta foribus vela se abdidit.* Quare non video cur eam *deformem latebram* vocet Victor.

GRUTERUS.

45 *Quia vecors erat, mitissimus videbatur imprudentibus.* Multa super talibus interpretationibus adduximus ad ista Taciti de Galba: *Sed claritas natalium, & metus temporum obtentui, ut quod segnitia erat, sapientia vocaretur:* lib. 1. Histor. cap. 49.

SCHOTTUS.

46 *Patrui.*) MSS. *patri Neronis*, restitue *patrui.*

ANNA.

46 Quia Nero frater fuit Drusi qui *pater* fuit Claudii.

47 *Fratris.*] Germanici.

48 *Suorum.*) Neronis, Caligulæ.

49 *Ipse contemptui miserabilior haberetur.*] Junge *haberetur contemptui.*

50 *Mittunt ocyus ausum comprimere.*] id est, *ut ausum comprimant. Miserunt* Tribunum plebis qui eum in Curiam vocaret. Suet. cap. 10.

51 *Variis tetrisque seditionibus.*) *Verum postero die senatu segniore in exequendis conatibus, per tædium ac dissensionem diversa consentiunt,* &c. Suet. cap. 10.

52 *Tanquam ex Imperio.*] Id est, tanquam aliquo imperante.

53 *A.*

 A. U. C.

lium co, itus vacuos 53 a Fortuna 54 cassosque esse.

SCHOTTUS.

53 *A Fortuna.*] Id est, si a *Fortuna* destituantur.

54 *Cassosque.* Id est etiam *cassos* & vacuos esse. Allusit autem ad Mimum Publii Syri,

Fortuna unde aliquid fregit, cassum.

cujus me Petrus Pithœus admonuit.


GRUTERUS.

54 Meo animo illud *que* notat *quoque*, ut velit auctor quidquid conantur mortales nisi & adjuventur a fortuna, cassum quoque esse irritumque. Sic usurpatur & Livio lib. XLII. cap. 5. *Per eundem Appium eodemque modo composita in Perrabia res*: neque aliter Plinius libro IV. Epist. 19. sub finem: *Nam cum matrem meam parentis loco venerere; meque a pueritia statim formare, laudare, talemque qualis nunc uxori meæ videor, ominari solebas*: itaque nihil ibi mutandum cum doctissimis viris. sic & noster infra cap. XX. *cum sanctique hujuscemodi, &c.* hoc est, *cum etiam sancti, &c.* itaque nec ibi aliquid mutandum.

CAPUT IV.

ARGUMENTUM.

Pleraque egre ie consultat, vitia comprimit, imperio Romano fines retinet a t dat, Britanniam adit, annonæ egestatem componit, censum novat, uxoris libertorumque delinimentis ad quavis turpia abstrahitur, & veneno interimitur Claudius.



1 IGITUR CLAUDIUS, quamquam 1 ventri fœde IↃCCXXII.

ANNA.

1 *Ventri fœde obediens.*] *Cibi vinique quocumque & tempore & loco appetentissimus.* Sueton. cap. 33.

de obediens, vecors juxta [2] atque immemor, [3] pavidusque animi & ignavior esset; pleraque per formidinem tamen egregie consultabat, [4] Nobilitatis præcipuæ consiliis quæ metu colebatur: Quippe [5] *stolidorum ingenia* proinde agunt, uti monitores sunt. Denique bonis auctoribus compressa per eum vitia, 2
ac per Galliam [6] Druidarum famosæ [7] superstitiones: [8] lata jura quam commodissima; [9] curatum militiæ officium: retenti fines, seu dati imperio Romano, Mesopotamia per orientem, Rhenus, Danubiusque, ad septentrionem; & a meridie [10] Mauri accessere provinciis; [11] demptis Regibus post Jubam: cæsaque [12] Musalamiorum manus; simul, [13] ultima occasus, Bri-

2 *Atque immemor.*) *Inter cætera in eo mirati sunt omnes, & oblivionem & inconsiderantiam.* Sueton. cap. 39.

3 *Pavidusque animi.*) *Sed nihil æque quam timidus ac diffidens fuit.* Sueton. 35. *Animi* autem subintellecta præpositione *in* quæ genitivum regit, ut *æger animi*, *æger rerum temere motarum.* Florus. vel potius subintellecta mente: *æger mente animi.* Vide Sanctium.

SCHOTTUS.

4 *Nobilitatis præcipue consiliisque metu colebatur.*] Lege ut edendum curavi, *nobilitatis præcipuæ consiliis quæ metu colebatur.*

GRUTERUS.

5 *Stolidorum ingenia proinde agunt, uti monitores sunt.*] Unde non frustra quæsitum prudentibus, num potior Princeps fatuus cui consilium sapiens, Principe quidem bono, sed cujus consiliarii mali. de qua re nos plura ad Livium.

SCHOTTUS.

6 *Drysularum.*] Emenda *Druydarum* vel *Druidarum.* Suet. Claudio 25. *Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis & tantum civibus sub Augusto interdictam, penitus abolevit.*

ANNA.

6 Galli autem sacerdotes suos *Druidas* vocabant.

7 *Superstitiones.*] Repete *compressæ.*

8 *Lata jura quam commodissima.*] Vide Suet. cap. 22. & sequent.

9 *Curatum militiæ officium.*] Huc refer Sueton. cap. 25. *Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem, alam: post alam tribunatum legionis daret, stipendiaque instituit, & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur* super numerum, *quo absentes & titulo tenus fungerentur.*

10 *Mauri accessere.*) Sub Claudio in Mauritania Romanos bellum gessisse testatur Plinius Ædemone liberto Ptolemæi mortem, qui Caligulæ jussu Romæ percussus fuerat, ulciscente.

11 *Demptis Regibus post Jubam.*) Reges Mauritaniæ post Jubam, fuere, Juba II. & ejus filius Ptolemæus; sed falsum est Mauritaniam *demptis Regibus* a Claudio in provinciæ formam redactam. Illud enim jam Caligula fecerat, occiso Ptolemæo, eamque, si bene memini, *Tingitanæ* & *Cæsariensis* nominibus distinxerat.

12 *Musalamiorum.*) *Musalamii*, si vera lectio, Africæ proprie populi. Qui & *Misulami*, vel *Misulani* dicti.

13 *Ultima Occasus.*) Appositio *Ul-*

Britanniæ partes contuſæ, quam ſolam adiit, [14] Oſtia
3 profectus nam cætera duces curavere. Adhuc annonæ egeſtas compoſita, quam Caligula induxerat, dum [15] adactis toto orbe navigiis, [16] pervium mare theatris curribuſque damno publico efficere contendit.
4 Neque ſecus [17] cenſu novato, cum ſenatu motis pluribus [18] laſcivum adoleſcentem, quem ſibi probatum parens aſſeruerat, retinuiſſet, Cenſorem & liberis patrem debere eſſe, recte adjecerat.
5 Aſt ubi [19] Meſſalinæ conjugis, ſimulque libertorum delinimentis, quibus ſemet dediderat, in pravum abſtractus, non illa modo Tyrannorum admiſſa, verum quæ poſtremum genus mulierum, atque ſervile quibat facere viro amenti dominoque.
6 Namque uxor primo paſſimque, quaſi jure, adulteris utebatur: eoque extincti cum ſuis plerique, ingenio, ſeu metu abſtinentes; dum [20] pervagatis mulierum artibus peti
7 ſe a petitis criminatur. Dehinc atrocius accenſa, nobiliores quaſque nuptas, & virgines, ſcortorum modo ſecum proſtituerat: coactique mares uti adeſſent:
8 Quod ſi qui talia horruerat; afficto crimine, in ipſum omnem-

Ultima occaſus Britanniæ partes contuſæ. Per Britanniæ partes, quæ *occaſus ultima* ſunt, Iverniam, Scotiam & adjacentes Inſulas intelligit.

14 *Oſtia.*) Ab Oſtia. Sueton. 17. *Huc cum ab Oſtia navigaret*, &c.

15 *Adactis toto orbe navigiis.*] Vide Suetonium in Caligula cap. 19. & infra in Epitome Claudium. De hac egeſtate Seneca: *Septem aut octo certe dierum cibaria ſupererant, dum ille pontes navibus jungit, & viribus Imperii ludit, aderat ultimum malorum obſeſſis quoque, alimentorum egeſtas. Exitio pæne ac fame conſtitit, & quæ famem ſequitur, rerum omnium ruina, furioſi, & externi, & infeliciter ſuperbi Regis imitatio.*

16 *Pervium mare.*] Sinum Bajanum.

17 *Cenſu novato.*) Euſebius in Chronico numero M. M. LXI. ex interpretatione Hieronymi: deſcriptione Romæ facta ſub Claudio inventa ſunt civium Romanorum LXVIII. centena, XLIV. millia. Idem Tacit. XI. annal. Sed Euſebii Græca habent, ut optime notavit Scaliger XCVII. millia amplius: quod diſcrimen haud exigui momenti eſt.

18 *Laſcivum adoleſcentem.*] Sueton. cap. 16. *Recognitione equitum juvenem probri plenum, ſed quem pater probatiſſimum ſibi affirmabat, ſine ignominia dimiſit, habere dicens cenſorem ſuum.*

19 *Meſſalinæ.*] Valeriam *Meſſalinam* Barbati Meſſalæ filiam vocat Suetonius.

20 *Pervagatis.*] Et in ſacris, & in profanis literis, teſtes Joſephus, Bellerophon, Hippolytus, &c.

omnemque familiam sæviebatur. Namque Claudium, 9
uti supra docuimus, natura performidolosorum, injecto
metu sui agitabant, maxime conjurationis: Quo
commento liberti etiam, quos vellent, perditum
ibant. Qui primo sceleribus [21] collubentes, ubi pa- 10
res patronæ facti sunt, eam quoque [22] ignaro, qua-
si jubente tamen, domino, per satellites interfece-
re. Et sane in id progressa mulier erat, uti, ani- 11
mi ac [23] pellicum gratia Ostiam profecto, Romæ
nuptias [24] cum altero frequentaret. & hinc notior,
dum mirum videtur [25] apud Imperatorem virum,
quam Imperatori nuptam esse. Ita liberti potestatem 12
nacti summam stupris, exsilio, cæde, proscriptioni-
bus, omnia fœdabant, eoque herilem stultitiam per-
pulere, uti senex [26] fratris filiam in nuptias concu-
pisceret. Quæ quamvis superiore absurdior habere- 13
tur, idcircoque [27] paria extimesceret; [28] veneno
conjugem interemit. Hujus [29] anno sexto, cum 14
[30] quatuordecim regnarit, octingentesimus Urbis mi-
re celebratus, visusque apud Ægyptum [31] Phœnix,
quam

SCHOTTUS.

21 *Collubentes.*] Nescias an & *cohibentes* in MSS. legas pæne fugientibus literis: pro quo *conniventes* Johannes Olivarius reponebat. forte & *colludentes* ferri queat.

ANNA.

22 *Ignaro, quasi jubente tamen, domino.*) Tacit. in fine lib. XI. annal.

SCHOTTUS.

23 *Pellicum gratia.*] *Pellices* duas nominat Tacit. lib. XI. Calpurniam & Cleopatram, quarum Claudius corpori maxime insueverat, missas a Narcisso ad subeundam delationem.

ANNA.

24 *Cum altero.*] C. Silio. Vid. Tacit. lib. XI. annal.

SCHOTTUS.

25 *Apud Imperatorem virum quam Imperatori.*] Johannes Olivarius legendum censet, *dum mirum videtur apud Imperatorem virum, viro quam Imperatori nuptam esse*, ut ἀρχαϊκῶς exaudiatur *potius*.

26 *Fratris filiam.*) Germanici Agrippinam, matrem Neronis ex Domitio Ahenobarbo.

ANNA.

27 *Paria.*] Eadem quæ Messalinæ evenerant.

28 *Veneno.*] Sueton. 44. Tacit. lib. XII. in fine.

29 *Anno sexto*) Imperii scilicet. Sed falsum est, *anno sexto* hujus Imperii octogesimum Urbis annum celebratum fuisse, cum Claudius Imperium susceperit ann. U. C. 793.

30 *Quatuordecim regnarit.*] Regnavit ann. 13. mens. 8. dies 20.

31 *Phœnix.*] De *Phœnice* audi Solin. cap. 36. *Apud eosdem* (Arabas) *nascitur, avis phœnix, aquilæ magnitudine, capite honorato, in conum*

quam volucrem ferunt [32] anno quinquagesimo [33] ex Arabis memoratos locos advolare: atque in Ægæo mari repente [34] insula ingens emersit, nocte qua [35] defectus lunæ acciderat. [36] Tetrum funus, uti quondam in [37] Prisco Tarquinio, [38] diu occultatum: dum arte mulieris corrupti custodes, ægrum simulant, atque ab eo mandatam interim [39] privigno, quem paullo ante in liberos adsciverat, curam Reipublicæ.

C A-

num plumis extantibus, cristatis faucibus, circa collum fulgore aureo, posteriore parte purpureus, absque cauda, in qua roseis pennis cœruleus inscribitur nitor. Probatum est quadraginta & quingentis eum durare annis. Rogos suos struit cinnamis, quos prope Panchajam concinnat, in Solis Urbem strue altaribus superposita. Et paullo post; *Quinctio itaque Plautio, & Suxio Papinio Coss. Ægyptum phœnix involavit, captusque anno octingentesimo Urbis conditæ. jussu Claudii principis in comitio publicatus est.* Vide Tacit. annal. lib. VI. in medio.

SCHOTTUS.

32 *Anno quinquagesimo.*) Expresse MSS. noster. vulgo editi *quingentesimo.* In annis mire variant historici, quos recensere non vacat. vide Melam Pomponium, Plinium, Solinum, & Tacitum, qui VI. Annali Paullo Fabio, L. Vitellio Coss. phœnicem conspectum ait, qui fuit annus, ut opinor, U. C. IOCCXXCVII.

ANNA,

33 *Ex Arabis memoratos locos.*] Lege, *ex Arabia memoratis locis advolare.* Ut *memoratis locis* valeat *locis celebratis, fabulosis.* Vel *ex Arabia memoratos locos*, ut per *memoratos locos* Ægyptum intelligat, de qua linea superiori. Sed non ita placet.

SCHOTTUS.

33 *Ex Arabia* impressi libri.

ANNA.

34 *Insula ingens.*] Insula triginta stadiorum repente emersit nocte inter Theram & Theramenem die ult. Decemb. ann. U. C. 798.

35 *Defectus lunæ.*) Qui accidit nocte quæ sequuta est ultimum diem Decembris. Unde Dio Insulæ ortum ad sequentem annum refert.

SCHOTTUS.

36 *Tetrum funus.*] Tu vide ne *cæterum* scripserit Victor: quo enim *tetrum* pertinet.

ANNA.

37 *Prisco Tarquinio.*] Vide supra viros Illustres in Servio Tullio.

SCHOTTUS.

38 *Diu occultatum.*) *Mors ejus celata est, donec circa successorem omnia ordinarentur.* Suet. 45.

ANNA.

39 *Privigno.*) Neroni, conjugis suæ Agrippinæ ex Domitio Ahenobarbo, filio.

CAPUT V.

ARGUMENTUM.

Per quinquennium urbem auget, reliquum vitæ magno dedecore agit, in matrem & optimos quosque sævit, novam sedem regno quærere parat, & undique desertus ictu semet transigit L. Domitius Nero.



IↃCCCVII. EO modo [1] L. [2] DOMITIUS [[3] nam id certe nomen Neroni, patre Domitio, erat] Imperator factus est. Qui cum [4] longe adolescens dominatum [5] parem annis [6] vitrico gessisset, [7] quinquennium tamen tantus fuit, [8] augenda urbe maxime, uti

1 2

SCHOTTUS.

1 *Lucius.*] Domitia gens non agnovit alia prænomina quam *Lucii* & *Cnæi*. Suetonius Nerone.

ANNA.

2 *Domitius.*] *Domitius* Ahenobarbus a Patre *Domitio* Ahenobarbo, avus *Lucius Domitius* vocabatur

SCHOTTUS.

3 *Nam id certe.*] Locum hunc glossema fœdavit, quod ex ora, ut fit, in contextum irrepsit: ὀβελίζω igitur.

ANNA.

4 *Longe adolescens.*] Id est, *admodum adolescens.* Natus erat annos septemdecim, cum Imperium suscepit.

SCHOTTUS.

5 *Parem annis.*] Quatuordecim. Suetonius Claudio & Nerone. Xiphilinus annos XIII. menses octo. Paullo minus XIV. annos, Tacitus XVII. Annal.

6 *Vitrico.*] Claudio scilicet.

ANNA.

7 *Quinquennium.*] Per *quinquennium.*

8 *Augenda Urbe.*] Nam *formam ædificiorum urbis novam excogitavit: Et ut ante Insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur: easque sumptu suo extruxit. Destinarat etiam Ostia tenus mœnia promovere, atque inde fossa mare veteri urbi inducere.* Sueton. Neron. cap. 16.

9 Quo

uti merito Trajanus sæpius testaretur, *procul differre*
cunctos Principes Neronis quinquennio: [9] quo etiam
[10] Pontum in jus provinciæ, [11] Polemonis permissu,
redegit; cujus gratia [12] Polemoniacus Pontus appella-
tur: itemque [13] Cottias Alpes, Cottio Rege mor-
3 tuo. Quare satis compertum *neque ævum* impedi-
mento virtuti esse: eam facile mutari, corrupto per
licentiam ingenio: [14] omissamque adolescentiæ quasi
4 legem, perniciosius repeti. Namque eo dedecore
reliquum vitæ egit, uti pigeat, pudeatque memo-
rare hujusmodi quemquam, nedum rectorem gen-
5 tium fuisse. Qui dum [15] psallere per cœtus, [16] Græ-
corum invento, in certamen coronæ cœpisset; eo
progressus est, uti neque suæ, neque aliorum pudici-
tiæ parcens, ad extremum amictus nubentium virgi-
num specie, [17] palam senatu, dote data, cunctis fe-
sta more celebrantibus, [18] in manum conveniret
6 [19] lecto ex omnibus prodigiosis. Quod sane in eo
[[20] nar-

9 *Quo.*] Quinquennio scilicet.

10 *Pontum in jus provinciæ.*] Sueton. cap. 18. *Ponti modo regnum concedente Polemone, item Alpium, defuncto Cottio, in provinciæ formam redegit.*

11 *Polemon.*] Hic erat *Polemonis* illius filius, qui Zenonis Oratoris Laodicensis filius fuit.

SCHOTTUS.

12 De ponto *Polemoniaco* & Cottiis Alpibus præter Plinium, Ammianum, & Suetonium, meminit & Vopiscus Aureliano. Ex *Victore* hæc citat Paullus Diaconus lib. II. Longobardorum, quamquam, ut alibi dixi, editi libri corrupte legant, *Hos dictores*, pro, *Victoris revincit auctoritas.*

ANNA.

13 *Cottias Alpes.*] Quæ sunt supra Alpes maritimas.

14 *Omissamque adolescentiæ quasi legem.*] Licentiam, petulantiam quasi *legem adolescentiæ* vocat, quia ea in omnes fere adolescentes cadit.

15 *Psallere per cœtus.*] Vide Sueton. cap. 20. & 21.

16 *Græcorum invento.*] A *Græcis* enim musici Agones instituti.

17 *Palam senatu.*] Id est coram *senatu.*

SCHOTTUS.

17 Addit impressus *convocato senatu*, non necessario.

ANNA.

18 *In manum conveniret.*] In *manum* vel in matrimonium convenire proprie dicitur mulier quæ nubit. Quare hic optime auctor de Nerone usurpavit.

SCHOTTUS.

19 *Lecto ex omnibus.*] Doryphoro liberto, Suet. cap. 29. Pythagoram Tacitus lib. XV. Annalium vocat, unum ex illo contaminatorum grege exoletorum.

20 *Nar-*

[[20] narrantur scelera Neronis] levius æstimandum.
Quippe [21] noxiorum vinctis modo, pelle tectus fe- 7
ræ, utrique sexui genitalia vultu contrectabat;
[22] Exactor parium majore flagitio. Atque inter hæc 8
matrem etiam contaminavisse plures habent; [23] dum
ea quoque dominandi ardore, scelere quolibet subjici
filium cupit. Id ego, quamquam scriptoribus diver- 9
sa firmantibus, verum puto: Namque *ubi mentem* 10
invaserint vitia, [24] nequaquam verecundiæ externis
socie-

20 *Narrantur scelera Neronis.*] Locus diu nos torsit, veritatem tandem diu multumque quæsitam, ut ille clamabat, εὕρηκα, glossema nimirum esse, quod nota culpæ damna & obelisco fode. Aliquando sic tentaveram, ut compendio *prodigiosiss.* id est, prodigiosissimo scil. liberto scriptum fuerit. vel sic: *lectis ex omnibus prodigiosis, quot sane in eo narrantur scelera, levius æstimandum*: ut τὸ *Neronis* duntaxat expungatur & *quot* scribatur, deinde periodus inchoet a *lectis*. Sed illud haut dubie rectum est.

21 *Noxiorum vinctis modo, pelle.*] Transposita dure ut alias non raro pro *noxiorum modo vinctis*, id est more. Amicus quidam meus sic interpungebat: *noxiorum vinctis, modo feræ, pelle tectus.* non improbo; sed illud magis ad editi Breviarii sensum, & Suetonii, qui ad stipitem deligatos non tamen sontes fuisse ait. Quid si *modo lusus* scripserit Victor, quod postea a librario omissum sit? Sic enim Tranquillus cap. XXIX. *quasi genus lusus excogitaret quatenus feræ pelle contectus emitteretur e cavea.* Sustineo.

ANNA.

22 *Exactor parium.*] Paria de gladiatoribus proprie dicuntur. Sed quomodo paria exigebat Nero majore flagitio? Aliquid latet. Divinabunt alii.

SCHOTTUS.

22 *Exsector marium* conjiciebat eruditus juvenis Petrus Pantinus; nihil tamen muto.

ANNA.

23 *Dum ea quoque dominandi ardore.*] Vide Tacit. annal. XIV. in principio.

SCHOTTUS.

24 *Nequaquam verecundiæ externæ*] Sic legendum videtur pro *externis*, quod in MSS. est; vel ut doctissimus Olivarius divinabat, *invaserint vitia nequaquam, verecundiæ externæ societate immanius datur peccandi consuetudo.*

ANNA.

24 Dum meliora afferantur, placet Olivarii conjectura. Ait cum mens improba vitiis dedita est, si *externorum* verecundia accedat, fit consuetudo immanius peccandi, consuetudo nova adeoque dulciora affectans, & postremo contra eos ipsos quos invasit, convertens. Quod a Nerone & Agrippina proditum magis & confirmatum, &c. nil aliud video.

GRUTERUS.

24 Locus corruptissimus. accessit non unus medicus, sed qui tamen parum juvit adfectas voces, mea quidem sententia. interim apparet illud *externis* minime mutandum, opponitur enim ei quod sequitur, *in suos agens.* Potius verbum *societate* transformandum in *satietate*; ut dicat idem quod Sextus Tarquinius apud Livium lib. I. cap. 53. f. *Vetat mirari, si qualis in cives, qualis in socios, talis ad ultimum in liberos esset: in seipsum postremo sævi-*

turum

ſocietate humanius datur peccandi conſuetudo, [25] nova, & eo dulciora, affectans, ad extremum in ſuos
11 agens: Quod [26] his proditum magis, dum quaſi quodam progreſſu, illa [27] per alteros ad [28] Patrui nuptias, atque [29] alienorum cruciatibus [30] mariti exitium: [31] hic paullatim ad [32] ſacerdotem Veſtæ, [33] deinde in ſe, poſtremo [34] uterque in ſui ſcelus
12 proceſſerunt: Neque blandimentis talibus tamen coaleſcere potuere, ſed eo [35] præceps [36] dati, dum inſi-
13 diantur invicem, mater [37] perverſa [38] interiit. Igitur cum omne jus, faſque parricidio triviſſet, ac magis, magisque in optimos ſæviretur, conjuravere [39] plures [40] varia ſane tempeſtate, ad liberandam Rempublicam.
14 [41] Quis proditis, cæſiſque immanior, [42] urbem incen-

turum, ſi aliena deſint. poſſet & illud *humanius* mutari in *in majus.* ſed quid deſperatis cupio mederi, contra præceptum Hippocratis.

SCHOTTUS.

25 *Nova & eo dulciora.*] Nam illicita prævalent. Tacit. lib. XIII. de Nerone. Et Lampridius Severo. *homines illicita magis poſcunt, prohibitaque furore proſequuntur.* Pueris perpetuo in ore natat, *Nitimur in vetitum.*

ANNA.

26 *His.*] Nerone & Agrippina.

SCHOTTUS.

27 *Per alteros.*] Pallantem libertum Claudii adulterum. Tacitus XII. Annal. initio.

ANNA.

28 *Patrui.*] Claudii.

SCHOTTUS.

29 *Alienorum cruciatibus.*] Et mulierum & virorum, Lolliæ, Calpurniæ, Statilii, Tauri, Domitiæ, Lepidæ. Tacitus.

30 *Mariti exitium.*] Legendum *in mariti exitium*, vel *ad* ἀπὸ κοινȣ͂ repetendum.

ANNA.

31 *Hic.*] Nero.

SCHOTTUS.

32 *Sacerdotem Veſtæ.*] Veſtali virgini Rubriæ vim intulit, Sueton. XXVIII.

ANNA.

33 *Deinde in ſe.*) Cum ſcilicet Doryphoro denupſit.

34 *Uterque in ſui ſcelus.*] Cum mater & filius inceſtantur.

35 *Præceps.*] Pro *in præceps.* Sic alibi loquitur.

SCHOTTUS.

36 *Dati.*] *Dari* MSS. quomodo inf. alibi loquitur.

ANNA.

37 *Perverſa.*] Everſa, ejecta.

SCHOTTUS.

38 *Interiit.*] De *interitu* matris Sueton. cap. 34. Et Tacitus XIV. Annali.

39 *Plures.*] Senatores, equites, milites, feminæ quoque.

40 *Varia tempeſtate.*] Romæ conjuratione Piſoniana Silio Nerva & Attico Veſtino Coſſ. A. U. C. IↃCCCXIIX. Tacitus Annali XV. & Viniciana, Beneventi, Suet. 36. cap.

41 *Quis proditis.*] Per Milichum Flavii Scævini libertum, Tac. XV.

42 *Urbem incendio.*] Anno præcedente C. Lecanio, M. Licinio Coſſ. ibidem Tacitus.

43 Ta-

cendio, plebem feris vulgo emissis, senatum [43] pari morte tollere decreverat, nova sed[illegible]gno quæsita, maximeque incitante legato Parthorum, qui forte inter epulas, aulicis, uti mos est, canentibus, cum sibi citharistam poposcisset; responso dato, liberum esse adjecerat, sumeret ipse quem vellet e suis, ostentans qui convivio aderant: [44] quod *liber* sub imperio
15 nullus haberetur. Ac ni Galba, qui [45] Hispaniæ præsidebat, [46] cognito [47] mandatum sui exitium, quamquam senecta ætate, imperio correpto subvenisset; tantum facinus haud dubie patraretur. Ve- 16
rum ejus adventu desertus undique, nisi ab [48] Sp[illegible]ne, quem quondam exsectum formare in mulierem tentaverat, semet ictu transegit: cum implorans percussorem, diune ad mortem quidem meruisset cujusquam officium.

17 Hic finis Cæsarum genti fuit, quem fore prodigiorum multa denuntiavere, præcipueque [49] eorum prædiis arescens lauri nemus dicatum triumphantibus; atque interitus [50] gallinarum, quæ adeo multæ, albæque,

ANNA.

43 *Pari morte.*) Una & eadem morte, veneno scilicet. Vide Sueton. 34.

SCHOTTUS.

43 *Pari modo*, malim.

GRUTERUS.

44 *Quod liber sub imperio nullus haberetur.*) Unde ex decoro Alexander ad legatos Darii apud Curtium libro IV. cap. II. *Eadem liberalitate dat mihi filiam suam; nempe quam scio alicui servorum suorum nupturam.* verum nos etiam de eo statu plura, ad Taciti librum I. Historiarum cap. 16. sub finem.

ANNA.

45 *Hispaniæ præsidebat.*] Hispaniæ proconsul erat.

46 *Cognito.*] Id est cum cognovisset, sic supra in origine gentis Romanæ. *Traditur autem, non proviso quod propinquus flumini esset, ripa depulsus*, &c.

SCHOTTUS.

47 *Mandatum sui exitium.*] Suet. Nerone 42. & Galba 9.

48 *Spadone.*] Sporo, de quo Sueton. Neron. 38.

ANNA.

49 *Eorum prædiis arescens lauri nemus.*] Vide Sueton. cap. I. Galbæ.

50 *Gallinarum.*] *Gallina alba Liviæ Vejentanum suum revisenti ramulum lauri in gremium demiserat, nutriri alitem placuit, & tanta pullorum soboles provenit, ut hodie quoque ea villa ad Gallinas vocetur.* Suetonius. Plin. lib. XV. cap. ult. *Villam istam Tiberi impositam juxta nonum* ab urbe *lapidem via Flaminia* describit.

bæque, aptiores erant religionibus, [51] ut iis Romæ habeatur hodi [52] locus.

51 *Ut iis.*] Adeo multæ albæque ut iis, &c. quæ in medio ſunt, parentheſi includenda. *Iis* autem, pro *de iis*.

SCHOTTUS.

51 *Ut his* ſcriptum pro *iis*, ut *hiſdem* pro *iiſdem*.

52 *Locus.*] De *loco* Romæ *Ad Gallinas albas* Suet. cap. 1. Galbæ. P. Victor & Sex. Rufus in libello de regionibus urbis Romæ juxta Decem tabernas collocant; ille in ſexta regione, hic in regione Alta ſemita.

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Ro ingreditur, cuncta vaſtat & polluit, & ad lacum Curtium caditur Galba.



I AT [1] GALBA, haud ſecus nobilis [2] e gente clariſſima Sulpiciorum, ubi Romam ingreſſus eſt, quaſi [3] luxuriæ aut etiam [4] crudelitati auxilio ventitaſſet; ɪↄcccxx.

SCHOTTUS.

1 *Galba.*] *T. Galba* in MSS. relicto forte, ut ſolet, literæ ſpatio. Dictus autem *Servius Sulpicius Galba*. Imperite quidam *Sergius*, quod gentile nomen.

ANNA.

1 De hoc nomine vide Sueton. cap. 3. Imperium ſuſcepit an. U. 820. in fine.

2 *E gente clariſſima Sulpiciorum.*] De qua vide Sueton. cap. 3.

SCHOTTUS.

3 *Luxuria.*] Suſpecta vox, cum avaritiæ potius de eo fama percrebuerit. Tranquillus cap. 12. ſed mox Victor pecuniæ cupidum vocat. quare nihil mutandum cenſeo.

4 *Crudelitati.*] Interfectis Ciconio Varrone Coſ. deſignato & Petronio Turpiliano conſulari, Tacit. lib. 1. hiſtor. Aug. trucidatis multis milibus inermium militum. Vide Suet. cap. 12. de claſſiariis.

5 Ra-

taſſet; [5] rapere, trahere, vexare, ac fœdum in modum vaſtare cuncta, & polluere. Quis rebus inteſtabilior (dum *gravius offendunt* quos mollius conſulturos ſpes erat) ſimul quia opes militum nimis pecuniæ cupidus attenuaverat, Othone auctore interficitur: qui prælatum adoptione ejus [6] Piſonem impatientius dolens, accenſas cohortes, armataſque in forum deduxerat: Quo cum [7] lorica tectus Galba tumultum leniturus contenderet; [8] ad lacum Curtium cæſus eſt [9] menſe Imperii ac die ſeptimo. 3

ANNA.

5 *Rapere, trahere.*] Subaudi cœpit.

SCHOTTUS.

6 *Piſonem.*] Frugi Licinianum Suet. 17. cap. Erat ergo in Calpurniam gentem adoptatus ex Licinia, ideo recte M. Licinio Craſſo & Scribonia genitum intelligimus tranſiiſſe in domum L. Calpurnii Piſonis: inde porro in Sulpiciorum gentem adoptatum a Galba Imperatore.

7 *Lorica.*] Lorica *ea* (inquit Suet. 19. c. *adverſus ictus.* Tacitus *pectus inermitum, tectumque* ſcribit.

ANNA.


8 *Ad lacum Curtium.*] In foro ſic dictum a *Curtio* quodam, qui ſe in eum cum equo præcipitem miſit.

9 *Menſe Imperii ac die ſeptimo.*] *Tertio & ſeptuageſimo ætatis anno, imperii menſe ſeptimo.* Sueton. cap. 23.

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Potentiam invadit, a Vitellio pellitur, & mortem ſibi conſciſcit Salvius Otho.



IGITUR

1 IGITUR [1] SALVIUS [2] OTHO, [3] Neroni quoque quondam criminose familiaris, [4] haud multo fine adolescentiæ grandior [5] potentiam invadit: ƆƆCCCXXII.
2 Qui dies fere [6] quinque & octoginta præcognitis moribus potitus, postqu m a Vitellio, qui e Gallia descenderat, [7] Veronensi prœlio pulsus est; [8] mortem sibi conscivit.

SCHOTTUS.

1 *Salvius.*] Male qui *Silvium* vocant recl: nantibus nummis antiquis.

Otho.] Græcis Ὄθων, ut & in ISS. erat, forte quod N. litera repeteretur.

3 *Neroni quoque familiaris.*] Et Nero salutatus est, non recusans: Et Neronis cognomen epistolis suis ad Præsides quosdam provinciarum adjecit. Suet. Oth. 2. 3. & 7. cap. & Cornel. Tacit. 1. hist. Augustæ.

GRUTERUS.

4 *Haud multo fine adolescentiæ grandior.*] Id est, non ita dudum *adolescentiam* præterg ssus. fuisse tamen *triginta octo annorum* prodidit Suetonius cap. 11. vitæ ejus. fuit ergo duobus annis *adolescente* major, si modo quot pueritiæ, totidem *adolescentiæ* anni, octodecim nempe adsignentur, ut recte annotatum Schotto nostro.

ANNA.

5 *Potentiam invadit.*] Imperium suscepit anno Urb. 821.

6 *Quinque & octoginta.*] *Quinque & nonaginta* Suetonius & Eutropius. Sed valde confusa sunt tempora & initia horum trium Imperatorum, Galbæ, Othonis, Vitellii, quare illis tribus conjunctim annus unus, additis diebus XXII. assignandus est, quia alius alii non successit; sed duo simul eodemque tempore imperium tenuere.

SCHOTTUS.

7 *Veronensi prœlio.*] Apud Betriacum Suet. Oth. cap. 9. Vitellio 10. non procul a confluentibus Padi & Adduce fluminum. Tacit. lib. II. hist. Aug.


ANNA.

8 *Mortem sibi conscivit.*] Vide Suetonium cap. 10. 11.

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Imperium capit, Sabinum cæterosque adversæ partis cum Capitolio cremat, per scalas Gemonias pertrahitur, & in Tiberim dejicitur Aulus Vitellius.



IƆCCCXXII. ITA ad [1] AULUM VITELLIUM potes[illegible]ata; quæ progressu funestior [2] talibus initiis [3] foret, [illegible] Vespasianus aliquandiu Judæorum bello; [4] quod Neronis jussu susceperat, impensius [5] attineretur. [6] Is ubi gesta per Galbam, ipsumque oppressum accepit; simul quoniam [7] legati Mœsiæ, Pannonicique exercitus [8] hortantium [9] venerant, Imperium capit: Namque [10] milites prædicti, postquam [11] Othonem præ-

1 2 3

ANNA.

1 *Aulum Vitellium.*] An. U. C. 821.

2 *Talibus initiis.*] Quod fuso civium sanguine imperium adeptus, vide Suet. cap. 11. & 12.

3 *Foret.*] Pro *fuisset.*

4 *Quod Neronis jussu susceperat.*] Postquam ibi Cestius clade affectus. Joseph. lib. II. cap. 23. & 24. & initio lib. III.

5 *Attineretur.*] Detentus fuisset.

6 *Is.*] Vespasianus.

SCHOTTUS.

7 *Legati.*] Vitellio Mucianus in Syria: Aponius in Mœsia: Fabianus in Pannonia. Tac. V. hist. extr.

8 *Hortantium.*] An *hortatum* legendum?

GRUTERUS.

8 Minus commode procedit oratio, nisi admittamus *hortatum venerant.*

ANNA.

9 *Venerant.*] Sueton. cap. 15. *Octavo Imper[illegible] mense desciverunt ab eo exercitus [illegible]æsiarum, atque Pannoniæ: [illegible] ex transmarinis, Judaicus & Syriacus, ac pars in absentis, pars in præsentis Vespasiani verba jurarunt.*

SCHOTTUS.

9 Cornel. II. lib. histor. *Muciani suasionem* vocat.

ANNA.

10 *Milites prædicti.*) Nempe Mœsiæ & Pannoniæ.

11 *Othonem prædem prætoriis.*) Quorum animum erga se fidemque Otho, copiis quas Vitellius præmiserat, appropinquantibus, pæne internecione amplissimi ordinis expertus est. Sueton. Othon. cap. 8.

SCHOTTUS.

11 Totidem verbis literisque MSS. ex quo si *prædictum* formes, inutilis & rustica repetitio erit: *præsidem* potius vel *præfectum* repræsentare videtur. Ego, donec melius quid proferatur, vel aliud excm-

prætoriis,[12] Vitellium Germanicianis legionibus[13] factum comperere, uli, ut inter se solent, ne dissimiles viderentur, V spasianum[14] perpulere; in quem jam[15] Syriacæ co ortes ob egregia vitæ consenserant.
4 Quippe Vespasianus[16] nova Senator familia,[17] Reatinis majoribus, industria rebusque
5 pacis ac militiæ longe nobilis habebatur. Hujus[18] legatorum in Italiam transgressu, fusisque[19] apud Cremonam suis, Vitellius ab Sabino, Urbi præfecto, Vespas fratre,[20] sestertium millies pepigerat, arbitris mili bus Imperio decedere: sed postquam mox circumventum se nuntio ratus est, quasi renovato furore[21] ipsum

exemplar nactus ero, tanquam glossema damno, & ἐλλειπτικῶς *Imperatorem a prætoriis* exaudiam.

GRUTERUS.

11 Schotti exemplar interjungit, *prædem prætorii*, & forte ita libuit loqui auctor.

ANNA.

12 *Vitellium Ger anicianis legionibus.*] Sueton. Oth. ca 8. *Sub idem vero tempus Germaniciani exercitus in Vitellii verba juraverant.*

SCHOTTUS.

12 *Germicianis Vitellium.*] Veteres libri. dubites igitur *Germanicis* ne, an *Germanianis* (qui exercitus in Albino Capitolini visuntur) legas: sed *Germanicianis* ut *Illyricianis* Suetonio, haut dubie germana lectio est: quæ legiones a *Germanico* Caligulæ patre, & quia ex *Germanis* constabant, nuncupatæ. itaque vocat sæpius Tranquillus cap. 8. Oth. hac eadem de re Itr e & Galba cap. 20. Tiber c. 25. & Vespasiano cap. 6. ubi 8 de Mœsiaco exercitu.

ANNA.

13 *Factum.*] Imperatorem scilicet.

14 *Perpulere.*] Ut Imperium caperet.

15 *Syriacæ cohortes.*] Vide notam ante hanc sextam.

16 *Nova senator familia.*) *Nova familia*, hoc est, quæ nullos honores gesserat, & erat sine ullis majorum imaginibus. Sueton cap. 1. Vespas. *Gens Flavia obscura illa quidem, ac sine ullis majorum imaginibus.*

17 *Reatinis majoribus.*) Avus ejus Titus Flavius Petro municeps *Reatinus*. Vide Sueton. cap. 1. *Reate* oppidum in Sabinis.

SCHOTTUS.

18 *Legatorum.*) *Legati* Arrius Varus, Primus Antonius & Mucianus.

ANNA.

19 *Apud Cremonam.*] *Cremona* supra Padum a Vespasiani militibus incensa cum annos sex & ducentos stetisset. Vide Tacit. historiarum lib. III.

20 *Sestertium millies.*] Hoc valet 2500000. aureos. Eadem summa apud Sueton. cap. 15.

SCHOTTUS.

21 *Ipsum.*] Flavium Sabinum, quem inermem neque fugam cœptantem, cum a sordidissima plebis parte ad supplicium peteretur, Vitellius eripere non potuit. Neque confossum laceratumque & abscisso capite truncum in Gemonias tractum Tacitus narrat lib. XIX. Sed Tranquillum sequitur Victor, qui

[21] ipsum [22] cæterosque adversæ partis, cum Capito-
lio, quod saluti remedium ceperant, cremavit. At 6
ubi vera esse, ac propinquare hostes patefactum est;
productus [23] e tugurio, [24] quo se abdiderat, janito-
ris injecto laqueo, parricidarum more, [25] ad scalas
Gemonias, perque eas pertractus; simul ictibus,
[26] quantum quisque valuerat, confosso corpore in Ti-
berim dejicitur tyrannidis octavo mense: annos natus
[27] septuaginta & quinque amplius.
Hi omnes, quos paucis attigi, præcipueque Cæ- 7
sarum gens, adeo literis culti, atque eloquentia fue-
re, ut ni cunctis vitiis ([28] absque Augusto) nimii
forent; tantæ artes profecto texissent [29] modica flagitia.
[30] Quis rebus quanquam satis constet præstare mores, 8
tamen cuique præsertim summo Rectori, [31] utroque,
si queat, juxta opus: sin autem [32] vitæ proposito in
immensum progrediente, elegantiæ satis atque aucto-
ritatis sumat eruditionem.

CA-

qui oppressum succenso templo Jovis Opt. Max. Sabinum exponit Vitellio. c. 15.

ANNA.

22 *Cæteros adversæ partis.*] Reliquos Flavianos. Suetonius ibidem.

SCHOTTUS.

23 *E tugurio.*] Suetonius *Cellulam Janitoris* vocat, Vitellio. *Pudendam latebram* Tacitus III. hist. Augustæ.

GRUTERUS.

24 *Quo se abdiderat, janitoris injecto laqueo, &c.*] Laborat distinctio. malim, *quo se abdiderat, janitoris; injecto laqueo.* nam *laqueum janitoris* non agnosco. videatur Tranquillus capite 16. & 17.

ANNA.

25 *Ad scalas Gemonias.*] *Scalæ Gemoniæ* locus non longe a foro, in quem damnatorum cadavera uncis trahebantur.

SCHOTTUS.

26 *Quantum quisque valuerat.*] *Minutissimis ictibus excarnificatus.* Suetonius.

27 *Septuaginta & quinque amplius.*] Universus numerus Suetonii & Taciti, *quinquaginta & septem*, quem annum explebat, Tacito III. hist. extr. Dio quinquaginta quatuor annos vixisse ait. Similem locum Pertinace vulgatæ editionis emendare memini, ubi pro *septem atque sexaginta*, *sex atque septuaginta* legendum.

ANNA.

28 *Absque Augusto.*] Id est, excepto *Augusto.* Si *Augustum* excipias. De loquendi modo supra.

SCHOTTUS.

29 *Modica.*] Excusi *immodica*, non recte.

ANNA.

30 *Quibus rebus.*] Nota pro *quare.*

31 *Utroque.*] Et moribus & eloquentia.

32 *Vitæ proposito in immensum pro-*

*progrediente**] Ait Imperato , eloquentia opus esse, sin ve o *vitæ proposita*, hoc est,* quæ sib agenda proposuit, *in immensum progredian-tur*, ita ut eloquentiæ & literis vacare nequeat, saltem elegantiæ atque auctoritatis eruditionem, quæ sibi satis sit, sumat.

C PUT IX.

ARGUMENTUM.

Terrarum orbem exsanguem fessumque reficit, divinis deditus est, vitæ specie vitiorum plura abolet, ærarii inopia novas vectigalium pensiones exquirit, probrosiorem quemque senatu movet, Vologesum Parthorum Regem in pacem, Syriam in provi[illegible]m cogit Vespasianus.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. IIII

1 HOc item ex genere VESPASIANUS, [1] sanctus omnia, facundiæ haud egens promendis quæ senserat: exsanguem diu, fessumque terrarum orbem IↃCCCXXII.
2 [2] brevi refecit: Namque primum satellites tyrannidis, nisi qui forte atrocius longe processerant, flectere potius maluit, quam excruciatos delere: Prudentissime ratus, *nefaria ministeria* a pluribus metu curari.
3 Dein [3] conj[illegible]num multas scelere inulto abscedere patiebatu[illegible] o[illegible]iter, uti erat, stultitiæ arguens, qui igno-

ANNA.

1 *Sanctus omnia.*] Id est, per omnia, Græcorum more, ἅγιος πάντα, sub. κατά.

SCHOTTUS.

2 *Brevi refecit.*] Ita emendavi. nam in MSS. *prebire fecit*, legebatur. Solent enim *u* & *b* sæpe commutari. quid si, *probe refecit?*

ANNA.

3 *Conjurationum multas.*] Forsan *conjuratorum multos*, ob ea quæ se-

ignorarent *quanta moles* molestiaque imperio inesset.
Simul [4] divinis deditus [5] (quorum vera plerisque 4
negotiis compererat) [6] successores fidebat liberos Ti-
tum ac Domitianum fore. Præterea legibus æquissi- 5
mis monendo, quodque vehementius est, [7] vitæ spe-
cie vitiorum plura aboleverat. [8] Infirmius tamen, 6
[9] uti quidam prave putant, adversum pecuniam:
Cum satis constet, ærarii inopia, ac [10] labe urbium,
[11] novas eum neque aliquandiu postea habitas, ve-
cti-

sequuntur, *stultitiæ arguens.* Tamen & recepta lectio stare potest.

SCHOTTUS.

4 *Divinis deditus*] Tacit. hist. Aug. lib. II. *Cæteri responsa fatum & siderum motus referre: Nec erat intactus tali superstitione, ut qui mox rerum dominus Seleucum quendam Mathematicum rectorem & præscium palam habuerit.*

ANNA.

5 *Quorum vera.*] Ut de filiis infra, quos certo regnaturos videbat.

6 *Successores fidebat liberos.*] Sueton. cap. ult. *Convenit inter omnes, tam certum eum de sua suorumque genitura semper fuisse, ut post assiduas in se conjurationes ausus sit affirmare senatui, aut filios sibi successuros, aut neminem.*

SCHOTTUS.

6 Unde hic videbat potius legendum discas licet.

GRUTERUS.

7 *Vitæ specie vitiorum plura aboleverat.*] Sic & Tacitus lib. III. Annal. cap. 55. *Sed præcipuus adstricti moris auctor Vespasianus fuit; antiquo ipse cultu victuque. obsequium inde in principem & æmulandi amor, validior quam pœna ex legibus & metus.* ubi de hac imitatione plura.

ANNA.

8 *Infirmius tamen.*] *Infirmus* infra in Epitome. Si *infirmius* retineas, subaudiendum erit, egit, se gessit, vel similia.

SCHOTTUS.

8 Eadem forma dicendi de Tiberio Tacitus Annali I. *satis firmus adversus pecuniam.* Quod idem alibi aliis verbis explicat.

ANNA.

9 *Uti quidam prave putant.*] Suetonium notat, qui cap. 16. *Sola est, in qua merito culpetur, pecuniæ aviditas.* Et Tacitum, qui histor. lib. II. *Prorsus si avaritia abesset, antiquis ducibus par.* Quanquam Suetonius eodem loco ait verisimilius videri eum ad *manubias, & rapinas necessitate compulsum.*

10 *Labe urbium.*] Proprie, labe, id est, ruina.

SCHOTTUS.

10 Eleganter pro *clade.* Sic infra in Severo, *labem publicam* vocat. Et in Gallieno, *quos labes Mursinæ reliquos fecerat.* Et apud Diomedem Ennius:

Certare abnueo, metuo legionibus labem.

Quod ex oratione Fabii Cunctatoris sumptum esse videtur. Et Plautinus parasitus Capteiveis:

Quanta pernis pestis veniet, quanta labes larido:
Quanta sumini absumedo, quanta callo calamitas.

Puer mox interpretatur:

Clades calamitasque & intemperies modo in nostram advenit domum.

Aliquando etiam hiatum terræ significat, ut Ciceroni interrogatione in Vatinium.

ANNA.

11 *Novas.*] Ut *urinæ* Sueton. cap. 23. & *fimi equini* Tzetzes Chiliade prima.

12 Su-

7 ctigalium pensione exquisivisse. Namque Romæ Capitolium, quod conflagrasse [12] supra memoravimus, [13] ædes Pacis, [14] Claudii monumenta, Amphitheatri tanta vis, multaque aliæ, [15] ac forum cœpta ac
8 patrata. [16] Adhuc per omnes terras, qua jus Romanum est, [17] renovatæ urbes cultu egregio, viæque operibus maximis munitæ, & cavati montes [18] per
9 Flaminiam, prono transgressu. Quæ tot tantaque brevi confecta, intactis cultoribus; prudentiam ma-
10 gis quam avaritiam probavere: simul censu [19] more veterum exercito, [20] senatu motus probrosior quisque ac, lectis undique optimis viris, mille gentes compositæ, cum ducentas ægerrime reperisset, exstin-
11 ctis sævitia Tyrannorum plerisque: Ac bello Rex Parthorum [21] Vologesus in pacem coactus, [22] atque in provinciam Syria, cui Palæstinæ nomen, Judæique annitente filio Tito: quem transgrediens in Italiam [23] reliquerat externæ militiæ: moxque victorem [24] Præ-
12 fectura Prætorio extulerat. Unde etiam honos is, ingens

12 *Supra.*] In Vitellio.

13 *Ædes Pacis.* Quæ Foro proxima, cujus hodieque visuntur vestigia ad lævam, via sacra ad Mariæ cognomento novæ fanum tendentibus.

SCHOTTUS.

14 *Claudii monumenta.*] Templum divi *Claudii* in Cœlio monte cœptum ab Agrippina. sed a Nerone prope funditus destructum: Item amphitheatrum urbe media, ut destinarat Augustus. Suet. cap. 9.

ANNA.

15 *Ac forum.*] De *foro* a Vespasiano extructo amplius quærendum.

16 *Adhuc.*] Hac voce utitur pro *adhæc.* jam supra.

17 *Renovatæ urbes.*] Sueton. cap. 17 *Plurimas per totum orbem civitates terræ motu aut incendio afflictas, restituit in melius.*

18 *Per Flaminiam.*] Viam quæ per Hetruscos in Umbriam tendit. Sed Paullus Diaconus lib. 9. montes jussu Vespasiani prope Puteolos excavatos dicit.

19 *More veterum.*] Nam census a Servio Tullio Rege institutus.

20 *Senatu motus.*) *Submotis indignissimis, & honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto.* Sueton. cap. 9.

SCHOTTUS.

21 *Vologesus.*] *Vologeses* Suetonio & Tacito dicitur, non *Vologesus.*

ANNA.

22 *Atque in provinciam Syria, Judæique.*] *Sub hoc Judæa Romano accessit Imperio: & Hierosolyma, quæ fuit Urbs clarissima Palæstinæ.* Eutropius.

23 *Reliquerat externæ militiæ.*] Hoc est, ad *externam militiam.*

24 *Præfectura prætorio extulerat.*] Sueton. in Tito cap. 6. *Præfecturam quoque prætorii suscepit, nunquam ad id tempus nisi ab equite Romano administratam.* Inde Plinius in Præfatione

ingens a principio, tumidior, que alter ab Augusto imperio fuit. Verum hac tempestate dum honorum honestas despectatur, mistique [25] bonis indocti, ac prudentibus inertes sunt; fecere nomen plerique potentia vacuum [26] insolens per injurias, subjectum pessimo cuique, & annonæ specie rapax. 13

fatione ad Titum. *Triumphalis ac Censorius tu, sexiesque Consul, ac Tribuniciæ potestatis particeps, & (quod his nobilius fecisti dum illud patri pariter & equestri ordini præstas) præfectus prætorio.*

25 *Bonis indocti.*] Nota *Indoctos* opponi *bonis*, quia scilicet *Homine imperito nunquam quidquam injustius.* Terentius Adelphis.


SCHOTTUS.

26 *Insolens.*] Nunquam antea nisi ab Equite Romano administratam, Sueton. Tito cap. 6.

CAPUT X.

ARGUMENTUM.

Imperium adipiscitur, patrem imitatur & anteit, per priores Principes concessa firmat, in conspiratoribus tuendis est facilis, potestates fato dari asserit, amphitheatri opus perficit, & veneno interit Titus.



DCCCXXXII. CÆTERUM [1] TITUS, postquam imperium adeptus est, incredibile [est] quantum quem imi- 1

ANNA.

1 *Titus.*] Imperium suscepit, an. U. C. 831. post Christ. N. 79.

2 *Dum*

imitabatur, anteierit præsertim literis, clementia-
2 que ac muneribus. Denique [2] dum concessa per
priores Principes firmari ab insequentibus [3] mos es-
set; [4] simul imperium cepit, talia possidentibus [5] edi-
3 cto [6] sponte cavit, prospexitque: neque minus san-
cte facilis in tuendis qui forte in se conspirassent:
adeo ut cum [7] amplissimi ordinis duo, abnuere cogi-
tatum scelus nequirent; Patresque censuissent de con-
fessis supplicium sumendum, [8] deductus in spectacu-
lum se utrumque assidere jussit, [9] petitoque ex indu-
stria gladiatoris, quorum pugnæ visebantur, gladio,
quasi ad explorandam aciem, uni atque alteri com-
4 mittere: Quis perculsis, & constantiam miran-
tibus: Videtisne, inquit, [10] *potestates fato* dari,
[11] frustraque tentari facinus potiundi spe, vel
amittendi metu? Ita [12] biennio post, ac menses fere
5 novem, Amphitheatri [13] perfecto opere, lautusque

[14] ve-

SCHOTTUS.

2 *Dum concessa per priores.*] Ex instituto Tiberii, Sueton. Tito cap. 8.

ANNA.

3 *Mos esset.*) A Tiberio institutus. Sueton. cap. 8. *Natura autem benevolentissimus cum ex instituto Tiberii omnes dehinc Cæsares beneficia a superioribus concessa principibus, aliter rata non haberent, quam si eadem iisdem & ipsi dedissent. Primus præterita omnia uno confirmavit edicto: nec a se peti passus est.*

4 *Simul imperium.*] Pro *simulac imperium* &c. sic sæpe Horatius.

5 *Edicto.*] Cujus meminit Dio.

6 *Sponte.*] Ultro, *a se peti non passus est.* Supra Suetonius.

7 *Amplissimi ordinis.*) Id est, *Senatorii.* Senatus enim *amplissimus ordo* vocabatur. *Duos patricii generis.* Suet. cap. 9.

SCHOTTUS.

8 *Deductus.*) *Deductos* vulgata editio. Aliter Suet. cap. 9.

GRUTERUS.

8 Cum videatur in Epitoma, *deductos in spectaculum, secum utrimque adsidere jussit*, non video cur non & heic locum suum obtinere possit.

ANNA.

9 *Petitoque.*] Melius Suetonius. *Oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit.* De more. Solebant enim editori gladios exhibere, ut videret satisne essent acuti.

10 *Potestates.*] *Principatum.* Suetonius.

11 *Frustraque tentari facinus.*] Inde Marcus Antoninus Imperator ad Verum rescribens. *Si Cassio divinitus debetur Imperium, non poterimus interficere, etiamsi velimus: scis enim proavi tui dictum, successorem suum nullus occidit.*

SCHOTTUS.

12 *Biennio post.*) Videtur legendum, *biennium*, pro, *post biennium. Menses* duntaxat *duos diesque viginti* numerat Suet. cap. 11.

13 *Profecto opere.*) quid si *perfecto*? Suetonius *dedicato.*

ANNA.

13 Sueton. 7. *Amphitheatro dedica-*

[14] veneno interiit, [15] anno æ i quadragesimo; cum ejus pater [16] septuagesimo obii Imperator decennii. Hujus sane mors adeo provinciis luctui fuit, 6
uti, [17] generis humani delicia appellantes, [18] orbatum orbem deflerent.

dicato, thermisque juxta celeriter extructis munus edidit apparatissimum largissimumque. Illud Vespasianus extruxit, Titus dedicavit.

14 *Veneno interiit.*] Dio ait *periisse conjectum in arcam ligneam nive oppletam.* Plutarchus *balneo extinctum*, alii aliter. Suetonius *febre*, nulla *veneni* facta mentione. Et infra in Epitome.

15 *Anno ævi quadragesimo.*] *Altero & quadragesimo.* Suetonius, Eutropius. Sed desunt menses tres.

16 *Septuagesimo.*) Vide notata in Epitom. Vespas.

17 *Generis humani delicias.*] Sueton. cap. 1. *Titus, cognomine paterno, amor ac deliciæ generis humani.*

SCHOT S.

18 *Orbatum orbem.* . Plenius exculi, *quasi perpetuo caput de orbatum terrarum orbem deflerent.*

GRUTERUS.

18 Et hoc mihi magis arride

CAPUT XI.

ARGUMENTUM.

Fratris nece amens prædas, cædem, supplicia agit, dominus deusque dicitur, Dacos & Cattos devincit, mensem e suo nomine appellat, opera per patrem...... inchoata absolvit, bonos cædit, libidine flagrat, interficitur gladiatoris more fertur Domitianus.



IGITUR

IƆCCCXXXVI.

1 IGITUR [1] DOMITIANUS fratris atque Impe-
ratoris optimi nece, privato scelere publicoque a-
mentior, simul [2] maculosæ adolescentiæ, [3] prædas,
2 cædem, supplicia agere occœpit. Major libidinum
flagitio, ac plus quam superbe utens [4] patribus: Quip-
pe qui se [5] dominum Deumque dici coëgerit: quod
confestim ab insequentibus remotum, validius multo
3 posthac [6] deinceps retulere. Sed Domitianus [7] pri-
mo clementiam simulans, neque adeo iners domi,
4 belloque tolerantior videbatur: Idcircoque [8] Dacis
& Cattorum manu devictis, Septembrem Octo-
bremque menses, [9] Germanici superiorem; e suo
nomine alterum appellaverat: [10] multaque opera in-
choata per patrem, vel fratris studio, atque in pri-
5 mis Capitolium absolvit. Dehinc atrox cædibus bono-

ANNA.

1 *Domitianus.*) An. U. C. 833.

2 *Maculosæ*) Id est, famosæ, Vide Suetonium.

3 *Prædas, cædem, supplicia.*) Vide Sueton. cap. 10.

4 *Patribus.*) Quorum nobilissimos interfecit. Sueton. [illegible]

5 *Dominum Deumque.*) *Pari arrogantia cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit: Dominus & Deus noster sic fieri jubet. Unde institutum posthac, ut ne scripto quidem ac sermone cujusquam appellaretur aliter.* Sueton. 13.

GRUTERUS.

6 *Deinceps retulere.*) Lucem magnam intuleris sententiæ, immittendo literam, *deincipes retulere.* intelligit enim Principes aliquot longo intervallo sequentes, Diocletianum & Maximinum, Domini Deique nomine impotenter abusos. de quo priore consulatur infra caput XXXIX. Dixisse autem veteres *deinceps, deincipis*, & notat diserte Festus, & nos exemplis probavimus in libellis Suspicionum.

ANNA.

6 Ita Gruterus. Sed recepta lectio stabit.

7 *Primo clementiam.*) Vide Sueton. 9.

8 *Dacis & Cattorum.*) Sueton. cap. 6. de *Dacis* alibi. *Catti* in Germania hodie *Hessen.*

SCHOTTUS.

9 *Germanici superiorem.*] Supple *nomine*, pro *Germanicum.* nec insolens illi temporum casuumque mutatio conjunctione connexorum. Dicis causa, infra Dioclet. *Huic cultu numinis Herculii cognomentum accessit, uti Valerio Jovium.* pro *Jovii. Post duos autem triumphos Germanici cognomine assumpto, Septembrem mensem & Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit.* Suet. Domit. cap. 13.

ANNA.

10 *Multaque opera.*] Sueton. cap. 5. *Plurima & amplissima opera incendio absumpta restituit: in queis & Capitolium quod rursus arserat: sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Novam autem excitavit ædem in Capitolio custodi*

norum, [11] segnisque, ridicule remotis procul omnibus, muscarum agmina persequebatur, postquam ad libidinem minus virium erat, cujus [12] fœdum exercitium Græcorum lingua κλινοπάλην vocabat : [13] hincque jocorum pleraque. Nam percunctanti cuidam, 6
Quisquamne in Palatio esset, [14] responsum : ne musca quidem, nisi forte apud palæstram. Is ergo magis 7
magisque sævitia nimius, eoque suspectior, etiam suis, [15] libertorum consilio, [16] uxore non ignara, quæ amorem [17] histrionis viro prætulerat, pœnas luit; quinto & quadragesimo anno vitæ, dominationis circiter [18] quintodecimo. At Senatus [19] gladiatoris more funus ferri, [20] radendumque nomen decrevit. Quo 8 9
moti [21] milites, quibus privatæ commoditates dispen-

stodi Jovi, & forum quod nunc Nervæ vocatur. Item Flaviæ templum gentis, & stadium & Odeum, & Naumachiam.

GRUTERUS.

11 *Segnisque ridicule remotis.*] Torrentius legit e Suetonii cap. 3. *stylisque ridicule &c.* non ita absurde. haud temere tamen damnaverim lectionem receptam, quæ respicere videtur ad superiora illa: *neque adeo iners domi, belloque tolerantior videbatur.*

SCHOTTUS.

12 *Fædum exercitum.*) *Exercitium* credo scripsit, ut vulgati præferunt: quos hac in parte mutilos esse docuimus. Suetonius: *velut exercitationis genus*; c. 22.

ANNA.

13 *Hincque.*) Quod muscas persequebatur.

14 *Responsum.*) A Vibio Crispo. Sueton. 3.

15 *Libertorum consilio.*] *Oppressus est amicorum libertorumque intimorum conspiratione*, Sueton. 14.

SCHOTTUS.

16 *Uxore non ignara.*] Domitia Longina vel Domitilla. Tranquill. cap. 1.

ANNA.

17 *Histrionis.*] Qui *Paris* vocabatur.

18 *Quintodecimo.*] Additis diebus quinque.

19 *Gladiatoris more funus ferri.*] Id est, ut unco in spoliarium traheretur, ut solebant *gladiatorum* cadavera. Hoc noster ex Suetonio finxit [illegible] *Senatus adeo lætatus est ut repleta certatim curia, non temperaret quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret.* Quarum acclamationum exempla pete ex Lampridio in Commodo. *Qui senatum occidit, in spoliario ponatur, qui senatum occidit, unco trahatur*, &c. Verum Suetonius paullo ante scribit *cadaver ejus populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllidem nutricem in suburbano suo Latina via funerasse.*

20 *Radendumque nomen.*) *Eradendos ubique titulos, abolendumque omnem memoriam.* Suetonius.

21 *Milites.*] Qui *gravissime tulere occisum eum, parati & ulcisci nisi duces defuissent, quod quidem paullo post fecere, expostulatis ad pœnam pertinacissime cædis auctoribus.* Suetonius.

22 *Auctores*

ſpendio publico largius procedunt, [22] auctores necis ad ſupplicium petere more ſuo ſeditioſius, cœpe-
10 runt. Qui vix ægreque per prudentes cohibiti, tan-
11 dem in gratiam Optimatum convenere: Neque minus [23] per ſe moliebantur bellum, quod [24] his converſum imperium mœſtitiæ erat, [25] ob omiſſionem [26] prædarum per dona munifica.

12 Hactenus Romæ, ſeu per Italiam orti imperium rexere: [27] hinc advenæ: Neſcio quoque an, [28] ut in
13 Priſco Tarquinio, longe meliores. At mihi quidem audienti multa legentique, plane compertum, *urbem Romam* [29] externorum virtute, atque inſitivis artibus præcipue creviſſe.

SCHOTTUS.

22 *Auctores necis.*] Parthenium, Stephanum, Clodianum, Maximum & Saturium. Suet. cap. 17.

23 *Per ſe.*] Sed *deerant duces*, Suet. cap. 23.

ANNA.

24 *His.*] Militibus. Malim *Iis.*

SCHOTTUS.

25 *Omiſſionem.*] An *amiſſionem?* ſed illo frequentius utitur. & ita diſertim ſcriptum.

ANNA.

26 *Prædarum per dona munifica.*] Hoc eſt, *prædarum* quibus ditabantur *per dona munifica* veſani principis.

SCHOTTUS.

27 *Hinc advenæ.*] Libenter legerem, *hinc advenæ quoque, neſcio an, ut in Priſco Tarquinio, longe meliores: ac mihi quidem.* ſi MSS. auctoritas ſuffragaretur.

ANNA.

28 *Ut in Priſco Tarquinio.*] Qui advena omnibus ante ſe principibus melior fuit.

29 *Externorum virtute.*] *Sicut ſane brevi lætior Reipublicæ ſtatus evenit, abſtinentia & moderatione inſequentium principum.* Suetonius in fine.

CAPUT XII.

ARGUMENTUM.

Legionum arbitrio imperium capit, forum Pervium dedicat, & imperio ſe abdicat Nerva.

1 QUID



IƆCCCXLIX. 1 QUID ENIM [2] NERVA [3] Cretensi pruden- 1
tius, [4] magisque moderatum? Qui cum [5] ex- 2
trema ætate [6] apud Sequanos, quo tyranni [7] defecit
metu, Imperium arbitrio legionum cepisset; ubi pro-
spexit, nisi a superioribus robustioribusque corpore,
animoque geri non posse, mense sexto ac decimo se-
met eo abdicavit, dedicato prius foro, [8] quod ap-
pellatur Pervium: quo ædes Minervæ eminentior con-
surgit, & magnificentior. Id cum semper *egregium* 3
sit

GRUTERUS.

1 *Quid enim Nerva &c.*] Hæc & sequentia, ceu falsa ac portentosa, sugillat Josephus noster Scaliger in Animadversionibus Eusebianis, ad annum MMCXIII.

ANNA.

2 *Nerva.*] Qui Imperator factus an. U. C. 848.

3 *Cretensi.*] Scribendum *Narniensi*. Nam opido *Narniensi* genitus. *Narnia* autem in ea Umbriæ parte quæ Sabinis contigua.

SCHOTTUS.

4 *Magisque.*] illud *maximeque* pro *magisque* indocti scribæ & somnolenti harpyiis unguibus fœdatum quis non videt?

ANNA.

5 *Extrema ætate.*] Annum agebat sexagesimum, cum Imperium suscepit.

6 *Apud Sequanos.*] Falsum. Romæ Imperator salutatus.

7 *Defecit.*] Declinavit, aufugit.

SCHOTTUS.

7 Alii, *quod tyrannidis fecit metu.* Alii *quo tyrannidis fugit metu* tentabant. frustra.

8 *Quod appellatur Pervium.*] Ita scriptum integre absque litura. Nicolaus Faber vir doctissimus repugnante libro *Nervium* reponebat. Nihil tamen demuto. Nam hoc forum quantumvis a *Nerva* dedicatum *Nervium* appellari potuerit; dictum est *Transitorium*; quod inde in tria fora transitus pateret. *Pervium* ergo ab usu, *Nervium* ab auctore. Lampridius Alex. Severo: *In foro Divi Nervæ quod Transitorium dicitur.* In quarta urbis regione collocat P. Victor & Sextus Rufus in regione templi Pacis cum templo Divi Nervæ. μεθώδειον & ὠδεῖον Græci appellant, Latine *Methodeum & Odeum*; quod a Domitiano primum exstructum; auctores

Eutro-

ſit metiri quantum qu , neque ambitione præceps agi: [9] tum in imper o: cujus adeo cupidi mortales
4 ſunt, ut id vel ultima ſenectus avide petat. Huc accedit quod [10] ſuffecti virtute quantus conſilio eſſet, magis magiſque pateſ cit.

Eutropius lib. VII. extremo, & Suetonius Domitiano c. 5. Poſtea *Nervæ* dictum, vel *Nervium* a dedicatore, & *Tranſitorium* ſeu *Pervium*. Certat igitur de probitate utraque lectio.

ANNA.

9 *Tum in Imperio.*] Egregium eſt, ſcilicet.

10 *Suffecti virtute.*] *Virtute* ejus quem *ſuffecerat*, ſubſtituerat.

CAPUT XIII.

ARGUMENTUM.

Dacas, Sacas, Sardonios in provinciam domat, gentes inter Indum & Euphratem bello concutit, Danubio pontem imponit, coloniarum pleraſque deducit, a Domitiano cœpta opera ornat, annonæ conſulit, curſum vehicularium inſtituit, æquus, clemens, patiens, in amicos fidelis eſt, & morbo perit Ulpius Trajanus.



NAMQUE [1] ULPIUM TRAJANUM [2] Italica urbe Hiſpaniæ ortum, [3] ampliſſimi ordinis IƆCCCLI.

ANNA.

1 *Ulpium Trajanum.*) An. U. C. 850.

2 *Italica urbe.*] *Italica Urbs* in Boetica.

3 *Ampliſſimi ordinis.*] Id eſt, Senatorii: de quo ſupra.

4 *Con-*

nis tamen atque consulari loco, [5] adrogatum [6] ac-
cepit & dedit. [7] Hoc ægre clarior domi, seu mi- 2
litiæ reperietur. Quippe primus, aut solus etiam vi- 3
res Romanas trans Istrum propagavit, domitis in pro-
vinciam Dacorum [8] pileatis [9] Sacisque nationibus,
[10] Decibalo Rege ac [11] Sardonios: simul [12] ad ortum
solis cunctæ gentes, quæ inter Indum & Euphratem
amnes inclytos sunt, concussæ [13] bello, atque impe-
rati obsides [14] Persarum Regi, nomine [15] Cosdroë,
& inter ea [16] iter conditum per feras gentes, quo fa-
cile ab usque Pontico mari in Galliam permeatur.
Castra suspectioribus atque oportunis locis exstructa; 4
[17] ponsque Danubio impositus; ac deductæ colonia-
rum

4 *Consulari loco.*] Cujus pater primum *Consul* fuit. Eutropius.

5 *Adrogatum.*] Id est, *adoptatum.* De *adrogatione* alibi dictum.

SCHOTTUS.

6 *Accepit, dedit.*] Veteres libri. Alterutrum forte superat.

ANNA.

7 *Hoc.*] In sexto casu.

SCHOTTUS.

8 *Pileatis.*] πιλοφόρους vocat Xiphilinus e Dione, *Pilatos* vertit Merula: *qui pileos gestabant* Blancus, ubi *pila* quidam impresserunt, qui & iter conditum ait per Ponticas paludes.

ANNA.

9 *Sacisque*) *Sacæ* Asiæ gens juxta Scythiam.

SCHOTTUS.

9 *Sacisque jazygisque* legendum ex Dione videtur.

ANNA.

10 *Decibalo Rege.*) Decibalus Daciæ Rex fuit.

SCHOTTUS.

11 *Sardonios.*] *Dardaniis*, *Dardanos*; *Sauromatas Sarmatis* legendum ne sit, aliorum esto judicium. nam *Sardonios* quod in MSS. reperi, ut rectum sit vereor.

ANNA.

11 Et mihi ignoti sunt *Sardonii* populi. Legebat Schottus ac *Dardanios*, quod non placet; nec *Sauromatas*, quod ex Eutropio verum esset, ni nimium ab scriptura recederet. Forte an Sacarum reguli cujusdam nomen latet.

12 *Ad ortum solis.*] Vide Eutropium, qui fuse.

SCHOTTUS.

13 *Cui bello atque imperanti.*) Hæc MSS. lectio, quæ si placet, aliquid desi necesse est.

ANNA.

14 *Persarum.*) Parum accurate Cosdroëm *Persarum* Regem dicit noster, qui *Parthorum* Rex fuit: Nimirum ad sua tempora respexit, quibus *Parthi Persarum* nomine complectebantur.

15 *Cosdroë.*] *Cosdroës* Artabani, Parthorum Regis filius. Scribitur autem varie. Sine *d. Cosroes*, Græcis Κόσροης, cum *d.* Κοσδρόης. Et hic. Cum χ. χόσροης. Et dempto χ. vel κ. Ὀσδρόης *Osdroes* & provincia *Osdroena.*

16 *Iter conditum.*] Trajanus Ponticas paludes lapidibus stravit, & pontes maximos struxit.

17 *Ponsque Danubio.*] Vix biennio ædificatus. Habuit pilas viginti ex lapide quadrato, altitudinis, absque fundamentis, pedum 150. latitudinis, 60. distabantque inter se pedi-

5 rum pleræque. [18] Adhuc Romæ a Domitiano [19] capta fora, atque alia multa, plusquam magnifice coluit, ornavitque & annonæ perpetuæ mire consultum, reperto firmatoque [20] Pistorum collegio: [21] simul noscendis ocyus, quæ ubique [22] e Rep. gerebantur,
6 [23] admota media publici cursus. Quod equidem munus satis utile, [24] in pestem orbis Romani vertit posteriorum avaritia, insolentiaque: nisi quod [25] his annis suffectæ vires Illyrico sunt, [26] Præfecto medente
7 [27] Anatolio. *Boni, malique in Repub. nihil est, quod in diversum traduci nequeat moribus præsiden-*
8 *tium.* Æquus, clemens, patientissimus, atque in ami-

pedibus 170. junctæ superiori parte fornicib 6.

18 *Adhuc.*] Pro *adhæc*, jam sæpius.

GRUTERUS.

19 *A Domitiano capta fora.*] Præstat reponamus, *cœpta*, uti etiam volebat Sylburgius noster.

ANNA.

20 *Pistorum.*] *Pistores* intellige quos vulgo dicimus *Boulangers*.

SCHOTTUS.

21 *Simul noscendi socius*) Emendabat *noscendis ocius* vere, litera una migrante, Cl. Puteanus Consiliarius Regius, cui dici non potest quantum debeam ob singularem humanitatem in communicandis MSS. quibus referta bibliotheca est: nec ego solum, sed omnes quotquot studio & industria nostra aliquando juvabuntur.

22 *Erepta.*) Divinabam *e rep.* quod scriptum repperisset librarius *e re pca.*

ANNA.

23 *Admota media cursus publici.*) De institutione *publica cursus* hic fallitur Victor & Spartianus, qui Adriano tribuit. *Statim*, inquit, *cursum fiscalem instituit, ne magistratus hoc onere gravarentur.* Illum enim multo ante instituerat Augustus, ut celerius cognosci posset quid in quaque provincia gereretur. Vide apud Spart. notata a viris doctissimis.

SCHOTTUS.

23 *Vehicularium cursum* appellant alii, de quo Ammianus Marcellinus lib. XXI.

ANNA.

24 *In pestem orbis Romani.*] Cum angariæ & veredi possessionibus, & patrimoniis indicerentur, certum est eo onere multas civitates & provincias fuisse vexatas. Hinc illæ tot leges, tot insequentium principum constitutiones ad sublevandum publicum cursum promulgatæ. Quas vide lib. XII. Cod.

SCHOTTUS.

25 *His annis.*) Scilicet Constantii decimum, Juliani tertium Consulatum: cujus apud eundem Marcellinum mentio exstat lib. xx. initio.

ANNA.

25 Quo tempore florebat Victor.

SCHOTTUS.

26 *Præfecto.*) *Profecto* scriptum erat, non *Præfecto.*

27 *Anatolio.*] Ammianus Marcellinus lucidissime hanc rem lib. XIX. extremo exponit: *Quodque Anatolio regente tunc per Illyricum præfecturam, necessaria cuncta velante tempus coacta sine ullius dispendio affluebant. nec enim dispositionibus unquam alterius præfectura (ut inter omnes*

amicos perfidelis: 28 Quippe qui Suræ familiari opus 9
ſacraverit, quæ Suranæ ſunt: uſque eo innocentiæ
fidens, uti 29 Præfectum Prætorio Saburanum nomine, cum inſigne poteſtatis, uti mos erat, pugionem daret, crebro monuerit: Tibi iſtum ad munimentum mei committo, ſi recte agam: ſin aliter, in me magis: Quod *moderatorem* omnium vel errare minus fas ſit.
Quin etiam 30 vinolentiam, quo vitio, 10
uti Nerva, 31 angebatur, prudentia molliverat; curari vetans juſſa poſt longiores epulas.
His virtuti- 11
bus acto Imperio 32 annos prope viginti, cum 33 terræ motu gravi 34 apud Antiochiam cæteraque Syriæ * ex-

omnes conſtat) ad præſens Arctoæ provinciæ bonis omnibus floruerunt, correctione titubantium benevola & ſolerti, vehiculariæ rei jacturis ingentibus quæ clauſere domus innumeras & cenſuali profeſſione, &c. Meminit & lib. XXI.

28 *Quippe qui Suræ familiari.*] Eæ forte ſunt, Thermæ, quas Albertinus Syriacas dictas, neſcio quo auctore, ſcribit: certe in Aventino fuerunt Palatinum verſus, ut commemorat Victor, Volaterranus, & Martialis lib. VI.

Quique videt propius magni certamina Circi,
Laudat Aventinæ vicinus Sura Dianæ.

In Spartiani Adriano corrupte olim legebatur *Suburano* pro *Sura*, teſte Baptiſta Egnatio: huic autem ἐπιτρέπειν εἰώθα τὰ πολλὰ γράφειν. Julianus λόγῳ περὶ Καισάρων.

29 *Præfectum Prætorio, Suburanum.*) Neſcio quid de *Saburra* ſaburrati ipſi cogitarunt, qui hanc lectionem commenti ſunt. Ex Dione & Xiphilino idem hic eſt *Licinius Sura*: quare hic *Suburanum* vel *Suram nomine* a gloſſa eſſe crediderim. Sidon. Apoll. Carm. V.

Vix habuit mores ſimiles, cui teſte Senatu
In ſe etiam tractum commiſerat Ulpius enſem.

ANNA.

29 Hæc a gloſſa eſſe ſuſpicantur viri docti, quod quæ hic a Victore dicuntur ea ad *Licinium Suram* de quo ſupra, pertineant. Ego vero dubito. Hic enim de præfecto forſan loquitur Victor, cui anno primo Imperii Trajanus enſem tradidit, quamvis *Saburaſne* vocatus fuerit, ſatis non liquet. At *Suranum* illum anno tantum quinto Imperii præfectum prætorio Trajanus fecit.

30 *Vinolentiam.*] De Trajani *vinoſitate* Dio Caſſius, Lampridius in Alexandro Severo, & Ælius Spartianus de Adriano: *Quandoquidem & indulſiſſe vino ſe dicit Trajani moribus obſequentem. Atque ob hoc ſe a Trajano locupletiſſime muneratum.*

31 *Angebatur.*]Scribendum *agebatur, agi vitio tam* Latine dicitur, quam falſum eſt *vitio angi* vitioſum quo delectatur. Sic alibi dixit noſter *agi libidine.* Numero 39. *Quippe Herculejus libidine tanta agebatur.* Hæc ex Caſauboni in Spartianum notis deſumpta ſunt.

32 *Annos prope viginti.*] Deſunt menſes quinque, dies quindecim.

33 *Terræ motu.*) Hunc *terræ motum* deſcribunt Dio & Xiphilinus: factus eſt anno U. C. 867. poſt C. N. 115. duobus circiter annis poſt, diem obiit Trajanus.

SCHOTTUS.

34 *Apud Antiochiam cæteraque Syriæ extremis afficeretur.*) Locus impeditus, mutilus enim.

34 Poſ-

extremis afficeretur, [34]rogatu Patrum militiam repetens,
[35] morbo periit, [36]grandæva ætate; adſcito prius ad
12 Imperium Hadriano cive [37] propinquoque. [38] Ab-
hinc [39] diviſa nomina Cæſarum atque Auguſti: indu-
ctumque in Rempublicam, uti duo, ſeu plures ſum-
mæ potentiæ, diſſimiles, cognomento ac poteſtate
13 diſpari ſint. [40] Quamquam alii Plotinæ, Trajani
conjugis favore Imperium aſſequutum putent, quæ
viri teſtamento hæredem regni inſtitutum ſimularat.

CA-

GRUTERUS

34 Poſſet tolli aſteriſcus, dummodo reſcriberetur, *extremius afficeretur.*

ANNA.

34 Divinabam. *Cum terræ motu gravi Antiochia cæteraque Syriæ extrema afficerentur*, &c. *Antiochia cæteraque Syriæ extrema*; id eſt, *Antiochia* totumque ejus territorium. *Antiochia* enim *in extremo Syriæ* ſita eſt.

35 *Morbo.*] Profluvio ventris. Apud Seleuciam.

36 *Grandæva ætate.*] Annis natus 63.

37 *Propinquoque.*] Imo & Conſobrino. Vide infra in Epitome. ſed præter hoc jus cognationis erat & vinculo affinitatis conjunctus, nam Sabina Hadriani uxor ſorore Trajani Marciana fuit genita.

38 *Abhinc.*] Niſi hæc ad Adrianum referas, palam errabit Victor, neque enim a Trajano diviſa fuerunt nomina Cæſarum atque Auguſti, ſed Adriano demum imperante; nam Lucius Ælius Verus ab Adriano in ſucceſſionem Imperii adoptatus primus Cæſar dici cœptus eſt.

39 *Diviſa nomina Cæſarum atque Auguſti.*) Cum antea *Cæſaris* & *Auguſti* nomina Imperatoribus tantum propria, inſtitutum eſt ut ea dividerentur & *Auguſti* Imperatores, *Cæſares* vero qui ab Imperatoribus adoptati imperiique hæredes deſignati fuerant, dicerentur, ſicut Ælius Verus, candidatus Imperii, primus Cæſar dictus eſt. Spartianus in prologo Ælii Veri: *In animo mihi eſt*, inquit, *Diocletiane Auguſte! tot principum maxime, non ſolum eorum qui principem locum, in hac ſtatione quam temperas, retentarunt, ut uſque ad divum Adrianum feci, ſed illorum etiam qui vel Cæſarum nomine appellati ſunt, nec principes aut Auguſti fuerunt, vel quolibet alio genere, aut in famam, aut in ſpem principatus venerunt, cognitionem numini tuo ſpernere: quorum præcipue de Ælio Vero dicendum eſt, qui primus tantum Cæſaris nomen accepit, adoptione Adriani familiæ principum adſcriptus.* Et inde eſt quod capite ſequenti legas: *Tibur ſeceſſit permiſſa Urbe Lucio Ælio Cæſari.*

40 *Quamquam alii Plotinæ.*) Hæc ſic a ſuperioribus pendent. *Adſcito prius ad Imperium Adriano cive propinquoque, quamquam alii*, &c. Spartian. Adriano: *Nec deſunt qui factione Plotinæ, mortuo jam Trajano, Adrianum in adoptionem adſcitum eſſe prodiderint, ſuppoſito qui pro Trajano feſſa voce loqueretur.*

CAPUT XIV.

ARGUMENTUM.

Pace ad orientem composita Romam regreditur, cærimonias...... curat, rus proprium Tibur secedit, L. Aelio Cæsari urbem permittit, quæ luxus & lasciviæ essent prospicit, Aelio mortuo Antoninum Cæsarem jubet, & tabe interit Aelius Hadrianus.



IↃCCCLXX. IGITUR [1] ÆLIUS HADRIANUS eloquio, togæque studiis accommodatior, [2] pace ad orientem composita [3] Romam regreditur: ibi Græcorum more, seu [4] Pompilii Numæ, cærimonias, leges, gymnasia, doctoresque curare occœpit: Adeo quidem, ut etiam ludum ingenuarum artium, quod [5] Athe- 1 2 3

ANNA.

1 *Ælius Hadrianus.*) Sic melius scribitur cum aspiratione, & ita constanter nummi & lapides. Græci tamen fere semper cum tenui Ἀδριανός. Imperium suscepit an. U.C.889. post Ch.N.117. quo mortuus Trajanus.

2 *Pace ad orientem.*) Spartianus: *Adeptus Imperium ad priscum se statim morem instituit, & tenendæ per orbem terrarum paci operam impendit. Nam deficientibus his nationibus quas Trajanus subegerat, Mauri lacessebant, Sarmatæ bellum inferebant, Britanni teneri sub Romana ditione non poterant, Ægyptus seditionibus urgebatur, Lycia denique ac Palæstina rebelles animos efferebant, quare omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit, exemplo ut dicebat Catonis qui Macedonas liberos pronuntiavit quia teneri non poterant.*

3 *Romam regreditur.*) *Præposito Syriæ Catilio Severo, per Illyricum Romam venit.* Spartianus.

4 *Pompilii Numæ.*) *Qui sacra, cærimonias omnemque cultum Deorum Immortalium docuit.* Florus.

5 A-

4 [5] Athenæum vocant, constitueret. Atque initia Ce-
reris, Liberæque [6] quæ Eleusina dicitur, Athenien-
5 sium modo Roma percoleret. Deinde, uti solet,
tranquillis rebus, remissior rus proprium Tibur seces-
6 sit, permissa Urbe [7] Lucio Ælio Cæsari: Ipse, uti
beatis locupletibus mos, palatia exstruere, curare epu-
las, signa, tabulas pictas: postremo omnia satis an-
7 xie prospicere, quæ luxus lasciviæque essent. Hinc
orti rumores mali, injecisse stupra puberibus, atque
Antinoi flagravisse famoso ministerio, neque alia de
causa urbem [8] conditam ejus nomine, aut locasse
8 Ephebo statuas: Quæ quidem alii pia volunt, reli-
giosaque: quippe [9] Hadriano cupiente fatum produ-
cere,

SCHOTTUS.

5 *Athenæum.*) Ita emendavi, nam obscure in m. s. erat. meminit ejus Lampridius: *Ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum Rhetorum, vel Poëtarum causa frequenter processit*, de Alex. Severo. *Pertinax quo die processionem ad Athenæum paraverat, ut audiret poëtam, ob sacrificii præsagium distulit*, Julio Capitolino auctore. Idem Gordianis initio, *Ubi adolevit, in Athenæo controversiis declamavit, audientibus etiam Imperatoribus suis.* Ex quibus colligitur publicum fuisse, in quo poëmata orationesque recitarentur.

6 *Quæ Eleusina dicitur.*) An *Eleusinia dicuntur?* Illud ad cognomentum deæ, plaustraque *Eleusinæ* matris; hoc ad initiorum nomen.

ANNA.

6 Legendum: *quæ Eleusina dicuntur.* Ut optime Salmasius apud Spartianum. Cereris quidem sacra e Græcia assumpta, longe ante Hadrianum Roma percoluit; sed illa quæ *Eleusina* dicebantur, nunquam Romæ percepta sunt. Quin & multo ante ea Romam transferre frustra conatus Claudius. *Eleusina* sacra suscepit quidem Hadrianus. Spartianus. *Post hoc per Asiam & Insulas ad Achajam navigavit, & Eleusina sacra exemplo Herculis Philippique suscepit.* Sed *suscepit*, id est, *initiatus est.* Nam falsum omnino ea sacra Romam translata. Quare vel nos penitus fallit Victor, vel, ut optime apud Spartianum doctissimus Casaubonus, imitatus fuerit Romæ Hadrianus sacra illa, non ex Attica Romam transtulerit, ut Claudius cogitarat.

SCHOTTUS.

7 *Lucio Ælio Cæsari.*] Sic excusi. *Ælius*, & nummi antiqui. MSC. noster nunc *Elius*, nunc *Helius* aspiratione Græca.

ANNA.

7 Vide notam penultimam superioris capitis. Hic *Lucius Ælius* antea L. Cejonius, Commodus, Verus, postea vero ab Hadriano adoptatus *Lucius Ælius Cæsar* dictus.

8 *Conditam ejus nomine.*] Antinoum Urbem in Ægypto.

9 *Hadriano cupiente fatum producere, cum.*] Spartianus: *Antinoum suum, dum per Nilum navigat, perdidit, quem muliebriter flevit: de quo varia fama est aliis eum devotum pro Hadriano asserentibus*, &c. *Et Græci quidem, volente Hadriano, eum consecraverunt, oracula per eum dari asserentes*, &c. Veterum autem hæc fuit persuasio posse alicujus *produci fata*, si ejus vicem subiret alter alieni fati vi-

cere, cum [10] voluntarium ad vicem Magi popoſciſ-
ſent, cunctis retractantibus, Antinoum objeciſſe ſe
referunt: hincque in eum officia ſupradicta. Nos 9
rem in medio relinquemus: quamquam [11] in remiſ-
ſo ingenio [12] ſuſpectam æſtimantes ſocietatem ævi
longe imparilis. Interim Ælio Cæſare mortuo, cum 10
ipſe animo parum valeret, idcircoque deſpectui ha-
beretur, ad creandum Cæſarem Patres convocat. Qui- 11
bus propere accurrentibus [13] forte Antoninum con-
ſpexit ſenis ſoceri, aut genitoris anxios [14] greſſus le-
vantem manu: Quo mire oblectatus, adoptatum le-
gibus [15] Cæſarem jubet, ſtatimque ab eo ſenatus,
cui ludibrio fuerat, magnam partem necari. Neque 12
multo poſt apud Bajas [16] tabe interiit: anno imperii
[17] abſ-

vicarius. Exempla paſſim in Græcorum & Romanorum hiſtoriis. Nota interim hoc Antinoi pro Hadriano ſacrificium ab homine pagano pium vocari & religioſum. Sed non prætereundum fuiſſe etiam qui crederent Antinoum ab ipſo Hadriano immolatum, ut extiſpicio puerilis victimæ futura exploraret. Et ita ſcribit Dio.

SCHOTTUS.

10 *Voluntarium ad vicem.*) ἑκουσίου ψυχῆς ἐδεῖτο Xiphilinus, quem lege. hic & Adrianum ipſum divinationibus & Magicis artibus cujuſvis generis curioſe uſum ſcribit.

ANNA.

11 *In remiſſo ingenio.*] *Remiſſum ingenium* vocat voluptatibus addictum. Nam de eadem re loquens Spartianus: *Alii, inquit, quod & forma ejus oſtentat, & nimia voluptas Hadriani.*

GRUTERUS.

12 *Suſpectam æſtimantes ſocietatem ævi longe imparilis.*) Ut enim placet Ariſtoteli lib. VIII. Ethicorum cap. 12. *eſt amicitia tantum ætatis paris*: de qua re, nos non vulgaria, in Diſcurſibus noſtris.

SCHOTTUS.

12 Egregie Plautus Perſa:

Scio fidei herili ut ſoleat impudicitia opprobrari:
Nec ſubigi queant umquam, ut pro ea fide habeant judicem.

ANNA.

13 *Forte Antoninum conſpexit.*) Jul. Capitol. vel Spartian. in Antonino Pio. *Pius cognominatus eſt a ſenatu, vel quod ſocerum feſſa jam ætate manu præſente ſenatu levaverit.* Idem paullo poſt. *Mortuo Ælio Vero, quem ſibi Hadrianus adoptaverat & Cæſarem nuncupaverat, dies ſenatus habebatur, eo Arrius Antoninus ſoceri veſtigia levans venit, atque idcirco ab Hadriano dicitur adoptatus.*

14 *Greſſus levantem.*) Quod *levare greſſus* dicit Victor, eodem modo *levare veſtigia* dixit Capitolinus. Heliodorus & Æſchylus *βαστάζειν ἴχνος. levare veſtigium.* Ut apud Capitolinum notavit doctiſſimus Salmaſius.

15 *Cæſarem jubet.*] Vide notata capite ſuperiori.

16 *Tabe.*] Longo morbo. Quem ideo *lectualem morbum* vocat Spartianus.

17 *Abſque*

[17] abſque menſe, viceſimo ſecundo, [18] ſenecta vi-
13 ridiore. At patres ne [19] Principis oratu quidem ad Divi honorem eidem deferendum flectebantur;
14 [20] tantum amiſſos ſui ordinis tot viros mœrebant. Sed poſtquam [21] ſubito prodiere, quorum exitium dolori erat, quique ſuos complexi, cenſent quod abnuerant.

SCHOTTUS.

17 *Abſque menſe, viceſimo ſecundo.*) Xiphilinus imperaſſe ait annos xx. menſes xi. unde quis legendum conjiciat *uno & viceſimo.* Sed Spartianus a nobis ſtat.

ANNA.

17 Idem Eutropius. *Obiit in Campania major ſexagenario, Imperii anno* XXI. *menſe* X. *die* XXIX. Sed falſus numerus. Obiit enim anno Imperii XX. menſe X. die XXIX.

18 *Senecta viridiore.*] Id eſt robuſtiori, ab arboribus ducta metaphora. Virgilius: *Cruda Deo, viridiſque ſenectus.* Et Horatius: *Virent genua.*

19 *Principis.*] Antonini Pii. Spartianus. *Nec appellatus eſſet Divus, niſi Antoninus rogaſſet.* Eutropius. *Senatus ei tribuere noluit divinos honores. Tamen cum ſucceſſor ipſius Titus Aurelius Fulvius Antoninus hoc vehementer exigeret, & univerſi Senatores palam reſiſterent, tandem obtinuit.*

SCHOTTUS.

20 *Tantum admiſſus ſui ordinis.*) Ita vetus liber. Legendum tamen *amiſſos.* Interfectos enim falſo putabant. Quos quia Antoninus ſervaſſet, Pii cognomentum ſortitus eſt, Dio, Spartianus, Capitolinus.


ANNA.

21 *Subito prodiere.*) Quos enim Hadrianus occidi juſſerat, eos Antoninus reſervavit. Spartianus. *Et ob leves offenſas plurimos juſſit occidi quos Antoninus reſervavit.* Et Capitolinus in Antonino Pio, cum rationes affert, cur Pius dictus ſit: *Vel quod eos quos Hadrianus per malam valetudinem occidi juſſerat, reſervavit.*

CAPUT XV.

ARGUMENTUM.

Familiæ veterrimæ vir, urbis ſenator, moribus probus, annis viginti idem manet, & filiæ viro Reipublicæ conſultat Aurelius Antoninus Pius.



[redacted]ɔcccxci. 1 AURELIO ANTONINO cognomentum Pii. 1
Hunc fere nulla vitiorum labes maculavit. 2
Vir [2] veterrimæ familiæ, [3] e Lanuvino municipio, 3
[4] Senator urbis: adeo æqualis, probiſque moribus, uti plane docuerit, neque [5] *jugi pace*, ac longo otio [6] abſoluta ingenia corrumpi: eoque demum [7] *fortunatas*

ANNA.

1 *Aurelio Antonino.*] An. U. 910. poſt. Ch. 135.

SCHOTTUS.

1 In MSC. pro *Aurelio*, *Attilio* male ſcriptum erat.

ANNA.

2 *Veterrimæ familiæ.*] Sed quæ Romæ ſerius innotuit. Indicat Spartianus. Et inde Eutropius. *Genere*, inquit, *claro*, *ſed non admodum vetere.* De Antonini majoribus vide Capitolini initium.

3 *E Lanuvino municipio.*] *Lanuvinum municipium* in via Appia.

4 *Senator Urbis.*] Nam coloniarum & municipiorum decuriones dicti ſunt *Senatores*, & cœtus eorum *minor ſenatus*, vel etiam *ſenatus* ſimpliciter.

5 *Jugi pace ac longo otio.*] *Jugi pace*, id eſt, *pace* perenni, continua. Cave tamen credas ſub Antonino arma nunquam fuiſſe mota; nam falſum eſt: Antoninus enim, ut ait Capitolinus, *per legatos ſuos plurima bella geſſit. Nam & Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit, alio muro ceſpititio ſummotis barbaris ducto, & Mauros ad pacem poſtulandam coëgit, & Germanos & Dacos & multas gentes. Atque Judæos rebellantes contudit per præſides ac legatos.* Et Pauſanias in Arcadicis: *Antoninus prior*, inquit, *ultro quidem bellum nemini unquam intulit: laceſſitus vero hoſtes valde repulit, & res magnas geſſit.* Caute igitur accipiendus eſt Victor, & ex Capitolino & Pauſania exponendus infra: *Neque quemquam turbare auſum compoſita, neque ipſum*, &c.

6 *Abſoluta.*) Perfecta.

SCHOTTUS.

7 *Fortunatas urbes.*] Alludit ad divini Platonis ſententiam lib. v. de Rep. Ἐὰν μὴ ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταυτὸν ξυμπέσῃ δύναμις τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία; τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ᾽ ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσιν. δοκῶ δὲ, οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει. Quæ a Cicerone tranſlata in eleganti illa epiſtola ad Q. Fratrem de

4 *natas urbes* fore, [8] si regna sapientiæ sint. denique [9] annis, quibus publica egit, viginti, idem mansit,
5 [10] celebrato magnifice Urbis nongentesimo: Nisi forte triumphorum expertem, socordiæ videtur: quod longe secus est, cum majus haud dubie sit, [11] neque quemquam turbare ausum composita, neque ipsum o-
6 stentandi sui bellum fecisse quietis gentibus. Quinetiam maribus frustratus, [12] filiæ viro Reipublicæ consultavit.

de provincia administranda: *Ille quidem*, inquit, *princeps ingenii & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas Resp. putavit, si aut docti aut sapientes homines eas regere cœpissent; aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent.* Quam etiam Antonino Philosopho semper in ore fuisse, nec in ore tantum, sed & moribus expressisse, auctor est Capitolinus.

ANNA.

8 *Si regna sapientiæ sint.*] Hoc est, si sapientes tantum regnent.

9 *Annis quibus publica egit, viginti.*] Infra tamen in Epitome Victor alter ait regnasse Antoninum annis XXIII. nec longe a vero distat: regnavit enim an. XXII. menses septem, dies viginti sex. quamvis pugnant veterum sententiæ.

10 *Celebrato magnifice urbis nongentesimo.*) Privatus ergo *urbis nongentesimum magnifice celebravit.* Aliter tamen hic Victor. Quod ridiculum. Anno enim urbis 910. Imperium suscepit Antoninus, sed forsan aliquid turbatum.

11 *Neque quemquam turbare ausum.*) At *turbarunt* multi, sed statim per legatos compressi, nusquam postea rebellarunt. Vide supra *jugi pace ac longo otio.*

12 *Filiæ viro.*] Aurelio Antonino Philosopho, quem *filiæ* suæ Faustinæ maritum dederat.

CAPUT XV.

ARGUMENTUM.

In familiam atque imperium ab Antonino Pio adsciscitur, Lucium Verum in potentiæ societatem accipit, Persas superat, Marcomannos petit, bonas artes florere facit, urbes multas condit, deducit, reponit, ornat, triumphos agit & interit M. Aurelius Antoninus.



cIↃXIIII. NAMQUE [1] M. Bojonium, qui AURELIUS ANTONINUS habetur, [2] eodem opido, [3] pari nobilitate, [4] philoſophandi vero, eloquentiæque ſtudiis longe præſtantem in familiam atque imperium adſcivit. Cujus divina omnia domi, militiæque facta, conſultaque: quæ imprudentia regendæ [5] conjugis attaminavit: quæ in tantum petulantiæ proruperat, [6] ut in Campania ſedens, amœna littorum obſideret, ad legendos ex nauticis, quia plerumque nudi agunt, flagitiis aptiores. Igitur Aurelius, ſocero apud [7] Lorios, anno vitæ [8] poſt quintum & ſeptuagesimum mortuo, confeſtim [9] fratrem LU-

(right margin: 1 at line 1; 2 at "perium adſcivit. Cujus divina omnia domi, mili-"; 3 at "nudi agunt, flagitiis aptiores. Igitur Aurelius, ſo-")

CIUM

SCHOTTUS.

1 *M. Bojonium.*] Sunt qui dubitent hic ne *Bojonius* ſit: ac Pium quidem *Bojonium*, philoſophum *Cejonium* appellandum putant. Ego vero *L. Cejonium Commodum* L. Veri patrem, qui ab Adriano adoptatus prior mortuus eſt, vocatum didici ex Capitolino.

ANNA.

1 Capitolinus & Eutropius Antoninum Pium *Bojonium* vocant propter aviam ſcilicet maternam quæ *Bojonia Trocella* vocabatur. Quare igitur Victor Marcum Antoninum *Bojonium* vocet non video, niſi Marcum propter adoptionem *Bojonium* dictum credamus. Imperium ſuſcepit an. U. 933. poſt Ch. 161.

2 *Eodem opido.*] Ex Capitolino tamen Marcus Romæ natus in monte Cœlio, in hortis.

3 *Pari nobilitate.*] Imo *nobilior* Marcus: cujus familia in originem recurrens a Numa probatur ſanguinem trahere; item a Rege Selentino. *Capitolinus, Eutropius.*

4 *Philoſophandi.*] Et inde *Philoſophus* dictus.

SCHOTTUS.

5 *Conjugis.*] Quæ dicta *Annia Valeria Fauſtina*, in edito Eutropio *Galeria.*

6 *Uti Campania ſedens.*] Inde repoſui, *ut in Campania ſedens.* Quid ſi *in Campaniam ſecedens? Fauſtinam ſatis conſtat apud Cajetam conditiones ſibi & nauticas & gladiatorias elegiſſe:* Julius Capitolinus.

ANNA.

7 *Lorios.*] *Laurium* vocat Capitolinus, *Lorium* Eutropius in via Aurelia.

8 *Poſt quintum & ſeptuageſimum.*) Imo poſt annos 74. menſes ſex. Vide quæ in Epitome.

9 *Fratrem Lucium Verum.*) *Fratrem* per adoptionem ſcilicet. Nam *Lucius Verus*, Ælii Veri, qui ab Adriano adoptatus fuerat, filius fuit. Marcus vero Annii Veri, qui Fauſtinæ Antonini Pii uxoris frater fuit.



CIUM VERUM in ſocietatem potentiæ acce-
4 pit. Ejus ductu [10] Perſæ, [11] cum primum ſupe-
raviſſent, ad extremum triumpho ceſſere, [12] Rege
5.6 Vologeſo. [13] Lucius paucis diebus moritur: Hinc-
que materies fingendi, dolo conſanguinei circumven-
7 tum: Quem ferunt, cum invidia geſtarum rerum an-
8 geretur, fraudem inter cœnam exercuiſſe. Namque
[14] lita veneno cultri parte, vulvæ fruſtum, quod de
induſtria ſolum erat, eo præcidit: conſumptoque uno,
uti mos eſt, inter familiares; alterum, qua virus con-
9 tigerat, germano porrexit. [15] Hæc in tanto viro cre-
10 dere, niſi animi ad ſcelus proni, non queunt. Quip-
pe

10 *Perſæ.*) Suo more *Perſas* pro Parthis ponit, ut alibi dictum.

11 *Cum primum ſuperaviſſent.*) Interfecto legato Severiano, cæſis legionibus. Capitolinus in Vero.

12 *Rege Vologeſo.*) Hic Vologeſus ſeu Vologeſes ſecundus hujus nominis Oſdroë genitus fuit.

13 *Lucius paucis diebus moritur.*] Cum per annos fere novem Marco fratri Imperii particeps fuiſſet.

SCHOTTUS.

14 *Lita veneno.*] Totidem pæne verbis Capitolinus Antonino & Vero. Non diſſimile in Plutarchi Artoxerxe, cujus mater Paryſatidis nomine, Statyræ uxori ejus infeſta, illam hoc modo ſuſtulit, diſſectæ in convivio avis, ryntacen Perſæ vocant, eam partem quæ cultri alterum latus toxico oblitum attigerat, edendum præbuit.

GRUTERUS.

15 *Hæc in tanto viro credere, niſi animi ad ſcelus proni, non queunt.*) Unumquemque enim vita ante acta, aut damnat aut abſolvit. Hinc Salluſtius Catilin. cap. 48. *Sed ubi Tarquinius Craſſum nominavit, hominem nobilem, maximis divitiis, ſumma potentia; alii rem incredibilem rati, &c.* Quintilianus Declamatione 310. *Damnatus eſt adulterii; ſed poſtea fortiter pugnando oſtenderat, non eos eſſe mores ſuos, non ſuam vitam, ut in illo credibilia hæc crimina forent.* Acute igitur Publius noſter Syrus (quid ni enim meum vocem,

pe cum Lucium satis constet [16] Altini Venetiæ urbe
consumptum, [17] tantumque Marco sapientiæ, lenitudinis, innocentiæ ac literarum fuisse, ut is [18] Marcomannos, [19] cum filio Commodo, [20] quem Cæsarem suffecerat, petiturus, [21] philosophorum obtestantium circumfunderetur; ne se expeditioni aut pugnæ prius committeret, quam [22] sectarum ardua & occulta ex-
planavisset. [23] Ita incerta belli ejus salute, doctrinæ 11
studiis metuebantur: tantumque illo imperante floruere

vocem, qui ei suum dedi habitum, suam habitudinem?) *Probi delicta judex legens, deterit.*

ANNA.

15 Capitolinus in fine Veri; *Sed hoc nefas de Marco putari, quamvis Veri & cogitata & facta mereantur.* Paullo superius. *Nota est fabula quam Marci non capit vita.*

16 *Altini Venetiæ urbe.*] Capitolinus in Vero. *Sed non longe ab Altino subito in vehiculo morbo quem apoplexin vocant, correptus Lucius depositus e vehiculo, detracto sanguine Altinum conductus, quum triduo mutus vixisset, apud Altinum periit.*

SCHOTTUS.

17 *Tantumque in arte sapientiæ.*] Lego, *tantumque Marco sapientiæ.*

ANNA.

18 *Marcomannos.*) Capitolinus: *Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Vvandalis simul etiam Quadis extinctis, servitio liberavit, & Romæ cum Commodo, quem jam Cæsarem fecerat, filio ut diximus suo triumphavit.* Et alibi.

19 *Cum filio Commodo.*) Filium suum *Commodum* in expeditionem Marcomannicam secum ducere, nunquam cogitavit Antoninus. Quin & eum admodum puerum reliquit cum profectus est, ut discimus ex Galeno, qui tunc temporis vivebat, & Imperatori familiaris erat.

20 *Quem Cæsarem suffecerat.*] Vide quæ supra in Trajano dicta sunt. Num. 13.

GRUTERUS.

21 *Philosophorum obtestantium circumfunderetur.*) Nove dictum, pro *circumfunderetur Philosophis obtestantibus.* ideoque Casaubonus noster emendabat *obtestantium vi circumfunderetur.*

ANNA.

21 Apud Vulcatium Gallicanum, qui in Avidio Cassio Victori genuina. *Tantum enituit in Philosophia* (Marcus) *ut iturus ad bellum Marcomannicum, timentibus cunctis ne quid fatale proveniret, rogatus sit non adulatione, sed serio, ut præcepta Philosophiæ ederet, nec ille timuit; sed per ordinem paræneseon, hoc est præceptionum, triduo disputavit.*

22 *Sectarum ardua.*) Omnium Sectarum Philosophicarum difficultates.

GRUTERUS.

23 *Ita incerta belli ejus salute, doctrinæ studiis metuebantur.*) Vel *belli*, sumitur adverbialiter, quemadmodum usurpatur Plauto ac Sallustio, aut ea vox delenda. at idem amicus noster, rursum immissa præpositione, legebat, *belli, in ejus salute metuebantur.*

ANNA.

23 Sed legendum omnino, *Ita incerta belli ejus saluti & doctrina studiis metuebantur.* Sensu aperto & facili. *incerta belli* eodem modo dictum quo apud Horatium *acuta belli*: Florum *subita belli.*

ruere artes bonæ, ut illam gloriam etiam temporum
12 putem. Legum ambigua mire distincta, [24] vadimoniorumque sollenni remoti denuntiandæ litis, ope-
13 riendæque ad diem commode jus introductum. Data cunctis [25] promiscue civitas Romana: multæ urbes conditæ, deductæ, repositæ, ornatæque; atque in primis Pœnorum Karthago, quam ignis fœde consumpserat; Asiæque Ephesus, ac Bithyniæ Nicomedia constratæ [26] terræmotu, æque ac nostra ætate
14 [27] Nicomedia Cereali Consule. Triumphi acti [28] ex

SCHOTTUS.

24 *Vadimoniorumque sollenni remoti.*) An *sollenni more denuntiandæ litis?* an *sollenni more remoto, denuntiandæ litis:* Sustineo.

ANNA.

24 Hic hærent viri docti. Leges: *Vadimoniorum sollennia remota, & denuntiandæ litis operiendæque ad diem commode jus introductum.* Hic mos veteribus fuit, ut qui *litem* vellet intendere, adversario *denuntiaret*, ut in jus veniret: si nollet, vel eum cogeret, vel vades acciperet, qui die constituto eum sistere reciperent. Hac *vadimoniorum sollennia removit* Antoninus, induxitque, ut qui litem intenderet, is sine ullo v dimonio ad diem operiretur. Et hæc est vera hujus loci expositio. Quam me monuit eruditissimus Andreas Dacerius.

SCHOTTUS.

25 *Promiscue civitas.*) Sic emendo. nam MSS. *promissi* vel *promissa*, utrumque abjudico. Illud rectum esse confirmat lex XXII. D. de statu homin. *In orbe Romano qui sunt, ex constitutione D. Antonini cives Romani effecti sunt.* Ita enim legendum docuit, non ut in vulgatis, *in urbe Roma*, Andreas Alciatus lib. II. Dispunct. & hinc Roma communis omnium patria; l. Roma. 33. D. ad l. municipalem. Catena Patrum Græca in D. Lucæ de gestis Apostolorum caput XXII. ubi se civem Romanum Centurioni divus Paullus prædicat, magna temporis historiæque ignoratione: *Tempore*, inquit, *Adriani contigit ut omnes Romani efficerentur.* Nam quamquam & Antoninus, Adrianus cognominatus; longo tamen post tempore quam Paullus fuit, regnare cœpit.

ANNA.

25 Legem tulit Antoninus per quam civitas Romana omnibus data. Nec desunt qui eam Hadriano tribuant. Sed falsi sunt. Hadrianus enim aliquot civitatibus tantum hoc jus concessit, non omnibus. Quod fecit Antoninus: probant Juriconsulti: Et Chrysostomus in acta Apostol. ἀπὸ Ἀδριανοῦ φασὶ πάντας εἶναι Ῥωμαίους, τὸ δὲ παλαιὸν οὐκ οὕτως ἦν. Id est, *Ab Hadriano dicunt omnes factos esse Romanos, hoc vero non ita vetustum fuit.*

26 *Terræ motu.*) Nicomedia corruit, anno scilicet Urbis 1110. post C. N. 358. Coss. Tiberio Fabio Titiano: Cereali Neratio. quo tempore Victor florebat, ut in Prolegomenis dictum est.

SCHOTTUS.

26 De Nicomedia & *terræ motu* copiose Ammianus lib. XVII.

27 *Nicomede a Cereali.*] Repone *Nicomedia Cereali.* Consul fuit *Cerealis* Neratius cum Fabio Tatiano, A. U. C. ∞ CXII. post Constantii Augusti consulatum IX. qui annus hujus historiæ finem biennium antecedit, ut in Prolegomenis docui.

28 *Ex*

[28] ex nationibus quæ [29] Regi Marcomaro ab usque urbe Pannoniæ, cui [30] Carnuto nomen est, [31] ad media Gallorum protendebantur. Ita [32] anno Imperii octavo, decimoque, ævi validior, [33] Vendobonæ 15
interiit, maximo gemitu mortalium omnium. De- 16
nique [34] qui sejuncti in aliis Patres, ac vulgus, soli omnia decrevere, templa, columnas, sacerdotes.

ANNA.

28 *Ex nationibus quæ Regi.*] Falsum est omnes gentes quæ ad bellum Marcomannicum societatem junxerant, Regi Marcomaro fuisse subditas. Capitolinus. *Omnes gentes ab Illyrici limite usque Galliam conspiraverant, ut Marcomanni, Narisci, Hermunduri & Quadi, Suevi, Sarmatæ, Latringes & Buri. Hi aliique cum Victovalis, Sosibes, Sicobotes, Roxolani, Bastarnæ, Alani, Peucini, Costoboci.*

SCHOTTUS.

29 *Regi Marcomanno.*] *Marcomaro* disertim vetus codex.

GRUTERUS.

29 Sic quidem MSC. Schotti; sed an non potius fuerit? *Regi Marcomanno*, ut ponatur pro *Marcomannorum Rege*.

SCHOTTUS.

30 *Carnuto.*] Eutropius *Carnuntum* lib. IIX. & Spartianus Severo vocant.

ANNA.

30 *Carnutum* Pannoniæ opidum Norico regno proximum.

31 *Ad media Gallorum.*] Melius Capitolinus loco supra laudato: *Ab Illyrici limite usque Galliam.* Cur igitur noster *ad media Galliæ*? ni mirum, ut optime apud Capitolinum Casaubonus, res in Sequanis turbatas respicit, de quibus mox Capitolinus. *Res in Sequanis turbatas censura & auctoritate repressit.*

32 *Anno Imperii octavo decimoque.*] Imo nono decimoque, & diebus undecim. hunc errorem erarunt & Capitolinus & Eutropius, nisi exscriptoribus potius tribuamus.

33 *Vendobonæ.*] In Illyria. Alii obiisse dicunt apud Sirmum in Pannonia.

SCHOTTUS.

34 *Qui sejuncti in aliis patres ac vulgus.*] Retineri lectio hæc potest, tum quia a MSS. est, tum quia Capitolino gemina dicit. *prius* inquit *quam funus conderetur, quod nunquam antea factum fuerat, nec postea, Senatus Populusque non divisis locis, sed in una sede propitium Deum dixit.* Nic. Faber *quæ sejunctim aliis Patribus ac vulgus*, non improbo, sequitur enim *soli*.

CAPUT XVII.

ARGUMENTUM.

Sæva dominatione detestabilis, bellum in Quados prospere gerit. Septembrem Commodum appellat, thermas juxta mœnia instituit, & interficitur Commodus.

AT



1 [1] At filius [2] sæva a principio dominatione detestabilior habebatur, præcipue per [3] majorum controversam memoriam; [4] quæ posteris usque eo gravis est, ut absque communi in impios odio, qua- C∞XXXIII.
2 si corruptores generis exsecrabiliores sint. Bello plane impiger, quo in [5] Quados prospere gesto, [6] Septembrem mensem Commodum appellaverat. [7] Mœ-

ANNA.

1 *At filius.*] Commodus. Qui Imperium suscepit an. 932. post C. 180.

2 *Sæva a principio dominatione.*] Capitolinus, ubi de morte Marci Antonini. *Nam jam Commodus turpem se & cruentum ostentabat.*

3 *Majorum.*] Hadriani, Antonini Pii, Antonini Philosophi.

4 *Quæ posteris usque eo gravis.*] Ait bonorum principum memoriam, *posteris*, qui ab eorum virtute deflectunt, ita *gravem* esse & noxiam, ut absque eo quo premuntur odio, quod in impios omnibus commune, velut corruptores generis humani habeantur & exsecrabiliores sint.

5 *Quados.*] *Quadi* Germaniæ populi ad Danubium, supra Illyriam.

6 *Septembrem mensem Commodum appellabat.*] Idem Eutropius & Eusebius, sed falsum est ex Dione, qui mensium appellationes novas, quas de suis cognominibus *Commodus* imposuit, solus sic ex ordine recenset.

Ἀμαζόνιος,	Amazonius,	Januarius,
Ἀνίκητος,	Invictus,	Februarius,
Εὐτυχής,	Felix,	Martius,
Εὐσεβής,	Pius,	Aprilis,
Λεύκιος,	Lucius,	Majus,
Αἴλιος,	Ælius,	Junius,
Αὐρήλιος,	Aurelius,	Julius,
Κόμμοδος,	Commodus,	Augustus,
Αὔγουστος,	Augustus,	September,
Ἡρακλεῖος,	Herculeus,	October,
Ῥωμαῖος,	Romanus,	November,
Ὑπεραίρων,	Exuperatorius,	December.

Unde

[7] Mœnia Romana potentia vix digna, lavandi usui 3
instituit. Immiti prorsus feroque ingenio, adeo qui- 4
dem ut gladiatores, specie depugnandi, crebro tru-
cidaret: cum ipse [8] ferrum objectum veronibus plum-
beis uteretur. Cumque eo modo plures confecisset, 5
forte eum [9] Scæva nomine, audacia ac robore cor-
poris [10] pugnandique arte pervidens, ab studio tali
deterruit,

Unde patet Augustum mensem *Commodum* dictum, non vero Septembrem, ut Victor & Eutropius, probat Lampridius in Commodo. *Menses quoque in honorem ejus pro Augusto Commodum, Augustum pro Septembri, Herculeum pro Octobri,* &c. Ubi vide quæ a viris doctissimis notata sunt.

GRUTERUS.

7 *Mœnia Romana potentia vix digna*] Josephus Scaliger in Animadversionibus Eusebianis reponendum putabat, *Amœnia*, id est, loca vacantia in ambitu urbis. Glossarium ἀκτὰς vertit. Intelligit thermas Commodianas, de quibus & Lampridius: *Opera ejus, præter lavacrum, nulla exstant.*

ANNA.

7 Quod hic nemo probabit. Nam ut alia mittam, cur adjiceret Victor *Potentia vix digna.* Doctissimus Salmasius apud Lampridium in Commodo *Mœnia* hic interpretatur quælibet opera atque ædificia publica. Et verum est *Mœnia* quandoque ita esse accipienda; sed hoc loco vix adduci possum ut credam. Neque enim *Romana*; imo neque *potentia vix digna* Victor adjecisset. Quid igitur? mœnia Romana lavandi usui instituisse ait Commodum: quia Thermas juxta ea ad pedem scilicet montis Viminalis ædificavit.

SCHOTTUS.

8 *Ferrum objectum veronibus.*] Legendum Olivario videbatur, *cum ipse ferro objectus mucronibus plumbeis uteretur.* vel, *objectus vero mucronibus plumbeis*, &c. Quid si *peronibus*, vel, ut alibi scriptum, *veronibus*? Nic. Faber sic divinabat, *cum ipsi ferro objecto veronibus plumbeis uteretur.*

ANNA.

8 Mendose scriptus hic locus. Restituebat Lipsius. *Cum ipse ferro obtecto veronibus.* Ut mens sit mala fraude pugnasse Commodum, & velut lusoriis armis uteretur, usum veris, ferrum enim obduxisse dumtaxat laminis e plumbo: Cum gladium ipsum putarent esse e plumbo. Hæc Lipsius, sed nimis dure. Salmasius apud Lampridium. *Cum ipsi ferro obtecto mucronibus plumbeis uterentur.* Gladiatores, cum quibus pugnabat Commodus, *plumbeos* tantum *mucrones* habebant, aut *ferrum* cujus in extremo erant *mucrones plumbei*; sed non placet, non enim gladiatorum tantum; sed etiam Commodi arma describit Victor: legendum omnino: *Cum ipse ferro, objectus veronibus plumbeis, uteretur.* Lucenti *ferro* utebatur in pugna Commodus, gladiatores *veronibus plumbeis* quibus fidenter se *objiciebat.*

SCHOTTUS.

9 *Scæva nomine.*] MSS. *sæva.* hinc error supra librariis objectus, ut *Sæva a principio* scripserint, tanquam proprium nomen *Sæva* fuerit, qui Commodus est.

GRUTERUS.

10 *Pugnandique arte pervidens*] Non inepte Sylburgius *perfidens*, sive adeo *præfidens.*

SCHOTTUS.

10 Ego puto legendum *pugnandique arte pervigens* vel *perurgens.*

11 *Gla-*

deterruit, qui ſpreto [11] gladio, quem inutilem cernebat, ſufficere utrique ait, quo armabatur [12] ipſe.
6 Eo metu, ne inter congreſſum, uti ſolet, extorto pugione conficeretur, Scævam removit, atque ad alios formidoloſior, in feras belluaſque fero-
7 ciam convertit. [13] Quis rebus cum inſatiabilem ſanguinis cuncti horreſcerent; [14] conjuravere (ne) in eum maxime [15] proximus, quippe *dominationi* adeo fidus nemo: ipſique ſatellites, dum inceſtam mentem [16] pravamque putant, & COMMODUM quidem primo occultatius veneno petivere, anno regni [17] tertio
8 fere atque decimo: [18] Cujus * fruſtrata [19] per cibum, quo ſe caſu repleverat; cum [20] tamen alvi dolorem cauſaretur, auctore medico, principe factionis, in
9 palæſtram perrexit. [21] Ibi [22] per miniſtrum ungendi (nam forte is quoque e conſilio erat) faucibus, quaſi arte

ANNA.

11 *Gladio.*] Suo ſcilicet, quia plumbeus erat.

12 *Ipſe.*] Commodus.

SCHOTTUS.

13 *Quis reus cum inſtabilem ſanguis*] Puto legendum, *quibus rebus cum inſatiabilem ſanguinis*.

14 *Conjuravere (ne)* legendum puto *conjuravere ire in eum*.

15. *Proximus quippe*] Forte *proximus quiſque dominationi*, vel *proximi quippe dominationi*.

ANNA.

15 Lege & diſtingue: *Conjuravere in eum proximus quiſque, dominationi adeo fidus nemo. Proximus quiſque:* nam Marcia, Lætus præfectus prætorio, & Eclectus cubiculi cuſtos, *conjuravere*.

SCHOTTUS.

16 *Pravamque*] forte *pronamque* pro *pravamque*. Quid ſi, *Dum incertam mentem pronamque putant?*

ANNA.

17 *Tertio fere atque decimo.*] Anno duodecimo, menſe octavo, die decimo quinto.

SCHOTTUS.

18 *Cujus fruſtratu.*] Lege: vel adde *cujus vis fruſtrata*.

ANNA.

19 *Ter cibum.*] Herodianus: ἢ τῆς προεγκειμένης τροφῆς ἅμα ποτῷ πολλῷ ἐξωθούσης τὸ φάρμακον, ἢ διὰ τὸ προλαμβανόμενον, ὅπερ εἰώθασι βασιλεῖς ἑκάστοτε πρὸ πάσης τροφῆς λαμβάνειν κώλυμα δηλητηρίων. Id eſt, *ſive ipſo cibo quem ante ſumpſiſſet, multaque mori potione virus expellente: ſeu quoniam principibus mos eſt, antequam cibum capiant, medicamento uti quo venena prohibeantur.*

SCHOTTUS.

20 *Tamen.*] Lege *tandem* pro *tamen*.

21 *Cibi.*] Repone *ibi*, vel *ubi*.

ANNA.

22 *Per miniſtrum ungendi.*] Qui athletas ungebat in gymnaſio. ἀλείπτην Græci vocant. *Palæſtritam* vocat infra Epitomiſta. Quia ſcilicet ἀλείπτης γυμναστὴς, etiam dicebatur, eratque Gymnaſii magiſter qui athletis exercendi leges dabat. Ut patet ex Ariſtotele & Plutarcho.

SCHOTTUS.

22 Narciſſum autem Commodi ſtrangulatorem vocat Spartianus, quem adeo leonibus poſtea objecerit: Herodianus lib. 1. extremo.

arte exercitii, [23] Pacchiorum [24] modo validius pressis, exspiravit. Quo cognito senatus, qui [25] ob festa Januariorum frequens [26] primo luci convenerat; simul plebes hostem Deorum atque hominum appellavere, radendumque nomen sanxere: confestimque Præfecto Urbi [27] AULO HELVIO PERTINACI imperium defertur.

23 *Pacchiorum.*] An *Tusciarum?* Amicissimus Olivarius *brachiorum.*

ANNA.

24 *Modo.*] Lege *nodo*. Brachiorum autem *nodum* dixit, quod Græci in palæstra ἅμμα vocant, Latini *nodum* & *nexum*, scilicet brachiorum circa collum implicationem & strangulationem Gloss. nexum, ἅμμα, ἐπὶ πάλης δεσμός. Vide Salmasium apud Lampridium.

25 *Ob festa Januariorum.*] Festum Calendarum *Januariarum* quo Romani invicem se colebant, & numismata alter alteri, cæteraque omnifariam munera, ut apud nos hodie, missitabant.

SCHOTTUS.

26 *Primo luci.*] Pro *prima luce* genere masculino, ut docent Fl. Charisius Sosipater & Non. Marcellus Plautus in Cistell.

Cum primo luci nisi ambo occidero.

Terent. Adelph.

Cæterum rus cras cum filio cum
primo luci ibo hinc.

Id est simulatque diluxerit. Et Cicer. III. Offic. *Luce claro in foro saltet*: sic enim legit Nonius. Idem Aul.


Luce claro diripiamus aurum matronis palam.

27 *Aulo Helvio.*] *Publius Ælius* vel *Helvius* aliis dicitur, hic *Aulus Helvius*.

CAPUT XVIII.

ARGUMENTUM.

Omnis doctrinæ, antiquissimis moribus, immodice parcus est, & jugulatur Aulus Helvius Pertinax.



1 HIC doctrinæ omnis ac moribus antiquissimis: c∞xlvi.
1 immodice parcus, Curios æquaverat Fabri-
2 ciosque. Eum 2 milites, quis exhausto jam, perdi-
toque orbe satis videtur nihil, impulsore Didio,
•3 fœde jugulavere 4 octogesimo imperii die.

ANNA.

1 *Immodice parcus.*] Capitolinus. *Et cum verbis esset affabilis, re erat illiberalis ac prope sordidus ut dimidiatas lactucas & carduos in privata vita convivis apponeret. & nisi quod ipsum esset edulium, quotquot essent amici novem libras carnis per tres missus ponebat.* Sed vide Dionem.

2 *Milites.*] Prætoriani.


3 *Fœde jugulavere.*] Vide Dionem, & Herodianum.

4 *Octogesimo Imperii die.*]Idem Eutropius; sed omnino imperavit diebus 87. siquidem Imperium suscepit ipsis Calendis Januariis an. U. 945. post C. 192. cæsus vero die 28. Martii. *Capitolinus.* imperavit mensibus II. diebus XXVII.

CAPUT XIX.

ARGUMENTUM.

Ex vigilum præfectura ad dominatus insignia procedit, urbani juris scientia præstat, cupito non diu potitur, & obtruncatur Didius Julianus.



1 AT DIDIUS, (an Salvius?) JULIANUS fre- c∞xlvi.
tus

SCHOTTUS.

1 *At Divus Ansalvius.*] Puto *an Salvius?* scripsisse hæsitantem & quærentem prænominis veritatem & narrationis qua misere excidit. Proavus illi fuit *Salvius* Julianus bis consul præfectus Urbi & Jurisconsultus. Orosius lib. VII. c. 16. Imperatorem Jurisconsultum facit, male.

tus Prætorianis, quos in societatem [2] promissis magnificentioribus perpulerat, [3] ex Præfectura Vigilum, ad insignia dominatus processit. [4] Genus ei perno- 2
bile, Jurisque urbani præstans scientia: quippe [5] qui primus [6] edictum, quod varie inconditeque a Prætoribus promebatur, in ordinem composuerit. Hinc- 3
que satis compertum, *cohibendæ cupidini*, ingenium ni juvet, eruditionem imbecillem esse. Cum præ- 4
ceptor & asper quidem, rectius vivendi, [7] in facinus processerit, [8] quod novo supplicio plectendum edide-

ANNA.

1 Dubitat Julianum *Didium* an *Salvium* vocet, cum a proavo paterno *Didio* Severo, *Didius*, a materno *Salvio* Juliano, *Salvius*, possit cognominari; Censet tamen vir maximus & omni politiori doctrina cumulatissimus Ægidius Menagius hic verba ista, *an Salvius*, adscititia esse: adi illum in amœnitatibus juris civilis p. 136.

2 *Promissis magnificentioribus.*] Nam vicena quina millia promiserat. Dio, & Spartianus.

3 *Ex præfectura vigilum.*] *Præfectus vigilum* dictus qui præerat 7. cohortibus *vigilum*, quas Augustus creaverat adversus incendia & nocturnos fures.

4 *Genus ei pernobile.*] Spartianus in hac vita: *Proavus fuit Salvius Julianus, bis Consul Præfectus urbi, & Jurisconsultus quod magis eum nobilem fecit.* Vide ibi doctissimum Casaubonum, qui totum stemma descripsit.

GRUTERUS.

5 *Qui primus edictum.*] Bene monitum Jureconsultis, nepoti tribui heic perperam ab auctore quod proavi fuerat. Consulatur Spartianus Casauboni.

ANNA.

5 Proavus enim ejus maternus Salvius Julianus, hoc Divo Hadriano Imperante. Eutropius. *Post eum Salvius Julianus Rempublicam invasit; Vir nobilis & Juris peritissimus; nepos Salvii Juliani qui sub Divo Hadriano perpetuum composuit edictum.* Censebat idem Ægidius Menagius hæc verba, *quippe qui primus edictum*, &c. esse interpretamentum quod ad τὸ *juris urbani præstans scientia*, sciolus quidam adnotaverit. Verum huic sententiæ repugnat quod sequitur. *Hincque satis compertum*, &c. Item *cum præceptor & asper quidem rectius vivendi.* Quod necessario ad superiora habet anaphoram: magistrum enim rectius vivendi vocat Julianum, quod *edictum* perpetuum, ut ipse opinabatur, composuerit.

6 *Edictum quod varie inconditeque a prætoribus.*] *Prætores* olim *edicta*, hoc est leges annuas scribebant, & quo *edicto* superioris anni *prætor* usus fuerat, eo insequens *prætor* fere non utebatur. Quare *varie inconditeque a prætoribus* promebatur: postea vero constitutum est ut *edictum* unum componeretur, ex quo omnes in posterum *prætores* perpetuo jus dicerent, quod idcirco *perpetuum* fuit appellatum. Hujus scriptor Salvius Julianus, maternus Juliani Imperatoris proavus.

7 *In facinus processerit.*] Dum Pertinacem occidit.

8 *Quod novo supplicio plectendum ediderat.*] Hæc certe de Juliano non capio. *In facinus processit quod novo supplicio plectendum ediderat.* An Julianus post cædem Commodi legem tulit quæ juberet parricidas *novis suppliciis* affici? dubito, neque id apud ullum auctorem legi. Lego;

ediderat: neque tamen cupito [9] potitus diu: Namque eum, acceptis ilico quæ acciderant, Septimius Severus, qui forte [10] Syriæ legatus, in extremis terris bellum gerebat, Imperator creatus, [11] pontem proxime Milvium acie devicit: missique qui fugientem insequerentur apud palatium [12] Romæ obtruncavere.

Lego: *Quod novo supplicio plectendum erat.*

9 *Potitus diu.*] Nam imperavit tantum mensibus duobus, diebus quinque.

10 *Syriæ legatus.*] Ex Herodiano tamen & aliis constat Severum non *Syriæ*; sed Pannoniis præfuisse. Nimirum hunc cum Pescennio Nigro, qui *Syriæ* præerat, confudit, qui ambo a Juliano eodem tempore descivere. Spartianus. *Ergo Pescennius Niger in Syria, Septimius Severus in Illyrico cum exercitibus, quibus præsidebant, a Juliano descivere.*

11 *Pontem proxime Milvium acie devicit.*] Eutropius. *Victus a Severo apud Milvium pontem interfectus in palatio.*


SCHOTTUS.

12 *Rome.*] Forte *prone*; vel *Romæ*, quod propius a vero abest: nam ad balneas Palatinas *Romæ* est interfectus.

CAPUT XX.

ARGUMENTUM.

Cohortes Prætorias militia eximit, Salvii nomen, scripta & facta, sed frustra, aboleri jubet, corrigendis moribus nimium clemens habetur, Pescennium Nigrum & Albinum mori cogit, Pertinacis cognomentum habet, nullo congressu nisi victor discedit, Persas subigit, Arabas in ditionem redigit, illorumque cognomento dicitur, Britanniam aggreditur, Tripoli gentes summovet, in suos severius animadvertit, studiis est deditus, & morbo exstinguitur Septimius Severus.



c∞XLVI. IGITUR SEPTIMIUS, Pertinacis nece, simul 1
flagitiorum odio, dolore, atque ira [1] commotior, [2] cohortes Prætorias statim militia exemit [3] cunctisque partium cæsis, [4] Helvium Senatus consulto inter Divos refert; [5] Salvii nomen, atque ejus scripta factave aboleri jubet: quod unum effici nequivit.
Tantum gratia doctarum artium valet, ut scriptori- 2
bus, ne sævi mores quidem, ad memoriam officiant:
Quinetiam mors hujuscemodi, ipsis gloriæ, exsecra- 3
tioni [6] actoribus est: Cum omnes, præcipueque po- 4
steri, [7] sic habent, illa ingenia nisi publico latrocinio, ac per dementiam, opprimi non potuisse. Quo 5
bonis omnibus ac mihi fidendum magis, [8] qui rure ortus, tenuique indocto patre [9] in hæc tempora vitam

SCHOTTUS.

1 *Commotior.*] MSC. *commodior*, male. videatur oratio Pertinacis lib. II. apud Herodianum.

ANNA.

2 *Cohortes prætorias.*] Eas quam longissime discedere jussit, indicta capitis pœna, si quis intra centesimum ab Urbe lapidem conspiceretur. Vide Herodianum qui fuse.

3 *Cunctisque partium cæsis.*] *Partium*, Pescennii Nigri scilicet, & Albini.

4 *Helvium inter Divos refert.*] Spartianus: *Pertinacem contra militum voluntatem in Deos retulit.*

SCHOTTUS.

4 Pertinacis cognomen etiam initio statim assumpsisse Herodianus auctor est, ut necis Pertinacis ultorem.

ANNA.

5 *Salvii nomen atque ejus scripta.*] Spartianus: *Salvii Juliani decreta jussit aboleri, quod non obtinuit.*

SCHOTTUS.

6 *Actoribus.*] *Auctoribus* legi etiam potest.

GRUTERUS.

6 Respexit ad isthæc Taciti de Cordo Cremutio: *Libros per Ædiles cremandos censuere Patres; sed manserunt occultati & editi. quo magis socordiam eorum irridere libet, qui præsenti potentia credunt exstingui posse etiam sequentis ævi memoriam. nam contra, punitis ingeniis crescit auctoritas: neque aliud externi reges, aut qui eadem sævitia usi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam pepererunt.* lib. IV. Annal. cap. 35. f.

ANNA.

7 *Sic habent.*] Sic existimant.

8 *Qui jure ortus tenuique indocto patre.*] Hæc corruptissima sunt. Emendavit Casaub. *Qui rure ortus tenui, atque indocto patre in hæc tempora vitam præstiti studiis tantum honestiorem. Quod equidem gentis nostræ reor, quæ fato quodam bonorum parum fœcunda, quos eduxit tamen cumque au[illegible]elsa suos habet.*

GRUTERUS.

8 Casaubonus faciebat *ortus tenui, atque indocto* &c. tentabam & ego, *qui rure ortus tenui, quamquam docto patre.*

ANNA.

9 *In hæc tempora.*] Sub Constantio & Juliano.

10 *Tan-*

6 tam præstiti, studiis [10] tantis honestiorem. Quod equidem gentis nostræ reor, [11] * quo fato quodam bonorum parte fœcunda, [12] quos eduxit tamen, quemque [13] ad celsa suos habet: [14] velut Severum ipsum, quo præclarior in Republica fuit nemo: [15] qui, quamquam exacta ætate, mortuum, [16] justitio, [17] elogioque lugendum sanxere: [18] astruentes [19] illum justum
7 nasci, aut emori minime convenisse. [20] Scilicet quod corrigendis moribus nimium, postquam ad veterum innocentiam, quasi mentium sanitatem, pervenerant,
8 clementem habuere. Ita honestas, quæ principio anxia habetur; ubi contigerit, voluptati luxuriæque est. Pescen-

ANNA.

10 *Tantis.*] Emendavit Casaubonus *tantum.*

SCHOTTUS.

11 *Quo fato....*] Legi etiam potest, *quæ fato, quodam, bonorum partu fœcunda, quos eduxerit, tamen quemque.* Scriptam tamen lectionem non damno.

ANNA.

11 Casaubonus, *parum fœcunda.*

12 *Quos eduxit tamen eumque.*] Casaubonus. *Quos eduxit tamen, cumque* Junge *quoscumque.* Horatius. *Quam rem cumque ferox.*

13 *Ad celsa habet.*] Id est, *ad celsa* promovet. hanc rem sui ipsius exemplo firmare potuit Victor, qui Pannoniæ secundæ Consularis præfuit, & multo post Urbi etiam præfectus fuit.

GRUTERUS.

13 An *adhibet*, aut aliud quid substituendum? Sylburgio placebat *subvehit.*

ANNA.

14 *Velut Severum ipsum.*] Hæc pendent a superioribus: *præcipueque posteri sic habent illa ingenia, nisi publico latrocinio ac per dementiam opprimi non potuisse; velut Severum ipsum*, &c.

SCHOTTUS.

15 *Qui, quamquam.*] *Quem quamquam* malim, si per libros liceret.

ANNA.

16 *Justitio.*] *Justitium* est Juris statio, cum ob luctum jus non dicitur.

17 *Elogioque.*] Id est, laudatione. Apud antiquos tamen & probos Latinitatis auctores semper *elogium* pro rationis redditione ponitur, cur aliquis vel laude, præmio, vel probro, vel pœna dignus sit.

SCHOTTUS.

18 *Astruentes.*] Forte *statuentes* scripsit Victor. vide Spartianum.

ANNA.

19 *Illum justum nasci.*] Lege: *illum aut nasci, aut emori minime convenisse.* Ex Spartiano in Severo: *De hoc senatus ita judicavit, illum aut nasci non debuisse, aut non mori.* Illud *justum* natum ex voce *justitio* quæ præcessit. Salmasius apud Spartianum.

20 *Scilicet quod.*] Hic rationem tantum reddit cur Severum emori minime decebat, quia scilicet Romani postquam ad veterum innocentiam quasi ad mentium sanitatem pervenerant, clementissimum illum corrigendis moribus experti sunt. Spartianus vero utramque rationem reddit, cur vel nasci, vel mori minime debebat. *Quod*, inquit, *& nimis crudelis, & nimis utilis Reipublicæ videretur.*



Peſcennium Nigrum [21] apud Cyzicenos, Clodium 9
Albinum [22] Lugduni victos coëgit mori: Quorum prior Ægyptum dux obtinens, bellum moverat, ſpe dominationis: Alter [23] Pertinacis auctor occidendi; cum [24] eo metu in Britannos, quam provinciam a Commodo meruerat, tramittere nitebatur; in Gallia invaſerat imperium. Horum infinita cæde crudelior habi- 10
tus, ac cognomento Pertinax: Quamquam [25] ob vitæ parſimo-

21 *Apud Cyzicenos.*] Apud *Cyzicum* ad Propontida victum fuiſſe Nigrum ſcribit Spartianus. *Deinde conflixit cum Nigro, eumque apud Cyzicum interemit, caputque ejus pilo circumtulit.* Herodianus vero apud Iſſicum ad Taurum montem.

22 *Lugduni.*] Idem Herodianus. Spartianus apud *Trinurtium.* Qui locus non procul *Lugduno.*

23 *Pertinacis auctor occidendi.*] Eutropius. *Sub eo etiam Clodius Albinus, qui in occidendo Pertinace ſocius fuerat Juliano, Cæſarem ſe in Gallia fecit.*

SCHOTTUS.

23 Quod literas Commodi in Albini odium idem Pertinax publicaſſet. Quare Albinus occidendi Pertinacis Juliano auctor fuit. Jul. Capitol. Albino. Eſt inf. Clodius quidam Balbinus, ut in Gordiano extr. notavimus.

ANNA.

24 *Eo metu.*] Quo propter cæſi Pertinacis invidiam tenebatur.

25 *Ob vitæ parſimoniam.*] Hæc ex Spartia[illegible] tranſcripſit Victor ut alia n[illegible] Sed hodie verba Spartiani [illegible]nutila ſunt. En tibi illa. *Deniqu[illegible] cognomentum Pertinacis, non tam [illegible]x ſua voluntate quam ex morum parſimonia videtur habuiſſe. Nam & infi[illegible]ita multorum cæde crudelior habitus & eum quidam ex hoſtibus,* &c. U[illegible]i illud *nam* nimis oſtendit aliquid in ſuperioribus omiſſum. Ridi[illegible]us enim ſit Spartianus, ſi dicat *Severum ex morum parſimonia Pertinacis cognomentum habuiſſe.* quod *infinita multorum cæde crudelior habitus*, at illud dicit tamen niſi aliquid turbatum fuiſſe fateamur. Ego quidem ex iſto Victoris loco Spartiano medicinam fieri debere arbitror,

parſimoniam [26] ſimilem, [27] ipſum magis adſciviſſe plures putent: nobis [28] mens ad credendum prona,
11 acerbitati impoſitum. Nam cum quidam hoſtium, quem tamen, [29] uti bellis civilibus ſolet, [30] conditio loci ad Albinum detulerat, cauſa expoſita, noviſſime concluſiſſet: [31] Quid, quæſo, faceres, ſi tu eſſes?
12 Ille reſpondit: Ea perferrem, quæ tu. [32] Quo dicto, factoque durius nihil bonis: cum ſanctique hujuſce-

bitror. nam & idem alibi ejuſdem ope & opera convaleſcit. Legendum: *Denique cognomentum Pertinacis non tam ex ſua voluntate ac morum parſimonia, quam ex acerbitate videtur habuiſſe. Nam & infinita multorum cæde crudelior habitus*, &c. Vide tamen ſi lubet quæ viri doctiſſimi notavere.

SCHOTTUS.

26 *Similem.*] Quid ſi *parſimoniam ſenilem* pro *ſimilem*. Avaritia enim *ſenum* propria. Et illud verbum in parcum & avarum apte cadit. Plautus Capteiveis:

Quid tu ais, tenaxne pater ejus?
TH. immo ædepol pertinax.

Et extrema Caſina: *quo argumento? OL. nimis tenax es.* qui verſus in libris quibuſdam abeſt: At auctori noſtro altera notio placuit. *Cognomentum Pertinacis non tam ſua voluntate quam ex morum parſimonia videtur habuiſſe.* Ælius Spartianus, qui hic adeo aut mutilatus aut corruptus, ut abſque libris veteribus & MSS. reſtitui poſſe deſperem; quos ubi nactus ero, auctores illos licet minorum gentium aggrediar.

27 *Ipſum.*] nomen ſcilicet *Pertinacis.*

28 *Metus.*] *Mens ad credendum* lege, non *metus*; licet in MSS. compareat.

29 *Uti bellis civilibus.*] Ut de Q. Ligario M. Tullius.

ANNA.

30 *Conditio loci ad Albinum detulerat.*] Id eſt, conditio loci ad Albini partes impulerat. Conditio loci, quia ſcilicet propter vicinitatem inter ejus partes verſari quotidie cogebatur.

GRUTERUS.

30 Ita eſt: ſæpe apud alium ſumus corpore, apud alium animo. deprehenſus enim aliquis, incendio bellico, quid, quæſo, faciat ſaluti ſuæ convenientius, quam ut eas ſequatur partes inter quas verſari cogitur? Egregie Ammianus de Juliani decreto lib. XXI. cap. 23. f. *Nigrinus, ut acerrimus belli inſtinctor, exuſtus eſt vivus. Romulus vero poſt eum & Saboſtius curiales, convicti, ſine reſpectu periculi, ſtudia ſeviſſe diſcordiarum, pœnali conſumpti ſunt ferro. reſidui omnes abierunt innoxii, quos in certaminum rabiem neceſſitas egerat, non voluntas. id enim æquitate penſata ſtatuerat placabilis Imperator & clemens.* Verum nos de ea neceſſitate abunde multa congeſſimus ad Taciti librum I. Annalium, capitis 55. extremo.

ANNA.

31 *Quid, quæſo, faceres, ſi tu eſſes.*] Lego: *Quid, quæſo faceres, ſi tu hic eſſes.* Captivus orationi ſuæ quam apud Severum habuerat, ut graves cauſas ſe habuiſſe doceret cur Albini partes ſequutus eſſet, ſubjecit, quid feciſſes, ſi eodem loco fuiſſes. Oſtendens ſe neceſſitate, non voluntate arma ſumpſiſſe. Sed reſpondit Imperator *ea perferrem quæ tu*, & ſtatim interfici eum juſſit.

GRUTERUS.

32 *Quo dicto factoque durius nihil bonis: cum ſanctique hujuſcemodi: &c.*] Caſaubonus noſter, *nihil: cum*

juſcemodi diſſenſiones, quamvis [33] ſtudioſius cœptas, fortunæ [34] increpent: [35] magiſque in protegendis, quam ad perdendum cives, verum corrumpi patiantur. [36] At iſte delendarum cupidus 13
factionum, quo deinceps mitius ageret, [37] neceſſitudinem facti ulciſci maluit, ne paullatim ſpe veniæ in labem publicam per conjurationes procederetur: ad quas vitio temporum [38] animos * intelligebat. neque ego abnuo [39] *ea delictorum* quæ graſſari immodice cœperint, [40] plus pæne quam ſevere excidenda eſſe. Felix ac prudens, armis præcipue: 14
adeo, ut [41] nullo congreſſu niſi victor diſceſſerit: auxeritque

eum boni ſanctique, hujuſcemodi, &c.

SCHOTTUS.

33 *Studioſius ceptas.*] Ita vet. lib. Reſtitue *ſtudio ſuſceptas.*

ANNA.

34 *Increpent.*] Id eſt, imputent, & omnem indignationem in eam vertant.

GRUTERUS.

35 *Magiſque, in protegendis, quam ad perdendum cives, verum corrumpi patiantur.*] Ergo nec boni ſunt, nedum ſancti, quibus alia omnia placent. & certum eſt non eſſe; uti luculenta diatriba oſtendi apud Livium lib. XXXII. capitis 22. ipſo fine, alteraque libro XLII. cap. 29. p. ſed & eandem æquitatem propugnavimus abunde ad illa Taciti lib. III. cap. 69. m. *Subierunt obſidium etiam feminæ; inter quas maxime inſignis Verulana Gracilia, neque liberos, neque propinquos, ſed bellum ſequuta.*

ANNA.

35 *In protegendis civibus verum corrumpi patitur* V. G. Imperator qui quamvis ſciat cives ſuos voluntate ſua, nulla alia neceſſitate contra ſe arma ſumpſiſſe? iis tamen veniam indulget, quaſi id neceſſitate compulſi fecerint. Contra *ad perdendum cives*, qui eos jubet interfici, quaſi voluntate ſua arma ſumpſerint, etſi ſciat eos neceſſitate impulſos feciſſe.

36 *At iſte delendarum.*] Spartianus. *Fuit præterea delendarum cupidus factionum.*

37 *Neceſſitudinem facti.*] Eleganter *neceſſitudinem facti*, vocat omnes factionis conſcios.

SCHOTTUS.

38 *Animos intelligebat.*] omiſſum forſitan a librario *proclives, pronos, inclinari*, vel aliud ſimile. Quid ſi *intendebant* pro *intelligebat?* ſed conjectura duntaxat.

GRUTERUS.

38 Ego loco ſubveniebam ſyllaba addita, *animatos intelligebat*; aut adeo *animoſas intelligebat.*

SCHOTTUS.

39 *Ea delictorum.*] *Eadem lictorum* erat in eodem, ex qua lectione nihil fui elicere.

ANNA.

40 *Plus pæne quam ſevere.*] Id eſt, *ſeveriſſime.*

41 *Nullo congreſſu niſi victor.*] *Prope a nullo congreſſu niſi victor, Perſarum Regem Abgarum ſubegit, Arabas in ditionem accepit. Adiabenam in tributarios coegit. Britanniam (quod maximum ejus Imperii decus eſt) muro per tranſverſam Inſulam ducto, utrimque ad finem Oceani munivit, unde etiam Britannici nomen accepit. Tripolin, unde oriundus erat, contuſis bellicoſiſſimis gentibus ſecuriſſimam reddidit.* Spartianus. Quæ integra poſui ut cum his Victoris conferantur.

42 Rege

xeritque Imperium, subacto Persarum [42] Rege no-
15 mine Agarro. Neque minus Arabas, simul adortus
16 ut est, in ditionem redegit, provinciæ modo. [43] A-
diabena quoque, ni terrarum macies despectaretur;
17 in tributarios concessisset. Ob hæc tanta [44] Arabi-
cum, Adiabenicum, & Parthici cognomento Patres
18 dixere. His majora aggressus, Britanniam, [45] quæ
ad ea utilis erat, pulsis hostibus, [46] muro munivit,
[47] per transversam insulam ducto, utrimque ad finem
19 Oceani. Quinetiam [48] Tripoli, [49] cujus Lepti opido
20 oriebatur, bellicosæ gentes summotæ [50] procul. quæ
factu

SCHOTTUS.

42 *Rege Agarro.*) Non me fugit *Abagarum* ab Ælio Spartiano appellari: verum quia de lectionis illius integritate etiam Baptista Egnatius dubitat, exempli veteris scripturam bona fide repræsentavi.

GRUTERUS.

42 Non dubitandum de integritate lectionis Spartianeæ, rescribendumque *Abgaro.* visantur modo Animadversiones Casauboni.

ANNA.

43 *Adiabena.*] Assyriæ regio.

44 *Arabicum, Adiabenicum, Parthicum.*] Vetus inscriptio: L. SEPTIMIUS. SEVERUS. PIUS. PERTINAX. AUG. ARABIC. ADIABENICUS. PARTHICUS. &c.

SCHOTTUS.

45 *Quæ ad ea utilis.*) Olivarius vestigiis MSS. inspectis *quoad utilis erat*, reponebat. Nos, *quæ ad eo utilis*, tentaveramus.

ANNA.

45 Optime Salmasius apud Spartianum. *Quod ea utilis erat.* Respexit enim Victor ad id quod dixerat de Adiabena quam despexit propter terrarum maciem Severus, nec propterea tributariam fecit, at Britanniam, *quod ea utilis esset*, muro transverso munivit.

GRUTERUS.

45 Non male Olivarius, quamvis poterat adhuc retineri syllaba *ea*: quam tamen Casaubonus mutabat in *ei.*

ANNA.

46 *Muro.*] Cespititio scilicet. *Muri* similes *valli* proprie dicuntur. Quare infra Epitomista vocat hunc murum, *vallum per* XXXII. *passuum millia a mari ad mare deduxit.* Spartianus utrumque posuit *murum & vallum*, quasi dubitans utro modo appellaret.

SCHOTTUS.

47 *Per transversa inter insulam.*) Emendavi primum ab ingenio quomodo excudendum curavi; mox a Spartiano totidem verbis eadem scribente meam conjecturam confirmari libenter legi. Non illud silentio prætereundum, integram hanc paginam, quod mirere, in Spartiano legi, quem cum his comparans lector, oleum operamque bene collocatam existimet. Videbit sane quantum sibi scriptores antiqui in alienis mutuandis indulserint.

ANNA.

48 *Tripoli.*] *Tripolis* & Urbis & regionis Africæ nomen est. Hic pro regione sumitur.

49 *Cujus Lepti opido.*] Tripolis *opidum Leptis* ad Cyniphum fluvium.

SCHOTTUS.

50 *Proculque factu.*] Lego *procul, quæ factu.* Recte mea quidem sententia, & ad Spartiani sensum accommodate.

51 Fa-

factu ardua , [51] facilius eo patrabantur , quo impla-
cabilis delictis strenuum quemque præmiis extolle-
bat. Denique [52] ne parva latrocinia quidem impu- 21
nita patiebatur , in suos animadvertens magis : quod
vitio Ducum , aut etiam [53] Præfectorum fieri vir .
experiens intelligeret : [54] Philosophiæ , declamandi , 22
cunctis postremo [55] liberalium deditus studiis : idem-
que [56] abs se texta [57] ornatu & fide paribus compo-
suit. Legum conditor longe æquabilium. Huic tan- 23
to domi , forisque , [58] uxoris probra summam gloriæ
dempsere : quam adeo famose amplexus est , uti co-
gnita libidine , ac ream conjurationis , [59] retentarit.
Quod cum infimo turpe , tum potentibus ; & illi ma- 24
gis cui non privati , neque singuli , aut flagitiosi ; ve-
rum Imperia , exercitus , atque [60] ipsa vitia concessere :
[61] Nam

51 *Facilius ea patrabantur, quo implacabilis delictis.*] Forte , *eo* , & *quo implacabilior delictis.*

ANNA.

51 Spartianus. *Idem cum implacabilis delictis , tum ad eligendos industrios quosque judicii singularis.*

52 *Ne parva quidem latrocinia .*] *Latronum ubique hostis.* Spartianus.

SCHOTTUS.

53 *Præfectorum.*] MSC. *Perfectionem* scripserat , unde *per factionem* , vel quod huc magis pertinet, *præfectorum* effici potest. lector viderit.

ANNA.

54 *Philosophiæ , declamandi , cunctis.*] Spartianus. *Philosophiæ ac dicendi studiis satis deditus , doctrinæ quoque nimis cupidus.*

SCHOTTUS.

55 *Liberalium.*] *Artium* exaudiendum.

GRUTERUS.

56 *Abs se texta.*] Emendabat Casaubonus noster , *abs se gesta.*

ANNA.

57 *Ornatu & fide paribus composuit.*] Libros vitæ suæ privatæ & publicæ scriptos reliquerat Severus, quos *pari ornatu ac fide* scripsisse dicit Victor. Et Spartianus. *Vitam suam privatam publicamque ipse composuit ad fidem , solum tamen vitium crudelitatis excusans.* Aliter tamen de illis Severi commentariis sentit Dio , qui *fidei* Severum non usquequaque litasse in illa scriptione ostendit his verbis : λέγω γὰρ, inquit , οὐχ ὅσα ὁ Σεβῆρος ἔγραψεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο. *Dico enim non quacumque Severus scripsit , sed quacumque vere facta sunt.* Si enim recte hæc verba interpreteris , alia loquebatur veritas , alia scripserat Severus

SCHOTTUS.

58 *Uxoris probra.*] Juliæ. *Domi tamen minus cautus , qui famosam adulteriis Juliam uxorem tenuit , etiam conjurationis consciam.* Spartianus.

59 *Retentarit.*] In MSC. scriptum compendio , pro *retentaverit.*

60 *Cui ipsa vitia concessere.*] Qui *vitia* superasset. Doctissimus Olivarius *pedum vitium* intelligit , quo laborabat Severus , ut Lampridius *vitium concionis* dixit de surdastro.

ANNA.

60 Nimium tribuit Afro Imperatori Afer scriptor , cum ait *ipsa vitia*

25 [61] Nam [62] cum pedibus æger bellum moraretur, id-
que milites [63] anxie ferrent, ejuſque filium Baſſia-
num, qui Cæſar una aderat, Auguſtum feciſſent; in
tribunal ſe ferri, adeſſe omnes, Imperatoremque ac
Tribunos, Centuriones ac cohortes, quibus auctori-
26 bus acciderat; ſiſti, [64] reorum modo, juſſit. [65] Quo
metu ſtratus humi victor, cum [66] tantorum exerci-
tus veniam precaretur: [67] Sentitiſne, inquit, pulſans
manu,

vitia illi *conceſſiſſe*. Magnus revera princeps Severus, quique ſeveritate ſua reformavit multa in melius, quare etiam *fundator Imperii* in quadam inſcriptione nominatur. *Caſaubonus apud Spartianum.*

61 *Nam.*] Lege: *Jam.* Caſaubonus.

62 *Cum pedibus æger bellum moraretur.*] Ad verbum ex Spartiano, aliquibus tamen immutatis, quare non parcam ponere, ut, quid ſibi Victor permiſerit, animadvertas. *Idem cum pedibus æger bellum moraretur, idque milites anxie ferrent, ejuſque filium Baſſianum, qui una erat, Auguſtum feciſſent, tolli ſe atque in tribunal ferri juſſit: adeſſe deinde omnes tribunos, centuriones duces, & cohortes, quibus auctoribus id acciderat: ſiſti deinde filium qui Auguſti nomen acceperat, quumque animadverti in omnes auctores facti præter filium juberet; rogareturque omnibus ante tribunal proſtratis, caput contingens ait, tandem ſentitis caput imperare, non pedes.* Sed quod hic ſcribunt & Spartianus & Victor milites Baſſianum Auguſtum appellaſſe & feciſſe, invito ipſo & inſciente Severo, prorſus falſum eſt: quippe jam ante, poſt bellum Parthicum, conſentiente patre appellatus eſt Imperii particeps Baſſianus, ut idem Spartianus: qui vero particeps Imperii, is omnino & Auguſtus cenſebatur. Puto hoc commentum eſſe Maximi, a quo hanc fabulam hauſerunt Spartianus & Victor. Hæc *Salmaſius* pluribus *apud Spartianum.*

SCHOTTUS.

63 *Anxie ferrent.*] Ita legendum ex Spartiano, qui ad verbum gemina ſcribit.

64 *Eorum modo.*] In MSC. eſt, quod neſcio an cæteris, mihi certe non ſatisfacit. *reorum modo* tentabam.

ANNA.

65 *Quo metu ſtratus humi victor.*] Tranſpoſita pro: cum tantorum *victor* exercitus *ſtratus humi* veniam precaretur.

SCHOTTUS.

66 *Tantorum veniam.*] Vetus ſcriptura; ſed ad numerum ne, an ad delicti & perſonarum qualitatem referendum? Doctiſſimus Olivarius *factorum* rectum putabat.

GRUTERUS.

67 *Sentitiſne, inquit, pulſans manu, caput potius quam pedes imperare.*] Videtur excidiſſe vox, biſque ſcribenda, hoc modo, *manu caput, caput potius quam.* quomodo item video placuiſſe Caſaubono; lætorque earum illud caput mecum conſpirare: ſum enim longe diverſus ab eis, qui in emendatiunculas haſce adeo ſcrupuloſe inquirunt, a ſene primum, an ab alio prius conceptæ natæque ſint, tanquam ſi eorum forent filiæ, magnamque etiam ipſis paraturæ forent hæreditatem. cujus frigidiſſimi certaminis, ita me profecto pudet, ut cæcus eſſe cuperem ac ſurdus, ne id aut viderem aut audirem; niſi puſillas illas animas arbitrarer, videri magis Criticos, quam

manu, *caput potius*, quam pedes imperare? Neque 27
multo post Britanniæ municipio, cui Eboraci nomen,
[68] annis regni duodeviginti [69] morbo exstinctus est.
[70] Ortus Mediæ humili, primo literis, deinde imbu- 28
tus foro: [71] quo parum commodante, uti [72] rebus
artis solet; dum tentat, aut exquirit varia meliora-
que; conscendit Imperium. Ibi graviora expertus, 29
laborem, curas, metum, & incerta prorsus omnia:
quasi testis vitæ mortalium, [73] *cuncta*, inquit, *fui*;
conducit nihil. Funus quod liberi Geta Bassianus- 30
que Romam detulerant; mire celebratum, illatum-
que

quam esse; imo ne videri quidem, nisi sibi.

ANNA.

67 Sed brevitas hujus Scriptoris, propter quam multis etiam locis obscurus est, non patitur hanc vocem repeti, quæ subintelligi eleganter possit. Salmasius distinguebat: *pulsans manu caput, potius imperare.* Sed nihil omnino, vel in distinctione, vel in verbis mutandum est.

68 *Annis regni duodeviginti.*) Idem Herodianus & Spartianus. Sed imperavit tantum an. 17. menses 7. dies 3.

69 *Morbo.*) Arthridite. Infra in Epitome.

SCHOTTUS.

70 *Ortus Mediæ humili.*) Olivarius legendum putabat *ortus enim ex humili*, ex Lampridii Severo. quid si ut Nicolaus Faber *ortus familia humili*, seu potius *ortus in æde humili?* MSC. enim *Mediæ humili:* qualis sitne in agro Leptitano vicus aliquis *Media* dictus, ignorare me fateri non pudet; nec cur pudere debeat video. Infra sane sic loquutus de Alexandro n. 1.

GRUTERUS.

70 Alii aliter: ego suspicabar legi posse; *Ortus medio humili*, ut velit e medio hominum statu, quamvis & eo humiliore ortum; tanquam nimirum parentes neque domi nobiles fuerint, neque a fæce plebis. sic Victoris Epitome cap. 35. *genitus patre mediocri.*

ANNA.

70 Salmasius. *Ortus Mediæ humilis.* Id est, *ortus mediocriter humilis.* Casaubonus: *Ortus Lepti ex humili patre.* Ante vocem *primo* omiserat librarius τὸ *pre* hoc est *patre.* in voce corruptissima *Media*, ex L. M. actum M. & ex p. inverso, d.

GRUTERUS.

71 *Quo parum commodante, uti rebus artis solet; dum tentat aut exquirit varia, &c.*) Ne ambiguus sit sermo, legendum distinguendumque, *uti rebus arctis solet, dum* &c. res enim arctæ in causa, cur quidvis tentaret Severus.

SCHOTTUS.

72 *Res artæ* (sic enim MSS. fere & meliores libri. vulgati *arctæ*) sunt angustæ & modicæ.

ANNA.

73 *Cuncta*, inquit, *fui*, *conducit nihil.*) Spartianus. *Hujus dictum est cum eum ex humili per literarum & militiæ officia ad Imperium plurimis gradibus fortuna duxisset. Omnia*, inquit, *fui*, *& nihil expedit.* Et his verbis Severus quæcumque de rerum humanarum vanitate Salomon scripsit in divino illo libello qui Ecclesiastes inscribitur, amplexus est.

74 Ad

31 que Marci sepulcro: [74] * adeo percoluerat, ut ejus gratia Commodum inter Divos referri suaserit, fratrem appellans; Bassianoque Antonini vocabulum [75] addiderat: quod [76] ex illo post multos dubiosque eventus, [77] auspicia bonorum cepisset patrocinio
32 fisci. [78] * deinde laborantibus [79] secundarum initia earumque [80] auctores memoriæ sunt.

At

SCHOTTUS.

74 * *Adeo percoluerat....)* Asterisco notare satis habui dum jactura sarciatur, & lacunæ Victoris impleantur ex alio exemplari, quale in Ubiis Coloniæ Agrippinæ apud Jo. Metellum Sequanum esse audio ex bibliotheca Corn. Gualtheri v. c. Spartianus: *quem ex omnibus Imperatoribus tantum coluit, ut & Commodum in divos referret.* Hinc hiatum implendum censeo, ut *hunc*, vel, *quem adeo percoluerat*, legas. Iterum Spartianus; *Iratus Senatui Severus Commodum inter Divos referendum esse censuit, quasi hoc genere se de Senatu posset ulcisci, primusque inter milites Divum Commodum pronuntiavit,* Post: *Commodum in Senatu & concione laudavit: Deum appellavit: infamibus displicuisse dicit.*

75 *Addiderat.)* Potest & *indiderat* legi.

ANNA.

76 *Ex illo.)* Antonino.

77 *Auspicia honorum cepisset, patrocinio fisci.) Patrocinium fisci, honorum auspicium* vocat, quia is primus officiorum & *honorum* gradus fuit. Spartianus in Geta in hac historia: *Dicunt aliqui non in Marci honorem tantum Antonini nomini delatum, cum id Marcus adoptivum habuerit; sed in ejus qui Pius cognominatus est, Adriani scilicet successoris: Et quidem ob hoc quod Severum ille ad fisci advocationem delegerat ex formulario forensi, quum ad tantos processus ei patuisset dati ab Antonino primi gradus, vel honoris auspicium.* Advocatum autem fisci eligebant Imperatores ex corpore advocatorum qui in diversis foris postulabant.

SCHOTTUS.

78 * *Deinde laborantibus.)* Labes rursum hic & hiatus, aut mire salebrosus locus, ut depositus & deploratus esse videatur. Quare veteri more ante januam colloco, si forte a prætereunte curari queat: dubites enim rectiusne *deliberantibus*.

GRUTERUS.

78 Casaubonus tolli posse putat asteriscum, dum modo rescribatur, *proinde laborantibus*, ut *proinde* ponatur pro *adeo*, quemadmodum idem infra dixerat in Caro: *proinde arduum, fatalia devertere.* videatur ipse: absit enim ut non eam pedibus in ejusdem sententiam.

ANNA.

78 Sensus est, Severus Bassianum filium Antoninum vocavit ejus Antonini gratia ex quo fisci patrocinium, honorum auspicium suscepit, adeo novis hominibus primus mitioris fortunæ gradus ejusque auctores memoriæ adhærent. *Laborantes* vocat Victor novos homines qui emergere laborant.

79 *Secundarum initia* vocat primum illum honorum gradum, per quem emergere incipiunt.

80 *Secundarum auctores* vocat eos, qui primi jacentes attollunt & producunt.

SCHOTTUS.

80 Dubites rectiusne *earum quæ adjutores* legas. Quid si referamus ad ea quæ Codice scribuntur de proximis sac. scrinior. l. hac leg. Item de palatinis sacrarum largitionum, l. Scriniis. sed hæc refero ad ætatis nostræ Papinianum Jacobum Cujacium doctorem meum.

81 Te-



At [81] posteri, [82] quasi bellum inter se mandatis 33
accepissent, confestim secessere. Ita Geta, [83] cui
nomen paterno ab avo erat, [84] cum ejus modestiore
ingenio frater angeretur, obsessus interiit. Quæ vi- 34
ctoria [85] Papiniani exitio fœdior facta, ut sane putant
memoriæ curiosi: quippe quem ferunt illo tempore
[86] Bassiani scrinia curavisse, monitumque, uti mos
est,

ANNA.

81 *Posteri.*) Geta & Bassianus.

GRUTERUS.

82 *Quasi bellum inter se mandatis accepissent.*) Id est, *mandatum* eis esset *bellum* ultima parentis voluntate. quemadmodum Dido apud Virgil. lib. IV. Æneid. versu 622.

Tum vos, ô Tyrii, stirpem & genus omne futurum
Exercete odiis; cinerique hæc mittite nostro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera sunto, &c.

ANNA.

83 *Cui nomen paterno ab avo.*) Nam Severi pater *Geta* vocabatur.

84 *Cum ejus modestiore ingenio.*) Hanc Getæ *modestiam*, *humilitatem* vocat Spartianus in Antonino Caracalla. *Fratrem magna ejus humilitate despexit.*

SCHOTTUS.

85 *Papiniani exitio.*) Refellit Spartianus & fabellam vocat, quod Præfecti non esset orationem dictare: sed quasi fautorem Getæ cum pluribus occisum. In Caracalla, Severo, & Geta. vide & Zosimum lib. I. hist. Novæ. ubi & de Ulpiani I. C. exitio. Illius exstare Romæ in urna argentea dicitur hæc Inscriptio:

ÆMILIO. PAULLO. PAPINIANO. PRÆFECTO. PRÆTORIO. JURISCONSULTO. QUI. VIXIT. ANNOS. XXXVI. DIES. X. MENS. III. PAPINIANUS. HOSTILIUS. EUGENIA.
GRACILII. TURBATO. ORDINE. IN. SENIO. HEU. PARENTES. FECERUNT. FILIO. OPTIMO.

ANNA.

86 *Bassiani scrinia curavisse.*) Scrinia loculi & capsæ, in quibus principis acta quæ ad jus pertinent, asservantur. Quibus qui præfecti erant, *Scriniorum magistri* dicebantur. Fuere item *scrinia* alia quorum alia *Scrinia memoriæ: Scrinia epistolarum: Scrinia libellorum: Scrinia dispositionum: Scrinia largitionum:* Quæ singula suos habuere præfectos,

est, [87] destinando Romam quam celerrime componeret, [88] dolore Getæ dixisse; haudquaquam pari facilitate velari parricidium qua fieret: Idcirco morte affectum. Sed hæc improbe absurda sunt, cum constet satis, [89] Præfecturam Prætorio gessisse, [90] neque incondite illum virum tantam contumeliam imponere potuisse, cui amori [91] ac magisterio erat.

CA-

ctos, qui *magistri memoriæ*, *magistri epistolarum*, *magistri libellorum* &c. dicebantur. Libellorum autem *scrinia curavisse* sub Severo Papinianum cognoscitur ex L. rescriptum, 12. D. de distr. pig. quamvis hic Victor eum *scriniorum Magistrum* videtur intelligere.

SCHOTTUS.

87 *Destinando Romam.*) Credidi aliquando scripsisse Victorem, *dictando orationem quam celerrime componeret*; cujus conjecturæ nondum me pœnitet. *orationem* alii exaudiunt, alii *destinanda* legunt.

ANNA.

87 Et ita optime Casaubonus apud Spartianum. Nam existimat Victor patratam cædem Getæ, priusquam ex Britannia Romam ambo fratres reverterentur; cum tamen certum sit occisum Getam Romæ in Palatio, nec confestim; sed cum annum unum diesque XXII. cum fratre Imperium obtinuisset. Sed fuere qui aliter traderent historiam ejus cædis. Per *destinanda Romam* orationem intellige qua & in senatu & ad populum facinus dilueret Papinianus. Spartian. *Multi dicunt Bassianum occiso fratre illi (Papiniano) mandasse, ut & in senatu pro se & apud populum facinus dilueret: Illum autem respondisse non tam facile parricidium excusari posse, quam fieri.*

88 *Dolore Getæ.*) Id est, quem ex occiso *Geta* perceperat. Desiderio *Getæ*.

89 *Præfecturam prætorio gessisse.*) Quo nomine orationem dictare non poterat, ut addit Spartianus. Imperatores enim non solebant *præfectorum prætorii* ingenio formare aut epistolas, aut orationes. Nam vel quæstores ipsorum, & qui scrinia curabant, eas componebant, vel qui erant ab epistolis. Vel interdum dicendi magistri, nisi etiam ipsi suopte ingenio scriberent.

GRUTERUS.

90 *Neque incondite illum virum, &c. cui amori & magisterio erat.*) Legendum videbatur Casaubono, immissa adhuc negatione, & addito nomine, *Neque non incondite, &c. qui amori & magisterio Getæ erat.* ego heic nihil video, nihil explico, quod tolerabilem constituat sententiam.

ANNA.


90 Recte Casaubonus. Ait Victor virum illum, nempe Bassianum, non potuisse, non incondite adeo contumeliosam provinciam, dictandi scilicet orationem qua cædem Getæ excusaret, imponere ei, qui Getæ amori ac magisterio fuerat.

91 *Ac magisterio erat.*) Dubito an hic Papinianum libellorum Getæ *magistrum* fuisse dicat, an revera *magistrum*; id est, doctorem, rectorem, quippe cui præcipue & Antoninum, & Getam a Severo commendatum scribit Spartianus.

CAPUT XXI.

ARGUMENTUM.

Caracalla dicitur, Alamannos devincit, Juliam novercam conjugem affectat, Ægypti sacra Romam deportat, urbem operibus auget, & moritur Antoninus.



C. LXV. CÆTERUM [1] ANTONINUS incognita munerum specie urbem Romanam [2] adjiciens, quod indumenta in talos dimissa largiretur, [3] *Caracalla* dictus: cum pari modo [4] vesti Antonianas nomine suo 1
daret.[5] Alamannos gentem populosam, [6] ex equo mirifice 2

ANNA.

1 *Antoninus.*] Imperium suscepit an. U. C. 963. post C. 211.

SCHOTTUS.

2 *Adjiciens.*] Pro augens: forsitan *adiens*.

GRUTERUS.

2 Fortasse legendum *adficiens*, vel adeo *adliciens*, quod & Casaubono nostro venerat in mentem.

ANNA.

3 *Caracalla dictus.*] A *caracallis* quas populo largiebatur. *Caracalla* a *calaca*, unde nostrum *casaca*. *Caracallas* primus talares fecit Antoninus quæ antea breviores erant, easque de nomine suo Antonianas vocavit.

SCHOTTUS.

4 *Vesti Antonianas.*] Puto legendum, *Vestes Antoninianas*: ut *Thermas Antoninianas* appellat Eutropius.

ANNA.

4 Verissime Casaubonus *Cum pari modo vesti Antonianæ nomen e suo daret.* Caracallas de suo nomine Antoninus Antonianas appellavit. Spartianus. *Ipse Caracalli nomen accepit a vestimento quod populo dederat, demisso usque ad talos, quod ante non fuerat, unde hodieque Antoniana dicuntur caracallæ hujusmodi, in usu maxime Romanæ plebis frequentatæ.*

5 *Alamannos.*] Unde & ipse se *Alemannicum* vocavit. *Alemanni* autem Germaniæ populi ad Mœnum amnem; & hi diu a Germanis distincti, postea vero circa Constantini tempora toti Germaniæ nomen dedere, quæ ab illis *Alemannia* dicta, hodieque ita dicitur.

6 *Ex equo mirifice pugnantem.*] At-

rifice pugnantem, prope Mœnum amnem devicit:
patiens, communis, tranquillusque: pari fortuna, &
3 eodem matrimonio, quo pater: Namque [7] Juliam
novercam, cujus facinora [8] supra memoravi, forma
captus, [9] conjugem affectavit, cum illa factiosior,
aspectui adolescentis, præsentiæ quasi ignara, semet
dedisset [10] intecto corpore, afferentique, Vellem, si
liceret, [11] uti: petulantius multo (quippe [12] quæ pu-
dorem velamento exuerat) respondisset; [13] libet? pla-
4 ne licet. [14] Ægypti sacra per eum deportata Romam,
atque aucta Urbs magno accessu [15] Viæ novæ, &
[16] ad

Atque etiam nunc tota illa gens ex equo mirifice pugnat.

7 *Juliam novercam.*] Severus duas habuit conjuges, priorem Martiam, alteram *Juliam*. Quarum quæ Caracalli mater fuerit diversæ veterum sententiæ. Victor priori natum putat, idemque Spartianus & Eutropius. At Dio Cassius & Herodianus *Juliæ* vere filium credidere. Et ex hac varietate factum est, ut de ejus vitæ etiam tempore dubitetur. Qui enim Martiæ filium faciunt, eum ajunt vixisse annis XLIII. qui *Juliæ*, annis ferme triginta, ut infra in Epitome. At Dio Cass. an. XXIX. Sed Dioni potius videtur habenda fides. Qui & Antoninum vidit, & propius ac familiarius cum eo loquutus est. Plura Casaubonus apud Spartianum in Caracallo.

8 *Supra memoravi.*] In Severo: *Huic tanto domi forisque uxoris probra summam gloriæ dempsere.* &c.

9 *Conjugem affectavit.*] Idem Spartianus.

SCHOTTUS.

10 *Intecto.*] MSC. *intellecto*, male.

11 *Uti.*] Redundare videtur.

12 *Quæ pudorem velamento exuerat.*] Deesse videtur *si libet.* Apud Herodotum Clio de uxore Candaulis Gyges: *ἅμα κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή*: *Mulier cum tunica pudorem ponit.*

ANNA.

13 *Libet? plane licet.*] Huic exe-erando Juliæ responso addit Spartianus. *An nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere?*

SCHOTTUS.

14 *Ægypti sacra.*] Ea sunt Isidis, quæ aut primus Romam deportavit, aut celebritati eorum majorem reverentiam addidit.

ANNA.

14 Spartianus. *Sacra Isidis Romam deportavit & templa ubique magnifica eidem Deæ fecit.* Sed & ante Antoninum Commodus Romæ *sacra Isidis* coluit. Quam contrarietatem advertens Spartianus subjungit: *In quo quidem mihi mirum videtur, quemadmodum sacra Isidis primum per hunc Romam venisse dicantur, quum Antoninus Commodus ita ea celebraverit ut & Anubim portaret & pausas ederet, nisi forte iste addidit celebritati, non eam primus invexit.* Doctissimus Casaubonus putat Spartianum & Victorem hic sequutos esse errorem Marii Maximi quem studiose transcribunt. Vel alium, quicumque is fuerit, qui hoc primus scripsit.

SCHOTTUS.

15 *Viæ novæ.*] Non illius quæ a Velabro inter Capitolium & Palatinum montem ducebat in forum, de qua Ovid. VI. Fastor.

Qua via Romano nunc nova juncta foro.

Sed quæ prope Severi Septizonium de-

[16] ad lavandum abſoluta opera pulcri cultus. Quibus confectis cum Syriam [17] circumgrederetur, [18] anno potentiæ ſexto [19] moritur. Corporis reliqua luctu 6
publico relata Romam, atque [20] inter Antoninos funerata ſunt.

declinans ab Appia Aventinum verſus, & rurſus in eam ſub Thermis Antoninianis incidens inter plateas Romanas omnium fuit pulcerrima.

ANNA.

15 Spartianus. *Idem viam novam munivit quæ eſt ſub ejus Thermis. Quo pulcrius inter Romanas plateas non facile quidquam invenias.*

SCHOTTUS.

16 *Ad lavandum.*] Tanta mole & artificio ſtructæ hæ Thermæ fuerunt, ut etiam docti architecti tales fieri poſſe negarent. Idem Spart. Caracalla.

ANNA.

16 Thermæ Antonianæ, in latere Aventini via Ardeatina. Spartian. *Opera Romæ reliquit Thermas nominis ſui eximias, quarum cellam olearem architecti negant poſſe ulla imitatione qua facta eſt, fieri. Nam ex ære vel cupro cancelli ſuperpoſiti eſſe dicuntur quibus cameratio tota concredita eſt: Et tantum eſt ſpatium ut id ipſum fieri negent potuiſſe docti mechanici.*

SCHOTTUS.

17 *Circumgrederetur.*) Vel *circumgraderetur.* corrupte MSC. *circumcrederetur.*

ANNA.

18 *Anno potentiæ ſexto.*) *Anno Imperii VI. menſe II.* Eutropius vere, adde modo quatuor dies.

19 *Moritur.*) Inter Edeſſam & Charras a centurionibus duobus occiſus.


20 *Inter Antoninos.*] Spartianus. *Corpus ejus Antoninorum ſepulcro illatum eſt, ut ea ſedes reliquias ejus acciperet, quæ nomen addiderat.*

CAPUT XXII.

ARGUMENTUM.

Imperatores appellantur & interficiuntur Opilius Macrinus & Diadumenus.





DEHINC [1] OPILIUS MACRINUS, qui c∞LXX.
Præfecturam Prætorio gerebat, Imperator, ejusque filius [2] *Diadumenus* nomine [3] Cæsar a legionibus
2 appellatur. Quibus, eo quod ingens amissi Principis desiderium erat, adolescentem Antoninum vocavere.
3 [4] Horum nihil præter sævos atque inciviles animos
4 interim reperimus. Qua gratia mensibus [5] ferme quatuor ac decem vix retento imperio; per quos creati fuerant, [6] interfecti sunt.

ANNA.

1 *Opilius Macrinus.*] Ann. U. C. 969. post C. 217.

2 *Diadumenus.*] In nummis veteribus dicitur etiam *Diadumenianus*, ut *Hermogenes*, *Hermogenianus*.

3 *Cæsar a legionibus appellatur.*] *Cæsarem* tantum Diadumenum appellatum scribit Herodianus. quare & Capitolinus in Macrino. *Sciendum præterea*, inquit, *quod Cæsar fuisse dicatur, non Augustus Diadumenus puer, quem plerique pari fuisse cum patre Imperio tradiderunt.* Verum Lampridius in Diadumeno, non *Cæsarem*; sed Imperatorem, adeoque Augustum cum patre vocatum narrat, ejusque orationem ad milites ponit, additque: *Herodianus Græcus scriptor hæc præteriens, Diadumenum tantum Cæsarem dicit puerum a militibus nuncupatum, & cum patre occisum.* Hanc Lampridii sententiam sequuntur Eutropius & infra Epitomista: *Opilius Macrinus cum filio Diadumeno Imperatores facti.*

4 *Horum nihil præter sævos atque inciviles.*] Lampridius in Diadumeno: *Hic tamen* XIV. *mense Imperii ob incivilem patris atque asperum principatum interfectus est cum patre, non suo nomine; quamvis etiam istum ultra ætatem sævisse in plerosque reperiam, ut docent literæ ab hoc eodem ad patrem missæ.*

SCHOTTUS.

4 Capitolinus aliquot exempla crudelitatis Macrini commemorat, ut qui & Mezentius populari dicto, & domestica appellatione Macellinus dictus sit, ut cujus domus specie macelli sanguine servulorum cruentaretur.

ANNA.

5 *Ferme quatuor ac decem.*] Desunt dies tantum tres.

6 *Interfecti sunt.*) In Cappadocia.

CAPUT XXIII.

ARGUMENTUM.

Heliogabalus dicitur, Solis simulacrum Romam transfert, mulieribus petulantibus impurior est, & opprimitur Marcus Antoninus.



CMLXXI. ACCITUSQUE [1] MARCUS ANTONINUS [2] Baſſiano genitus, qui [3] patre mortuo, in Solis ſacerdotium, [4] quem Heliogabalum Syri vocant, [5] tanquam aſylum inſidiarum metu confugerat, hincque *Heliogabalus* dictus: tranſlatoque Romam Dei ſimulacro in palatii penetralibus [6] [palatia] conſtituit. 1

2 Hoc impurius ne improbæ quidem aut petulantes mulieres

ANNA.

1 *Marcus Antoninus.*) An. U. C. 970. poſt C. 218.

2 *Baſſano genitus.*] Sic quidem vulgo credebatur. Vide Dionem & Lampridium. Mater fuit Soëmis ſoror Juliæ matris Caracalli.

3 *Patre mortuo.*) Lampridius. *Hic fertur occiſo Macrini factione patre, ut dicebatur, Antonino in templum Dei Heliogabali confugiſſe velut in aſylum, ne interficeretur a Macrino, qui ſæviſſime cum filio luxurioſo & crudeli exercuit Imperium.*

4 *Quem Heliogabalum Syri vocant.*) Non *Heliogabalum* Syri, quod dimidiatum Græcum eſt ἥλιος. Sed *Alahgabal*, id eſt, *Deus mons*, quod Deus ille eſſet e ſaxo rudi & impolito in modum plane montis. Græci vero nomen hoc deflectentes ejus aſperitatem proxime ad ſonum linguæ ſuæ emollire conati ſunt pronuntiantes ΗΛΙΟΓΑΒΑΛΟΣ. Vide quæ viri doctiſſimi apud Lampridium notavere: Et quæ ab Illuſtriſſimo Bocharto, & quæ a Seldeno ſcripta ſunt.

SCHOTTUS.

5 *Tanquam aſylum.*) De *aſylo* Sacerdotii Syriæ Solis, vel, ut alii, Jovis Lampridius gemina refert; quem vide, & Herodianum lib. v.

6 *Palatia.*) Vox inepte repetita ſuperat, quamobrem uncis incluſi, dum melius aliquid eruatur.

GRUTERUS.

6 Si ſcribamus *pallacia*, locum ſuum belle tuebitur; ut dicat auctor, lupanaria conſtituiſſe Heliogabalum in penetralibus palatii. *pallacium* fictum a *pallacibus* ſeu *pellicibus*. de re ipſa Lampridius cap. XIV. *Lupanaria domi amicis, clientibus, & ſervis exhibuit.*

ANNA.

6 Gruteri lectio ſi admitteretur, mera eſſet ἀνακολουθία, *Tranſlato Romam Dei ſimulacro in palatii penetralibus lupanaria conſtituit.* Omnes intelligunt quid dicam.

7 Orbe

lieres fuere : quippe [7] orbe toto obſceniſſimos perquirebat, [8] viſendis tractandiſve [9] artibus [10] libidinum
3 ferendarum : Hæc cum augerentur in dies, ac magis magiſque [11] Alexandri, quem comperta [12] Opilii nece Cæſarem [13] nobilitas nuncupaverat, amor cumularetur ; in caſtris Prætoriis [14] triceſimo regni menſe oppreſſus eſt.

GRUTERUS.

7 *Orbe toto.*) Ex Lampridio laudando *infra* §. 9. apparet & heic reſcribendum, non, ut hactenus receptum, *quippe orbe toto*, ſed magis, *quippe urbe tota.*

ANNA.

8 *Viſendis.*) Id eſt, perquirendis, inveſtigandis. Neſcio an alibi reperiatur. Olivarius *fingendis*. Sed non temere damnanda altera lectio.

SCHOTTUS.

9 *Artibus.*) Petrus Pithœus, *viſendis tractandiſve partibus* (*vel artubus*) *libidinum*. Sic ſupra Nerone ut & in Epitoma excuſa. *Genitalia vultu contrectabat.* Eruditus lector arbitrabitur.

GRUTERUS.

9 Cum non unus medicus huic acceſſerit loco; quid vetat & meam me offerre ſymbolam ? conjeci olim, *tractandoſve artubus libidinum.* videtur enim reſpexiſſe ad illa Lampridii cap. VIII. *Idque diligenter curatum eſt, ut ex tota penitus urbe, atque ex nauticis monobelos quæreret, ſic eos appellabat qui viriliores videbantur.*

SCHOTTUS.

10 *Libidinum ferendarum.*) Erit fortaſſe qui *libidinum ferarum* reponet. Olivarius noſter ita legendum videri conſultus reſpondit : *libidinum non ferendarum.* Et ſic Lampridius de eodem Elagabalo : *Coëgit ſcriptores nonnullos nefanda, immo potius non ferenda ejus dicta de libidine diſputare.* Alibi, egregie vaſatos perquiſiviſſe. Petrus Pithœus *fœdarum.*

GRUTERUS.

10 Ego olim conjeci *verendarum.*

ANNA.

10 Ego ſuſpicabar *nefandarum.*

11 *Alexandri.*] De quo capite ſequenti.

SCHOTTUS.

12 *Pompilii.*) Legendum procul dubio *Opilii*, Macrini ſcilicet. Sic enim Lampridius totidem verbis: *quem Cæſarem Senatus Macrino interempto appellaverat.*

13 *Nobilitas.*) Victor *Nobilitatem* pro *Senatu* dixit, quo de alibi.

ANNA.

13 Senatus enim, interfecto Macrino, Alexandrum Cæſarem nuncupavit, conſentiente Heliogabalo.

14 *Triceſimo regni menſe.*) *Triceſimo ſecundo* Eutropius, ſed ambo falſi ſunt. Regnavit enim an. 3. menſes 9. dies 4. Vide Dionem.

CAPUT XXIV.

ARGUMENTUM.

Adverſum Xerxem bellum movet, in Galliam contendit, legionum pleraſque tumultuantes abjicit, & trucidatur Aurelius Alexander.



C∞LXXV. STATIMQUE [1] AURELIO ALEXANDRO 1
[2] Syriæ orto, cui duplex, [3] Cæsarea, & Archa nomen est, militibus quoque annitentibus Augusti potentia delata: Qui, quanquam adolescens, ingenio 2
supra ævum tamen, confestim apparatu magno bellum [4] adversum Xerxem Persarum Regem movet: [5] quo fuso fugatoque, in Galliam maturrime contendit; quæ Germanorum direptionibus tentabatur. [6] Ibi

ANNA.

1 *Aurelio Alexandro.*) Anno U.C. 974. post C. 221.

SCHOTTUS.

2 *Syriæ orto.*] Forte *urbe* exaudiendum. V. Septim. Sever. §. 70.

ANNA.

3 *Cæsarea & Arca nomen est.*] *Arca* sine aspirata. Ptolemæus. Ἄρκα sive, Ἄρκη, vel Ἄρκαι. *Cæsarea* & *Arca* dicebatur. Unde & Lampridio in hac vita *Arca Cæsarea* dicitur, eadem etiam *Arcena* apud eundem initio.

SCHOTTUS.

3 MSS. disertim *Archa*. Flavio Josepho lib. v. Antiquitatum Judaicarum Ἀρκὴ est, & Ἀκτίπους, Judææ urbs in tribu Aser.

GRUTERUS.

3 Illustrat hæc ipsa Scaliger in Animadversionibus Eusebianis, annos MMCCXLII.

SCHOTTUS.

4 *Adversum Xerxem.*] De expeditione in Persas, qua victus *Xerxes*, Eutropius lib. VIII. Et Orosius VII. c. 18. Herodianus vero *Artoxerxem* nominat & Lampridius, & tam re quam nomine potentissimum Regem fusum fugatumque scribit.

ANNA.

4 Hic est *Artoxerxes*, qui devicto & occiso Artabano Rege Parthorum ultimo, primus antiquum Persarum in oriente Imperium renovavit. Eum alii obscuro & ignobili loco natum, alii magnum fuisse dicunt.

5 *Quo fuso, fugatoque.*] Idem Lampridius, idque se apud multos & in annalibus dicit reperisse, additque: *Sed quidam dicunt a servo suo eum proditum non vicisse Regem, sed ne vinceretur fugisse. Quod contra multorum opinionem dici non dubium est iis qui plurimos legerint. Nam & ami-*

Ibi tumultuantes legionum plerasque constantissime abjecit: quod in præsens gloriæ, mox exitio datum. Nam [7] cum tantæ severitatis vim milites inhorrescunt, unde etiam Severi cognomentum accesserat) agentem casu cum paucis [9] vico Britanniæ, [10] cui vo-
5 cabulum Sicila, trucidavere. Opus urbi florentissimum [11] celebrio fabricatus est, matrisque cultu, quæ
6 nomine Mamæa erat, plus quam pius. Adhuc [12] Domitium Ulpianum, quem Heliogabalus Prætorianis præ-

amisisse illum exercitum dicunt, fame, frigore, ac morbo, ut Herodianus auctor est contra multorum opinionem.

6 *Ibi tumultuantes.*] Lampridius. *Sed quum ibi quoque seditiosas legiones comperisset, abjici eas præcepit.*

SCHOTTUS.

7 *Cum.*] Olivarius legebat *dum.*

ANNA.

8 *Unde etiam Severi cognomen.*] Propter ejus *severitatem Severi* nomen a militibus ei inditum scribit etiam Lampridius.

9 *Vico Britanniæ.*] Lampridius. *Verum Gallicanæ mentes, ut sese habent duræ ac retorridæ, & sæpe Imperatoribus graves severitatem hominis nimiam, & longe majorem post Heliogabalum non tulerunt. Denique agentem eum cum paucis, in Britannia, ut alii volunt, in Gallia, in vico cui Sicila nomen est, non ex omnium sententia; sed latrocinantium modo quidam milites, & hi præcipue qui Heliogabali præmiis effloruerant, quum Severum principem pati non possent, occiderunt.*

SCHOTTUS.

10 *Cui vocabulum Sicila.*] Ita repono. nam MSC. hac parte mendosus, *in vocabulum Sicilia. Agentem cum paucis in Britannia, ut alii volunt, in Gallia in vico cui Sicila nomen.* Lampridius totidem verbis.

ANNA.

10 Pro *Sicila* melius veteres libri *Sicilia*, qui vicus Galliæ Transpadanæ fuisse videtur non longe a Moguntiaco, cum Alexandrum Moguntiaci occisum quidam ferunt.

SCHOTTUS.

11 *Celebrio fabricatus est.*] Assentior doctissimo Olivario, quem honoris causa sæpius usurpo, qui *Serapium fabricatus est* legebat vel *Isium & Serapium.* Ita Lampridius: *Isium & Serapium decenter ornavit additis signis & deliacis & omnibus mysticis. In matrem Mamæam unice pius.* cet.

ANNA.

11 Sed cum Lampridius dicat Serapium *ornasse* tantum, non vero *fabricatum* Alexandrum; aliud quærendum est. Puto: *Opus urbi florentissimum & celeberrimum fabricatus est.* Ut Thermas intelligat, quas Alexander juxta eas, quæ Neronianæ fuerunt, constituit, aqua inducta quæ Alexandrina nunc dicitur. Ut ait Lampridius. Vel: *Opus Urbi florentissimum celeberrimumque fabricatus est, matris cultu, quæ Mammæa erat, plusquam pius.* Ut diætas intelligat quas nominis Mammææ in Palatio fecit Alexander. Idem Lampridius. *In matrem Mammæam unice pius fuit, ita ut Romæ in Palatio faceret diætas nominis Mammææ, quas imperitum vulgus hodie ad Mammas vocat*: Nihil aliud succurrit.

12 *Domitium quem Heliogabalus.*] Lampridius. *Paullum & Ulpianum in magno honore habuit, quos præfectos ab Heliogabalo alii dicunt factos, alii ab ipso. Domitius Ulpianus,* & *Julius Paullus* Jurisconsulti nobilissimi.

præfecerat, eodem honore retinens; [13] Paulloque
[14] inter exordia patriæ reddito, juris auctoribus,
quantus erga optimos [15] atque æqui ſtudio eſſet, edo-
cuit: [16] Neque ultra annos tredecim Imperio functus 7
Rempub. reliquit firmatam undique. Quæ jam tum 8
[17] a Romulo ad Septimium certatim evolans Baſſiani
conſiliis, tamquam in ſummo conſtitit. Quo ne con-
feſtim laberetur Alexandri fuit. Abhinc dum domi- 9
nandi ſuis quam ſubigendi externos cupientiores ſunt,
atque inter ſe armantur, magis Romanum ſtatum quaſi
abrupto præcipitavere, immiſſique in imperium pro-
miſcue boni malique, nobiles atque ignobiles [18] ac
Barbariæ multi. Quippe ubi paſſim [19] confuſaque
omnia,

SCHOTTUS.

13 *Paulloque.*] J. C. tum laudat, cujus ut & Ulpiani mentio frequens apud Lampridium Alexandro & Elagabalo.

ANNA.

14 *Inter exordia patriæ reddito.*] Libenter fateor, neque pudet fateri, me iſta non capere *inter exordia patriæ reddito*, an ut Ulpianum & Silvinum Rhetorem ſic & Paullum Heliogabalus removerat, quem Alexander poſtea revocavit, *patriæque reddidit?* At de Paullo id me legiſſe non memini. Quare legendum putabam *Paulloque inter exordia pariter reddito* Ut ſubintelligatur *honore* quod præcedit. Ulpianum eodem honore retinens Paulloque eodem honore inter *exordia* Imperii ſui *reddito* Juris auctoribus, &c. Præfecturam Prætorianam intelligit, quam Paullo Alexander reſtituit; quippe qui eam ſub Heliogabalo poſſediſſet, nihil tamen temere pronuntio. Fieri enim potuit ut inter alios Heliogabalus Paullum etiam removerit.

SCHOTTUS.

15 *Atque æqui ſtudio eſſet.*] Forte *ſtudioſos*, niſi intelligas, *quantus æqui ſtudio eſſet*, pro, quanto ſtudio amplecteretur æquum & bonum.

ANNA.

15 Ait Alexandrum dum præcipue Juris auctores colit, oſtendiſſe quantus eſſet erga optimos, & æqui ſtudioſos. Sed nihil mutandum. Juris auctoribus atque *æqui ſtudio* oſtendit quantus eſſet erga optimos.

16 *Neque ultra annos tredecim.*] Imperavit an. XIII. diebus. IX.

17 *A Romulo ad Septimium certatim evolans.*] Ait Rempublicam quæ *a Romulo ad Septimium* uſque Severum vix ſervata eſt, tandem Baſſiani conſiliis in ſummo diſcrimine conſtitiſſe, ita ut Alexandri fuerit quo ne illa rueret: diſtingue igitur: *Quæ jam tum a Romulo ad Septimium certatim evolans, Baſſiani conſiliis tanquam in ſummo conſtitit.*

SCHOTTUS.

18 *Ac Barbari.*] MSC. *ac Barbariæ*; ut illud Flacci epiſt. II.

Græcia Barbariæ lento colliſa duello.

ANNA.

18 *Barbariam* Græci & Latini quidquid fuit extra limites agri ſui vocavere.

SCHOTTUS.

19 *Sparſa confuſaque.*] Pro *paſſim*, vidi qui audacter reponerent.

20 Uti

omnia, neque ſuo feruntur modo, quique fas putant, [20] uti per turbam, rapere aliena officia, quæ regere nequeunt, & [21] ſcientia bonarum artium fœ-
11 de corrumpunt. Ita fortunæ vis licentiam nacta,
12 perniciosa libidine mortales agit: Quæ diu quidem virtute, uti muro prohibita, poſtquam pæne omnes flagitiis ſubacti ſunt, etiam infirmis genere inſtitutoque publica permiſit.

ANNA.

20 *Uti per turbam.*] Fieri ſolet, ſupple.

SCHOTTUS.

21 *Scientia.*] *Inſcientia*, qui reponunt, ſic explicant, *quique fas putant*, per unusquisque fas & licitum putant. *uti per turbam, rapere aliena officia.* cet. Autographum tamen *ſcientia* præfert.


GRUTERUS.


21 Cum ſequatur infra, *etiam infirmis genere inſtitutoque publica permiſit*, non abs re eſt ſuſpicari reſtituendum, *& inſcientia.* nam certe ſcientia bonarum artium nullam unquam corrupit rempublicam; multas potius correxit & erexit. verum de ea re nos plura ad illa Taciti Agricolæ capite 4. *Memoria teneo ſolitum ipſum narrare, ſe in prima juventa ſtudium philoſophiæ, acrius ultra quam conceſſum Romano ac Senatori hauſiſſe, ni prudentia matris incenſum ac flagrantem animum coercuiſſet*, &c.

CAPUT XXV.

ARGUMENTUM.

Legionum ſuffragiis & Patribus approbantibus potentiam capit Cajus Julius Maximinus.





NAM-

C ∞ XXCVIII. NAMQUE [1] CAJUS JULIUS MAXIMINUS, [2] præsidens Trebellicæ, [3] primus e militaribus, [4] literarum fere rudis, [5] potentiam cepit 1
suffragiis legionum. Quod tamen etiam Patres, dum 2
periculosum existimant inermes armato resistere, [6] approbaverunt: filiusque ejus pari nomine [[7] Cajus Julius Maximinus] Cæsar factus est:

ANNA.

1 *Cajus Julius Maximinus.*] Græci & Latini scriptores *Maximinum* tantum nominant: At in Vett. inscriptionibus CAJUS JULIUS VERUS MAXIMINUS, dicitur. Non dubitat doctiss. Casaub. id studio fecisse hominem superbissimum dissimulandæ origini barbaricæ, ut illa tot nomina assumeret.

SCHOTTUS.

2 *Præsidens Trebellicæ.*] Sic vetus codex. *Triballicæ* alii. forte *Triballis Isauriæ*, e qua ipse oriundus. Nicolaus Faber *rei bellicæ* legendum videri suggesserat; & vero Capitolinus omni exercitui præfectum scribit. Herodianus vero lib. VI. legionibus tyronum Alexandri.

ANNA.

2 Ex Capitolino: *His rebus conspicuum virum Alexander, magnorum meritorum judex, in suam perniciem omni exercitui præfecit.* Quamquam hic & Capitolini & Victoris fides suspecta est. Herodianus enim tyronibus tantum præfectum dicit. τὸν δὴ Μαξιμῖνον τοῦτον, inquit, διὰ τὴν προειρημένην στρατιωτικὴν ἐμπειρίαν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπέστησε πάσῃ τῇ τοῦ στρατοῦ νεολαίᾳ, ὡς ἀσκοίη τε αὐτοὺς τὰ στρατιωτικὰ, καὶ εἰς τὸ πολεμεῖν ἐπιτηδείους παρασκευάζοι. Id est, *Hunc igitur Maximinum propter ante dictam militarem scientiam, Tyronibus universis Alexander præfecerat, ut eos ad militiæ munera exerceret, atque ad bellandum idoneos redderet.*

SCHOTTUS.

3 *Primus e militaribus.*] *Maximinus primum e corpore militari & nondum Senator, sine decreto Senatus, Augustus ab exercitu appellatus est.* Julius Capitolinus.

ANNA.

4 *Literarum fere rudis.*) *Semibarbarus & vix adhuc Latinæ linguæ.* Capitolinus.

5 *Potentiam cepit.*] An. U. C. 987. post C. 235.

6 *Approbaverunt.*] Hoc ex Herodiano & Capitolino falsum est.

SCHOTTUS.

7 *Cajus Julius Maximinus.*] Glossema in insulam deportetur: ex ora in seriem, ut fit, irrepsit.

CAPUT XXVI.

ARGUMENTUM.

Absens ab exercitu princeps fit, seditione excipitur, Carthaginem petit, & interit Antoninus Gordianus, Cæsaresque constituuntur Clodius Cupienus & Cæcilius Balbinus.

QUIS



QUIS [1] biennium ſummis [2] potitis, haud incom- C∞XC.
mode prælio geſto contra Germanos, repente
ANTONINUS GORDIANUS Africæ Proconſul,
ab exercitu Princeps [3] apud Thydri opidum [4] abſens
2 fit. [5] Quo ut accitus pervenit [6] tanquam ea re
creatus foret, [7] ſeditione excipitur: [8] qua lenita fa-
3 cile Carthaginem petit. Ibi cum avertendis prodigiis,
quorum metu haud inane angebatur, rem divinam
4 [9] ſolitis ageret; repente hoſtia partum edidit. Id

haru-

ANNA.

1 *Biennium.*] Ex tabulis tamen patet *annum unum* rerum ſumma potitos Antoninos, cum Gordianus Imperator factus.

SCHOTTUS.

2 *Potitus.*] MSC. male, pro *potitis*: vel *Qui* legendum.

3 *Apud Thydri opidum.*] *Tiſdrum* opidum & *Tyſdrum* vocat Capitolinus Maximinis.

ANNA.

3 *Thyſtrum* Herodianus, ſed facile δ in τ. In Africa propria.

4 *Abſens fit.*) Nam eum, dum Thydri erat, Mauricius quidam juxta Tyſdrum in agro ſuo concionabundus Imperatorem proclamavit, quo facto Tyſdrum cum militibus petiit, ubi Gordianum invenit.

SCHOTTUS.

4 Capitolinus Maximinis hæc paullo aliter: invitum purpuram accipere coactum Gordianum, a militibus armis teliſque obſeſſum.

ANNA.

5 *Quo ut accitus pervenit.*] Atqui apud Tyſdrum erat Gordianus cum Imperator factus eſt. Herodianus, Capitolinus. Vide notam ſuperiorem.

SCHOTTUS.

6 *Tanquam care creatus.*] Repone *ea re*, id eſt, ideo, idcirco.

ANNA.

7 *Seditione excipitur.*) Prorſus fide caret, & a cæteris omnino diſſentit, qui Gordianum omnium quaſi uno ore Imperatorem factum dicunt.

SCHOTTUS.

8 *Qua imita.*) Quidam *inita* reſtituunt propter perfidiam Punicam. Mihi *linita* pro *lenita* antique ſcriptum videtur.

ANNA.

9 *Solitis ageret.*] Malim *ſolitus ageret.*

10 Ve-

haruſpices, atque ipſe maxime, nam hujus ſcienti
uſu immodice prudens erat, ita accepere, illum quo-
que deſtinatum neci, [10] verum liberis pariturum im-
perium: progreſſique [11] conjectu longius [12] liberi quo
que exitum denuntiavere, mitem atque innoxium præ
fantes fore, ut illud pecus, nec diuturnum tamen
ſubjectumque inſidiis. Interim Romæ comperto Gor- 5
diani interitu, hortante Domitio, [13] Urbi Præfectus,
reliquique indices vulgo cæduntur per Prætorias co-
hortes: Quippe Gordianus, poſtquam delatum ſibi 6
imperium cognovit; [14] præmia amplum in modum
oſtentans, Romam legatos ac literas [15] deſtinaverat.
quibus necato eo fruſtratos ſe milites angebantur,
[16] genus hominum pecuniæ cupidius, fidumque ac
bonum ſolo quæſtu. At Senatus metuens, ne nullis 7
rectoribus ſpecie captæ urbis, atrociora acciderent,
primo

10 *Verum liberis pariturum Imperium.*) Lego *libero*, vel *liberi*. Neque enim rectum eſſe poteſt, cum Gordianos tantum duos Victor agnoſcat. Adde quod addit mox mitem atque innoxium præſantes fore. Liberum ſcilicet: *Libero* autem numero ſingulari pro *filio* jam alibi uſus eſt.

SCHOTTUS.

11 *Conjectu.*] Dixit pro *conjectura*, *ἀρχαϊκῶς*.

12 *Liberi quoque exitum.*] Pro filii numero ſingulari, ut & typis editum Breviarium in Nerva num. 25. Ulpianus l. nemo prædo 126. De reg. Juris: *locupletior non eſt factus, qui liberum acquiſivit.* & Modeſtinus l. jus autem. 35. D. de Pactis. & Juſtin. Inſtitut. lib. III. tit. VII. de ſervili cognat. Contra l. non eſt. 148. D. de verb. ſignific.

ANNA.


13 *Præfectus urbi, reliquique indices.*] Præfectus Urbi Sabinus nomine. Indices vero vocat Victor quos Herodianus & Capitolinus delatores & accuſatores: Sed hic etiam Victor falſus eſt qui ait eos cæſos fuiſſe, comperto Gordiani interitu, cum certum ſit eos poſt Gordianum Imperatorem factum occiſos. Herodianus, Capitolinus.


14 *Præmia amplum in modum.*] Capitolinus. *Sed vicit Gordianorum legatio, quæ bona omnia pollicebatur, ita ut eidem crederetur: & ingens militibus ſtipendium, populo agri atque congiaria promiſſa.* Ex Herodiano.

15 *Deſtinaverat.*] Id eſt, miſerat. Sic ſupra *Romam deſtinanda.*

GRUTERUS.

16 *Genus hominum pecuniæ cupidius, fidumque ac bonum ſolo quæſtu.*] Multum huic ſcriptori debent viri militares; adeo ſæpe moribus eorum notandis liberalis eſt; quemadmodum & ſupra capite XVIII. & XI.





primo [17] poteſtatum vices, mox [18] conſcriptis junioribus, [19] CLODIUM CUPIENUM, CÆCISIUM BALBINUM [20] CÆSARES conſtituit.

C A-

SCHOTTUS.

17 *Poteſtatum vices.*] Quaſi Cæſarum legatos, vicarios, & locum tenentes. Sic infra in Æmiliano *Summam poteſtatum* dixit, pro imperio.

ANNA.

17 Schottum certe hic locus fefellit: ait enim Victor, ſenatum Imperii vices inſtituiſſe, duos Imperatores elegiſſe, metu tyrannidis. Et ita expreſſe Herodianus: προστησαμένους ἑαυτῶν χειροτονηθέντας βασιλέας. οὓς ἠθέλησαν μερίσαι τὴν ἀρχὴν, ὡς μὴ πάλιν ἴουσαν ἐξουσίαν, εἰς τυραννίδα πάλιν ἐξοκείλῃ. 1. *Conſtitutis ſibi regibus quos per vices imperium adminiſtrare voluerunt. Ne ſumma poteſtas in tyrannidem deſciſceret.*

18 *Conſcriptis junioribus.*] Hæc ex iſtis Herodiani verbis intelligenda exiſtimo: ἥτε νεολαία πᾶσα ἠθροίζετο, ὅπλοις τε αὐτοχεδίοις; καὶ τοῖς προστυχοῦσιν ὡπλίζετο, *juniores omnes conſcripti, & ſubitariis armis ac tumultuariis ornati.*

SCHOTTUS.

19 *Clodium Cupienum, Cacilium Balbinum Caſſ.*] Sic MSC. noſter: & poſt, *Clodio Cæcilioque*, a cujus fide temere abire religio ſit. Ille *Maximus Pupienus*, non, ut hic, *Cupienus* Capitolino vocatur. In MSS. tamen & vulgatis editionibus omnibus *Tupianus*, per primam vocalem ſcriptum conſtanter reperi: hic vero *Clodius Balbinus* eidem eſt. Nec clam me eſt Græcos *Maximum* fere appellare, Latinos *Pupienum*; ſed diverſa nomina a diverſis attributa in unum quadrant. Unus igitur idemque eſt *Maximus* & *Pupienus*. Nummi antiqui utriuſque, quales aliquot apud me ſervo, ſic exprimunt: IMP. CÆS. D. CÆL. BALBINUS AUG. Altera ex parte duæ dexteræ junctæ, FIDES. MUTUA AUGG. In aliis, IMP. M. CLOD. PUPIENUS. MAXIMUS. AUG. Altera ex parte, CONCORDIA. AUGG. S. C. Quomodo & Pomponius Lætus, non malus auctor, appellat. Unde neceſſario efficitur in utroque nomine peccatum, leg. quod in Victore, *Clodium Pupienum, Cælium Balbinum Cæſ. conſtituit*, non *Cupienum*, neque *Cacilium*: nec recte a Capitolino *Clodium Balbinum* vocari, nata haut dubie de *Cœlio* voce corrupta *Clodii*: Ridicule vero Oroſius l. VII. qui fratres fuiſſe ſcribit, cum alter nobilis; ignobilis alter fuerit, Capitolino auctore.

ANNA.


20 *Caſares conſtituit.*] Imo Auguſtos, hoc eſt, Imperatores.

1 Gor-

CAPUT XXVII.

ARGUMENTUM.

Augustus a militibus creatur, in Persas proficiscitur, bellum insigniter gerit, & Marci Philippi insidiis perit Gordianus Gordiani filius.



C∞ XCI. ISDEMQUE per Africam diebus milites [1] GOR- 1
DIANUM Gordiani filium, qui forte contuber-
nio patris prætextatus, [2] ac deinceps Præfectus Præ-
torio intererat, Augustum creavere: neque sane fa-
ctum nobilitas aspernata. [3] Denique accito eo, in- 2
ter implana urbis atque ipso sinu Prætoriæ manus acie
delctæ

SCHOTTUS.

1 *Gordianum Gordiani filium.*] Contra omnes & Græcos Augg. scriptores, qui tres *Gordianos* agnoscunt, ut Gordiani filium XLVI. annos agentem. Cætera Capitolinus.

ANNA.

1 *Gordianos* duos hic tantum agnoscit, patrem & filium, *Gordianumque* tertium, *Gordiano* scilicet ex filia nepotem prætermittit. Vel potius *Gordiani* filium dicit qui *Gordiani* nepos fuit. Immemor scilicet *Gordiani* filium una cum patre in Africa fuisse occisum. Vide infra in Epitome.

2 *Ac deinceps præfectus Prætorio.*] Falsum est Gordianum tertium *præfectum Prætorio* fuisse, neque enim per ætatem poterat, & Scriptores, unde hæc Victor, sic tangit Capitolinus. *Hic accedit*, inquit, *alia Scriptorum imperitia qui præfectum Prætorii fuisse Gordianum parvulum dicunt, ignorantibus multis collo sæpe vectum ut militibus ostenderetur.* Imo & eum etiam, cum Cæsar factus est, impositum in humeros per mediam multitudinem milites ferebant ostentantes plebi ac nepotulum Gordiani dictitantes. Vide Herodian. lib. VII. paullo ante finem.

3 *Denique accito eo inter implana Urbis.*] De bello intestino hic loquitur Victor, quod post Gordianum Cæsarem factum Romæ agitatum est, duobus Maximini

deletæ per gladiatorum familias, tironumque exerci-
3 tum. Dum hæc Romæ geruntur, Julii Maximini,
quos forte ea tempestate [4] Thracia retinebat, acce-
4 ptis quæ evenerant, Italiam propere petunt. Eos Pu-
pienus [5] Aquilæ obsidione confecit, postquam præ-
5 lio victos reliqui paullatim deseruerant. [6] Horum
imperio ad biennium per hujusmodi moras annus
6 quæsitus. Neque multo post tumultu militarium
[7] Clodio [8] Cæcilioque Romæ intra Palatium cæsis,
7 Gordianus solus regnum obtinuit: [9] Eoque anno
[10] lustri certamine, quod Nero Romam invexerat, aucto
firmatoque, in Persas profectus est: cum prius [11] Jani æ-
des,

xim[illegible] militibus, qui audiendi curiosiores curiam ingressi, dum Senatus habebatur ultra aram quoque Victoriæ penetraverant, a Gallicano Senatore interemptis. Vide Herodian. lib. VII. in fine.

4 *Thracia.*] Imo Pannonia.

SCHOTTUS.

5 *Aquilæ obsidione.*] Credo *Aquilejæ* legendum ex Capitolini Maximinis.

ANNA.

5 *Aquileja* Urbs supra Venetos.

6 *Horum imperio ad biennium.*] Ait *imperio* Maximinorum, cum biennium durasset, annum alterum accessisse per superiores tumultus, & moras. Quod & sensit Eutropius, dum scripsit eos imperasse triennio & paucis diebus. Sed e fastis constat Maximinos Imperatores factos, die 18. Martii an. U. 987. occisos mense Octobri an. U. 990. tumultus vero a die Maii 27. an. U. 988. usque ad eorundem Maximinorum mortem perseverasse: ita ut Maximinorum imperio, quod fuit anni unius, mensium duorum, dierum VII. per diversarum factionum tumultus & moras, annus unus & menses fere quinque quæsiti sint.

7 *Clodio.*] C. *Clodio* Maximo Pupieno.

8 *Cæcilioque.*] Balbino. Quamvis Balbinum *Cæcilium* vocatum nusquam inveni, sed Cælium. Nummus apud Onuphrium. Jam supra.

9 *Eoque anno.*] U. C. 892. post C. 240.

SCHOTTUS.

10 *Lustri certamine, quod Nero.*] Tranquillus Nerone: *instituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ, more Græco triplex, Musicum, Gymnicum, Equestre: quod appellavit Neronia.* cap. 12. & Vespasiano cap. 4. Tacitus *Ludicrum quinquennale* in morem certaminis vocat. Idem Suet. Neroneum agona Neron. cap. 11. 21. & 23. & Tacitus XIV. Annal. instituisse referunt. Aurelius Victor supra *psallere per cœtus, Græcorum invento in certamen coronæ cœpit.*

ANNA.

10 Nero quartum Consul anno Christi 60. certamen instituit, quod quinto quoque anno peragebatur, a Gordiano autem firmatum anno Christi 240. & tunc lustrum actum tricesimum septimum.

SCHOTTUS.

11 *Jani ædes.*] A. U. C. ƆƆCCCCXCIII. Prætextato & Attico Coss. *Gordianus aperto Jano gemino, quod signum erat indicti belli, profectus est contra Persas ingenti exercitu.* Jul. Capitolinus Gord. Juniore & Cassiodorus. Ducta uxore Tranquillina, Eutropius lib.

des, [12] quas Marcus clauſerat, patentes more veterum feciſſet. Ibi geſto inſigniter bello, Marci Philippi Præfecti Prætorio inſidiis periit [13] ſexennio Imperii. 8

IX. quem etiam auctorem laudat Oroſius cap. XIX. libri VII. *Admodum puer*, inquit, *in orientem ad bellum Parthicum profecturus, ſicut Eutropius ſcribit, Jani portas aperuit: quas utrum poſt Veſpaſianum & Titum aliquis clauſerit, neminem ſcripſiſſe memini: tamen eas ab ipſo Veſpaſiano poſt annum apertas Cornelius Tacitus prodit.* Taciti locus hodie, quod ſciam, non exſtat.

ANNA.

11 De portis *Jani*, quæ apertæ bellum, clauſæ pacem ſignificabant, apud Florum dictum eſt.

12 *Quas Marcus clauſerat.*] Marcum Imperatorem clauſiſſe nullus quod ſciam Scriptor prodidit. Et mirum videtur clauſum hic dici ab eo principe cujus temporibus vix ulla ab hoſtibus fuit quies, & qui etiam in expeditione obiit, bello cum maxime ardente.

13 *Sexennio Imperii.*] Capitolinus. *Imperavit Gordianus annis ſex.*

CAPUT XXVIII.

ARGUMENTUM.

Ad orientem res componunt, apud Arabiam opidum condunt, Romam veniunt, annum milleſimum ludis celebrant & cadunt Marcus Julius Philippus pater & Cajus Julius Saturninus Philippus filius.





C∞ XCVII. IGITUR [1] MARCUS JULIUS PHILIPPUS [2] Arabs I

ANNA.

1 *Marcus Julius Philippus.*] Sumpſit Imperium an. U.C. 996. poſt C. N. 244.

2 *Arabs*

[2] Arabs Thraconites, [3] ſumpto in conſortium [4] *Phi-*
lippo filio rebus ad orientem compoſitis, conditoque
apud Arabiam [5] Philippopoli opido, Romam vene-
re: exſtructoque trans Tiberim lacu, quod eam par-
tem aquæ penuria fatigabat, [6] annum Urbis milleſi-
2 mum ludis omnium generum celebrant. Et quo-
niam [7] nomen admonuit; noſtra quoque ætate poſt
mille, [8] centeſimus, [9] Conſule Philippo, exceſſit,
[10] nullis, uti ſolet, ſollennibus frequentatus: adeo
3 indies cura minima Romanæ urbis. Quod equidem
denuntiatum illo tempore prodigiis portentiſque. Ex
4 quis unum memorare brevi libet. Nam cum Ponti-
ficum lege hoſtiæ mactarentur, ſuis utero maris, fe-
mina-

2 *Arabs Thraconites.*] Ex ea *Arabiæ* parte, quæ *Thraconitis* dicitur, quæ in Palæſtina.

3 *Sumpto in conſortium Philippo filio.*] Zonaras: κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐποίησε. *Participem Imperii fecit.* Sed Zoſimus eum tantum Cæſarem factum ſcribit. ὃν ἔτυχε τῇ τῆς Καίσαρος ἀξίᾳ τιμήσας. *Quem Cæſaris dignitate honeſtaverat.*

4 *Philippo.*] Qui Cajus Julius Saturninus *Philippus* dicebatur; ſed poſtquam patrii imperii particeps factus eſt, iiſdem, queis pater, nominibus dici cœptus.

5 *Philippopoli.*] Ubi olim, Boſtra Urbs in ſacris literis notiſſima, Idumeæ caput.

6 *Annum urbis milleſimum ludis omnium generum celebrant.*] Capitolinus in Gordiano tertio: *Nam omnia hæc Philippus exhibuit ſecularibus ludis & muneribus atque Circenſibus quum milleſimum ab Urbe condita annum in Conſulatu ſuo & filii ſui celebravit.*

7 *Nomen.*] Philippi.

SCHOTTUS.

8 *Centeſimo Conſule.*] Melius, ut edendum curavi, *Centeſimus*: reſpondet enim *frequentatus*; ſi Latine intelligo: niſi ἀπὸ κοινοῦ *centeſimus* exaudias.

9 *Conſule Philippo.*] Mirum profecto & milleſimo anno *Philippos* AA. *coſſ.* fuiſſe. *Philippus* autem & Salia *Coſſ.* fuere anno CIↃCI. poſt U. C. ſi Faſti conſulares non fallunt, triennio ante Conſtantii Auguſti conſulatum quinctum. De beſtiis vero quas exhibuit Philippus, lege Capitolinum extr. Gordiano Juniore.

ANNA.

10 *Nullis, uti ſolet, ſollennibus frequentatus.*] An. U. 1100. neglectos fuiſſe ſeculares ludos queritur Victor. Eorum ludorum inita ratione qui Philippis imperantibus acti ſunt an. urbis milleſimo. Zozimus vero Conſtantino & Licinio tertium conſulibus eos neglectos dicit, hoc eſt an. U. 1065. poſt. C. N. 313. quo eos factos oportuit, inita ſcilicet ratione ludorum qui anno duodecimo Severi acti ſunt Fabio Cilone, Septimio II. & M. Annio Libone Coſſ. An. U. 956. poſt C. 204. Sed nulla apud Zozimum Philippi Imperatoris ludorum mentio, quos ſcilicet prætermiſit, quod extra ſuum tempus acti fuere. Notabis interim exiſtimaſſe Victorem ludos ſeculares centeſimo quoque anno agi debuiſſe, quod falſum eſt: eorum enim ſpatium centum & decem annorum eſſe debuit, quod ex Zozimo facile probatur.

 11 *Solu-*

minarum genitalia apparuere. Id haruspices [11] solu- 5
tionem posterorum portendere, vitiaque fore potio-
ra interpretati: Quod [12] frustratum iri æstimans Im- 6
perator Philippus, tum quia forte præteriens, filii
similem [13] * pro merito Ephebum conspexerat, usum
virilis scorti removendum honestissime consultavit:
[14] Veruntamen manet: [15] quippe conditione loci mu- 7
tata pejoribus flagitiis agitatur: dum *avidius periculosa*,
quibusque mortales prohibentur, petunt. Huc ac- 8
cedit, quod longe aliud Etruscorum artes cecinerant,
quæ [16] bonis parte plurima jacentibus [17] mollissimum
quemque beatum fore asserebant. Eos ego ignorasse 9
verum plane puto: Etenim quamvis rerum omnium
prospero successu; [18] pudore amisso tamen, fortun
tus quis esse potest? cum eodem retento, cætera to-
lerabilia sint. His actis filio Urbi relicto, ipse quam- 10
quam debili per ætatem corpore, adversum Decium
pro-

SCHOTTUS.

11 *Solutionem posterorum.*] Dissolutionem, mores dissolutos & effeminatos significat.

12 *Frustratum.*] Puto dividendum in *frustra tum iri*, pro, *tum frustra iri* æstimans, cui alterum *tum quia* respondeat: nihil tamen pronuntio.

13 *Promerito.*] in unam dictionem coalescere debere per ὑφὲν existimo, ut ea forma dicatur qua *Pro-consule*, *Pro-prætore*: designetque puerum *meritorium*, ut conjicio; neque enim legere alibi memini. Eruditiores velim de hoc loco arbitrentur.

GRUTERUS.

13 Casaubonus legit *similem pro meritorio ephebum*, ut intelligatur locus ubi prostituebantur.

SCHOTTUS.

14 *Veruntamen manet.*] Notare videtur exsecrandum & infandum flagitium sua tempestate durasse. Puto non defore qui *verum tamen* divisis dictionibus pronuntiandum censeat.

ANNA.

15 *Quippe conditione loci mutata, pejoribus flagitiis agitur.*] All. *agitatur.* Id est, quoniam prohibito publico dedecore, in privatas cupiditates homines convertuntur, quippe qui illicita magis poscant, prohibitaque furore persequuntur. Vide Lamprid. in Alexandro Severo.

16 *Bonis parte plurima jacentibus.*] Hoc est, virtutibus *parte plurima* prostratis.

17 *Mollissimum.*] Luxuriosissimum, delicatissimum.

SCHOTTUS.

18 *Pudore amisso, tamen fortunatus.*] Distingue potius *pudore amisso tamen, fortunatus quis esse potest*: Et interrogative efferatur quasi dicat nullus. De pudore auctor noster quædam sup. Nerone.

GRUTERUS.

18 Egregie. hinc & Lucretia apud Livium libro 1. cap. 58. rogata *satin' salvæ? minime*, inquit. *quid enim salvi est mulieri amissa pudicitia?* a cujus moribus mirum quantum

profectus, [19] Veronæ cadit, pulso, amissoque exer-
11 citu. Quis Romæ compertis, apud castra Prætoria [20] filius interficitur. [21] Annos potentiæ quinque egere.

tum diversa Sempronia apud Sallustium, Catilinariæ cap. 25. *ei cariora semper omnia, quam decus atque pudicitia fuit.* &c.

ANNA.

19 *Veronæ cadit.*] In prælio contra Decium. Vide Zozim. lib. 1.

20 *Filius interficitur.*] Contra Zozimus *filium* cum patre in prælio cæsum dicit.


21 *Annos potentiæ quinque.*] Idem Eutrop. alii ajunt sex, quos sequor.

CAPUT XXIX.

ARGUMENTUM.

[M]ilitiæ gradu ad imperium conspirat, filium Etruscum Cæsarem f[a]cit, & cum illo in acie cadit Decius.





1 ET [1] DECIUS [2] Syrmiensium vico ortus, [3] mi- 11.
litiæ gradu ad imperium conspiraverat, lætiorque [4] hostium nece; filium [5] *Etruscum* nomine, Cæsarem facit: statimque eo in Illyrios præmisso, Romæ aliquantum moratur mœnium gratia, quæ instituit, dedican-

ANNA.

1 *Decius.*] Ann. U. C. 1002. post C. 250.

2 *Syrmiensium vico.*] *Syrmienses* vel melius *Sirmienses* in Pannonia, ubi *Sirmium* Urbs.

3 *Militiæ gradu.*] Nam præfectus in Pannoniam contra Marinum missus. Zozimus.

4 *Hostium.*] Philipporum.

5 *Etruscum.*] In Nummis & Lapidibus: Q. HERENNIUS ETRUSCUS MESSIUS DECIUS AUG. DECII. AUG. F.

dedicandorum. Et interea ad eum [6] Jotapiani, qui [7] Alexandri tumens stirpe, per Syriam tentans nova, militum arbitrio occubuerat, [8] ora, uti mos est, inopinato feruntur, simulque per eos dies [9] Lucio Prisco, qui Macedonas præsidatu regebat, delata dominatio, [10] Gothorum concursu, postquam direptis Thraciæ plerisque [11] illo pervenerant. 2

Qua causa Decio, quam potuit maturrime Roma digresso, [12] Julius Valens cupientissimo vulgo Imperium capit: verum utrique mox cæsi; cum Priscum [13] nobilitas hostem patriæ censuisset. 3

Decii Barbaros trans Danubium persectantes [14] Bruti fraude cecidere, [15] exacto regni 4

biennio

6 *Jotapiani.*] Hunc *Papianum* vocat Zozimus, corrupte, ut optime doctissimus Casaubonus; cumque non Decii; sed Philipporum tempore Imperatorem factum scribit.

7 *Alexandri tumens stirpe.*] Non dubium est quin hic etiam historiæ Scriptores Victor transcripserit, quorum hodie 11. libri desiderantur; ubi de iis qui post Gordianum tertium usque ad Valerianum imperium tenuere. Quare multa nobis vel ignota, vel dubia sunt.

SCHOTTUS.

8 *Ora.*] pro capite dixit, ut & alibi Capitolinus; locus tamen non occurrit.

ANNA.

9 *Lucio prisco.*] IMP. CÆS. LUCIUS PRISCUS AUG. in Nummis: hunc Philippi Imperatoris fratrem fuisse puto, quem a Philippo fratre Syriacis exercitibus præfectum fuisse dicit Zozimus.

10 *Gothorum.*] Qui antea *Getæ* dicti. Notus eorum situs.

11 *Illo.*] In Macedoniam.

SCHOTTUS.

12 *Julius Valens.*] *Licinianus* vulgata Epitomæ editio.

ANNA.

12 De hoc neque apud Græcos, neque apud Latinos historicos quicquam reperias.

SCHOTTUS.

13 *Nobilitas.*] Pro Senatu & Patribus accipitur, ut & sup. Gordiano filio, & infra Galieno, p. poniturque *militibus & cohortibus prætoris.*

GRUTERUS.

14 *Bruti fraude cecidere.*] Sic etiam Eutropius, sed perperam. quod enim mirum est, nomen loci in nomen hominis descivit. in *Abruto* enim Decii periere, ut liquet ex Geticis Jornandis, ex Cassiodoro & Eusebii Chronico, ubi consulatur noster ille Scaliger.

ANNA.

14 Imo Galli qui postea imperavit. Unde igitur hic nomen *Bruti?* dicam: Scriptum fuerat: In *Abruto fraude cecidere.* *Abrutum* vocat locum ubi Decii cecidere. Et ita Dexippus apud Georgium Monachum. ἐπανιοῦσι δὲ Σκύθαις ἐπὶ τὰ σφέτερα ὁ αὐτὸς Δέκιος ἐπιθέμενος ἀναιρεῖται ἐν Ἀβρύτῳ τῷ λεγομένῳ φόρῳ θεμαρανίῳ σὺν τῷ παιδί. Id est, *revertentibus autem Scythis in castra sua, ipse Decius incumbens, occiditur in Abruto dicto foro Themaranio, cum ipso filio.* Urbem *Abrutum* vel *Abritum* in Mœsia ponunt Geographi. Et juxta eam, locum quem vocant *Foroterebronii.* At Zozimus narrat Decium patrem ad ripam Tanaïdis occubuisse: filium vero paullo post Galli Imperatoris fraude necatum.

15 *Exacto regni biennio.*] Cum biennio

5 biennio. Sed Deciorum mortem plerique illustrem ferunt: Namque filium audacius congredientem cecidisse in acie; patrem autem cum perculsi milites ad solandum Imperatorem multa præfarentur, strenue dixisse; [16] Detrimentum unius militis parum videri sibi: Ita refecto bello cum impigre decertaret, interiisse pari modo.

biennio ipse & filius imperassent. Eutropius, sed fallo. Nam ad summum regnarunt annum unum, menses quatuor. Quamvis res satis incerta.


GRUTERUS.

16 *Detrimentum unius militis parum videri sibi.*] Reponendum cum Schotto; *parvum.* celsissimi animi vocem jure miremur. neque etiam degener Crassus amisso filio, apud Plutarchum in vita ejus: Ἐμὸν ὦ Ῥωμαῖοι, τοῦτο τὸ πένθος ἴδιόν ἐστιν. ἡ δὲ μεγάλη τύχη καὶ δόξα τῆς Ῥώμης ἐν ὑμῖν ἕστηκε σωζομένοις: *Meus est, milites, privatus hic luctus. inclita fortuna & gloria urbis Romæ in vestra consistit incolumitate.*

CAPUT XXX.

ARGUMENTUM.

Gallo & Hostiliano Augusta imperia decernunt Patres, & pestilentia sæviente interit Hostilianus.





HÆc ubi Patres comperere, [1] GALLO HOSTILIA- ∞ LV.

ANNA.

1 *Gallo Hostilianoque.*] Unum eundemque Eutropius videtur facere: *Mox Imperatores creati sunt Gallus Hostilianus & Galli filius Volusianus.* Sed, ut optime monuit Casaubonus, scripserat Eutropius *Gallus, Hostilianusque.* Nam diversi

STILIANOQUE [2] Augusta Imperia; VOLUSIANUM Gallo editum [3] Cæsarem decernunt : Dein 2
[4] pestilentia oritur, qua atrocius sæviente, [5] Hostilianus interiit, Gallo Volusianoque favor quæsitus, quod anxie studioseque tenuissimi cujusque exsequias curarent.

versi sunt. Ille, C. VIBIUS TREBONIANUS GALLUS : Hic, HOSTILIANUS PERPENNA.

2 *Augusta imperia.*] Repete *decernunt*. Factum an. U. 1004. post C. 252.

3 *Cæsarem.*] Imo Augustum. Zozimus & infra in Epitome.

SCHOTTUS.

4 *Pestilentia oritur.*] Qua sola imperium nobilitatum. Eutropius, Orosius. Vide quæ ad Epitomam notavi.

4 Zozimus: οὐχ ἧττον ἢ τοῦ πανταχόθεν ἐπιβρίσαντος πολέμου καὶ ὁ λοιμὸς πόλεσί τε καὶ κώμαις ἐπιγενόμενος, εἴ τι λελειμμένον ἦν ἀνθρώπειον γένος διέφθειρεν, οὔπω πρότερον, ἐν τοῖς φθάσασι χρόνοις τοσαύτην ἀνθρώπων ἀπώλειαν ἐργασάμενος. Id est, *nihilominus vero bello ex omnibus partibus ingravescente, lues etiam, & in opidis & in vicis subsequuta, quidquid erat humani generis reliquum absumpsit: cum nunquam superioribus seculis* † *tam hominum stragem dedisset.*

5 *Hostilianus interiit.*] In Epitome. *Nec multum post pestilentia consumptus est.* De Hostiliano.

CAPUT XXXI.

ARGUMENTUM.

Summam potestatem arripit, Interamnæ victoriam aufert, & morbo absumitur Æmilius Æmilianus.



∞VI.

1 IGITUR his Romæ morantibus, [1] ÆMILIUS
ÆMILIANUS ſummam poteſtatem [2] corruptis
militibus [3] arripuit. Ad quem expugnandum profe-
2 cti, [4] Interamnæ ab ſuis cæduntur, ſpe præmii ma-
joris ab Æmilio; cui nullo labore ſeu detrimento
victoria obveniebat: ſimul quia immodici per luxum
3 laſciviamque, officia benivolentiæ corruperant. His
ſane omnibus [5] biennio profecit: Nam Æmilianus
quoque [6] tres menſes uſus modeſto imperio, [7] mor-
bo abſumptus eſt: [8] cum Proceres primo hoſtem,
[9] dein extinctis ſuperioribus pro fortuna, ut ſolet,
4 Auguſtum appellaviſſent. At milites, [10] qui con-
tracti undique [11] apud Rhætias ob inſtans bellum
morabantur.

CA-

ANNA.

1 *Æmilius Æmilianus.*] Julius *Æmilius Æmilianus* diverſus ab illo *Æmiliano*, qui ſub Gallieno imperium invaſit, & a Theodoto victus, de quo in Epitome.

2 *Corruptis militibus.*] Pannonicis qui eum Imperatorem crearunt.

3 *Arripuit.*] Ann. U. 1005. poſt C. 253.

4 *Interamnæ ab ſuis.*] Eutropius. *Interamnæ interfecti ſunt non completo biennio. Interamna* autem hic ea eſt quæ in Umbria ad fluvium *Nar.* Nam alia eſt in via Latina. Alia item alibi.

SCHOTTUS.

5 *Biennio profecit.*] An *biennium præfuit?* Sic videtur.

GRUTERUS.

5 Non male: ſed melius Sylburgius, *biennium ſuffecit*; niſi nimium abiret a literis vocis vitioſæ.

SCHOTTUS.

6 *Tres menſes.*] Excuſa editio *quatuor menſes*: noſter *tres.*

ANNA.

7 *Morbo abſumptus eſt.*] Zozimus a ſuis interemptum dicit. Vide Epitom.

SCHOTTUS.

8 *Cum Proceres.*] *Cum eum Proceres.*

ANNA.

9 *Dein extinctis ſuperioribus pro fortuna, uti ſolet.*] Diſtingue: *Dein extinctis ſuperioribus, pro fortuna, uti ſolet, Auguſtum*, &c. Primo Senatus Æmilianum hoſtem judicaverat, verum poſtea interemptis *ſuperioribus*, Gallo & Voluſiano, ſcilicet, *pro fortuna*, hoc eſt, *ſecundum fortunam, fortunam ſequuti*, eum Auguſtum appellavere.

SCHOTTUS.

10 *Qui contractu undique.*] *Contracti* ut legatur auctor ſim.

ANNA.

11 *Apud Rhætias.*] Alpes, ubi Valerianus. Eutropius. *Hinc Licinius Valerianus in Rhætia & Norico agens, ab exercitu Imperator, & mox Auguſtus eſt factus.*

CAPUT XXXII.

ARGUMENTUM.

A militibus delatum imperium arripit, per Mesopotamiam bellum diuturnum instruit, & dolo circumventus interit Licinius Valerianus.



∞VI. [1] LICINIO VALERIANO Imperium [2] defe- 1
runt. Qui quamquam [3] genere satis claro, 2
tamen, uti mos tum etiam erat. [4] militiam sequebatur. Ejus filium GALLIENUM Senatus [5] Cæsa- 3
rem creat, statimque Tiberis adulta [6] ætate [7] diluvii facie inundavit: Prudentes perniciosum Reipu- 4
blicæ cecinere, [8] adolescentis fluxo ingenio, quia Etruria

SCHOTTUS.

1 *Licinio Valeriano.*] Non celabo lectorem, *Illicinio Valeriano*, pro *Licinio* scriptum fuisse. rursus glossema, quia locum reddit impeditum, stylo verso expungendum.

ANNA.

2 *Deferunt.*] Ann. U. C. 1006. post C. 254.

3 *Genere satis claro.*] Pollio: *Valerianus Imperator nobilis genere, patre Valerio.*

SCHOTTUS.

4 *Militiam sequebantur.*] Ad unum Valerianum pertinet. lege igitur meo periculo *sequebatur.*

ANNA.

5 *Cæsarem creat.*] Augustum. Zozimus.

SCHOTTUS.

6 *Æstate.*] Pro *ætate.*

ANNA.

7 *Diluvii facie*] Hoc est, *specie diluvii*, genus loquendi minus usitatum. Eo tamen usus Lampridius in Commodo: *per faciem lupanarium.* Et Juvenalis: *facie majoris vivere census.*

8 *Adolescentis fluxo ingenio.*] Id est, ob adolescentis fluxum ingenium. Fluxum vocat molle, voluptatibus deditum.

Etruria accitus venerat, [9] unde amnis prædictus: Quod equidem confeſtim evenit. Nam cum ejus pater [10] [dolo erat circumventus] bellum per Meſopotamiam anceps diuturnumque inſtruit, [11] Perſarum Regis, cui nomen Sapor erat, dolo circumventus, [12] fœde laniatus interiit, imperii anno ſexto, [13] ætate robuſtiore.

9 *Unde amnis.*] Qui & ideo E-*truſcus* dictus.

10 *Dolo erat circumventus.*] Hæc rejicienda eſſe nemo non videt. E ſequentibus nata ſunt.

11 *Perſarum Regis dolo circumventus.*] Sapor a Valeriano petiit ut ſecum in colloquium veniret, Valerianus nulla prudentia cum paucis ad eum profectus, quaſi de pace colloquuturus, ab hoſtibus ſubito comprehenditur, & in hac fortuna apud Perſas vivendi finem fecit. Zozimus. Alii aliter.

12 *Fœde laniatus.*] Diſcoriatus & ſale conſperſus.


13 *Ætate robuſtiore.*] Cum tamen major eſſet annis LXX.

CAPUT XXXIII.

ARGUMENTUM.

Ingebum & Regallianum regnandi cupidos devincit, rem Romanam quaſi naufragio dat, civilibus motibus atrocioribus excipitur, in Mediolani obſidio telo trajicitur, & imperii inſignibus morte inſtante ad Claudium Patres ſubigentem deſtinatis Divus dicitur Licinius Gallienus.





MXIII. SUB idem tempus LICINIUS GALLIENUS, 1
cum a Gallia Germanos strenue arceret, in Illyricum properans descendit: Ibi [1] Ingebum, quem 2
curantem [2] Pannonios, [3] comperta Valeriani clade, imperandi cupido incesserat, [4] Mursiæ devicit: moxque [5] Regallianum, qui [6] receptis militibus, quos Mursina labes reliquos fecerat, bellum duplicaverat.
His prospere, ac supra vota cedentibus, *more hominum*, secundis solutior, rem Romanam quasi naufragio dedit, cum [7] *Salonino* filio cui honorem Cæsaris contulerat, adeo uti [8] Thraciam Gothi libere [9] progressi, Macedonas Achæosque & Asiæ finitima occuparent: Mesopotamiam Parthi: Orienti [10] latrones seu [11] mulier dominaretur [12] Alemannorum vi, tunc æque 3

ANNA.

1 *Ingebum.*] *Ingenuum* vocant Trebellius Pollio, & Eutropius. In nummis INGENUS.

SCHOTTUS.

2 *Pannonios.*] *Pannonos* scriptum erat in veteri libro: unde vel *Pannonios*, vel *Pannonas* effici queat.

ANNA.

3 *Comperta Valeriani clade.*] Trebellius Pollio Ingenui rebellionem narrat Fusco, vel, ut alii, Tusco, & Basso Coss. rebellavit ergo iste contra Valerianum non contra Gallienum. Iis enim Coss. vivebat Valerianus & bellum Persicum parabat. Et vivente adhuc patre contra eum profectus Gallienus. Consentit Eutropius. *Nam juvenis*, inquit, *in Gallia & Illyrico multa strenue fecit occiso apud Mursiam Ingenuo & Trebelliano.*

4 *Mursiæ.*] In Pannonia inferiori.

5 *Regallianum.*] Alii *Regillianum*, vel unico L. *Regilianum.* A *Regilius*, *Regilianus.* At *Regalianus*, a *Regalis.* Hunc *Trebellianum* vocat Eutropius, corrupte ut puto.

6 *Receptis militibus quos Mursina labes.*] Pollio: *Imperator est factus auctoribus imperii Mœsis, qui cum Ingenuo fuerant ante superati.*

7 *Salonino filio.*] *Saloninus* de matris nomine dictus, quæ Cornelia *Salonina* Pipa dicebatur. Alii quod apud *Salonas* natus.

8 *Thraciam Gothi.*] Pollio in Gallienis: *Gothi & Clodius de quo dictum est superius, occupatis Thraciis, Macedoniam vastarunt, Thessalonicam obsederunt, neque usquam quies mediocriter salutem ostentare visa est.*

SCHOTTUS.

8 *Thraciam.*] In MSS. *Trachia* fere scribitur, aspiratione in secundam syllabam tralata.

9 *Progressi.*] Quid si *pergressi?* a qua voce ætas illa non abhorruit.

10 *Latrones.*] Syri. Vopiscus Aureliano.

11 *Mulier.*] Zenobia Odenati uxor, qua de Pollio in Tyrannis.

12 *Alemannorum vi, tunc æque.*] Olivarius hæc a superioribus interpunctione sejungenda monuit, & sic concipienda: *Alemannorum tunc equi Italiam, Francorum gentes direpta Gallia Hispaniam possiderent* (nam in vet. *possiderunt*, non recte) deletque illud *vi.* Supra certe in Caracalla *Alemannorum gentem populo-*

æque Italiam, [13] Francorum gentes, direpta Gallia, Hispaniam possiderent, vastato ac pæne direpto [14] Tarraconensium opido, nactisque in tempore navigiis [15] pars in usque Africam permearet: & [16] a-
4 missa trans Istrum, quæ Trajanus quæsierat. Ita quasi [17] ventis undique sævientibus, parvis maxima; ima
5 summis orbe toto miscebantur. Simulque Romam [18] pestilentia [19] grassabatur, [20] quæ sæpe curis gravio-
6 ribus, atque animi desperatione oritur. Inter hæc ipse

pulosam, ex equo mirifice, ut hodieque (nam peditatus inutilis) *pugnantem* laudat. qui locus facit conjecturæ Olivarianæ confirmandæ. De his totidem pæne verbis Eutrop. lib. IX. *Alamanni*, inquit, *vastatis Galliis in Italiam irruperunt; Germani usque ad Hispanias penetraverunt & civitatem nobilem Tarraconem expugnaverunt.* Ergo iidem olim Franci qui Germani. De *Alemannis* vero in præsens hoc monebo: *Alamannos* prima vocali in secunda syllaba fere in antiquis libris scribi: hodie vero *Alemannos*, & Gallica lingua *Allemans*, quod nobis sonat, quasi omnium horarum homines. Olim justius *Germani* a fide integritateque dicti, quæ præcipue in sacramento militari præstanda est. De his sic Agathias Græcus lib. I. Historiarum Latine loquens: *Alemanni, Asinio Quadrato viro Italicensi fides habenda est, qui res Germanorum diligenter perscripsit, adventicii sunt, & ex varia hominum colluvione: quod sane eorum cognomento præfertur.*

ANNA.

12 Ego vero non incommode legi posse arbitror: *Alemannorum vis tunc æque Italiam, Francorum Gentes direpta Gallia, Hispaniam possiderent. Alemannorum vis*, pro *Alemannis* ut *vis Herculis* pro *Hercule*, &c.

13 *Francorum Gentes.*] Franci iidem olim qui Germani. Et *Germanos* vocat Eutropius quos hic Francos. *Alemanni vastatis Galliis in Italiam irruperunt; Germani usque in Hispaniam penetraverunt, & civitatem nobilem Tarraconem expugnaverunt.*

14 *Tarraconensium opido.*) In ipso maris Mediterranei littore fere e regione Balearium.

SCHOTTUS.

15 *Tersin usque.*) Vetusta lectio, unde divisis dictionibus Cl. Puteanus & Nic. Faber *pars in usque Africam* leg. persuasit, nota transpositione. Olivarius propius vestigia scripturæ veteris, *per sinus usque Africam permearent*: Illud tamen malo.

ANNA.

16 *Amissa trans Istrum qua Trajanus.*) *Dacia, quæ a Trajano ultra Danubium fuerat adjecta, amissa est.* Eutropius.

SCHOTTUS.

17 *Ventis undique.*) Corruptus falsa interpolatione MSC.

ANNA.

18 *Pestilentia.*) Pollio in Gallienis: *Nam & pestilentia tanta extiterat vel Romæ, vel in Achaicis urbibus, ut uno die quinque millia hominum pari morbo perirent.*

SCHOTTUS.

19 *Grassabatur.*) Dictum videtur pro *vastabat*, vel *populabatur*. nove. Legendus Pollio de hac lue & strage.

ANNA.

20 *Quæ sæpe curis gravioribus.*) Hoc est, quæ sæpe oritur quasi malorum cumulus. Dum *curæ graviores* incumbunt, animique ad desperationem redacti sunt.

21 Le-

ipse popinas, ganeasque obiens, [21] lenonum ac vi-
nariorum amicitiis hærebat, expositus [22] Saloninæ con-
jugi atque amori flagitioso filiæ Attali [23] Germanorum
Regis, [24] Pipæ nomine: Qua causa etiam civiles mo- 7
tus longe atrociores orti. Namque primus omnium 8



[25] *Postumus*, qui forte [26] Barbaris per Galliam præsidebat,

SCHOTTUS.

21 *Lenonum ac vinariorum.*) Forte *mimorum*. hos enim conjungit Trebellius Pollio Salonino. *Semper*, inquit, *noctibus popinas dicitur frequentaße, & cum lenonibus, mimis, scurrisque vixisse.* Emendandus & in hac voce Suetonius de Illustr. Gramm. in Melisso: *Libellos ineptiarum qui nunc jocorum scribuntur, instituit absolvitque centum & quinquaginta: quibus & alios diversos postea addidit.* In MSS. est, *quibus & animos diversi operis addidit.* forte legendum, *mimos diversi operis.* Et in Capitolini Maximinis legitur *minus scurra* in omnibus editis, repone *mimus scurra.*

GRUTERUS.

21 Sed dextere interpretatur *vinarios* istos Dousa ille noster in Plautinis Explanationibus suis ad Pœnulum.

ANNA.

21 Schottus: *Lenonum ac mimorum.* Male, nam *lenones* & *vinarios* conjungit Victor, ut Pollio, vinum & stupra: *Dies ac noctes vino ac stupris perdidit orbem terrarum.*

22 *Saloninæ conjugi atque amori, &c.*) Hic diversam videtur facere *Saloninam* a Pipa Germanorum Regis filia, quæ tamen una & eadem est, ut infra Epitome & Pollio. Quare hic legendum est, ut optime Salmasius, *Saloninæ conjugis atque concubinæ amori flagitioque, &c.* Et ita plane legerat Epitomista. Eam conjugem & concubinam vocat Victor, quia pro uxore quidem habita; sed non creditæ sunt nuptiæ quas civis Romanus cum peregrina contraxisset.

23 *Germanorum Regis.*] Epitome *Marcomannorum Regis.* Pollio, *Barbari Regis filiam.*

SCHOTTUS.

24 *Pipæ nomine.*) *Pipara* vocatur Pollioni.

ANNA.

25 *Postumus.*) In nummis C. CASSIUS POSTHUMIUS. LABIENUS. Zozimo Πόςουμος.

26 *Barbaris per Galliam præsidebat.*) Zozimus. Πόςουμος ἀρχὴν ἐν Κελτοῖς τῶν ςρατιωτῶν ἐμπεπιςευμένος.

debat, Imperium ereptum ierat: [27] explosaque Germanorum multitudine, [28] Lolliani bello excipitur: quo non minus feliciter fuso, suorum tumultu periit: [29] quod flagitantibus [30] Maguntiacorum direptiones,
9 quia Lollianum juverant, abnuisset. Igitur eo occiso, [31] Marius ferri quondam opifex, neque etiam
10 tum militiæ satis clarus, regnum capit. Proinde cuncta ad extremum reciderant, uti talibus imperia ac
11 virtutum omnium decus ludibrio essent. Hinc denique jlocalariter dictum, nequaquam mirum videri, si rem Romanam, [32] Marius reficere contenderet, quam Marius ejusdem artis auctor stirpisque ac nominis,
12 solidavisset. Hoc jugulato [33] post biduum, [34] Victorinus deligitur belli scientia Postumo par; verum libidine præcipiti; qua cohibita in exordio, post biennii imperium, constupratis vi plerisque, ubi [35] Attitiani conjugem concupivit, facinusque ab ea viro patefactum est: accensis furtim militibus per seditionem

μένος. Id est, *Postumus cui imperium ap[illegible] Celtas creditum fuerat.*

27 *Exp[illegible]* est, discussa, fugata.

SCHOTTUS.

28 *Lolliani bello.*) Ex Pollione legendum, non, ut est in veteri exemplo, *Leliani belli.*

ANNA.

29 *Quod flagitantibus.*) Eutropius. *Seditione militum interfectus est, quod Moguntiacum qua adversum eum rebellaverat, Lolliano res novas moliente, diripiendam militibus tradere noluisset.*

SCHOTTUS.

30 *Maguntiacorum.*) Restituo *Moguntiacorum.* Aliam porro caussam reddit Pollio, Tyrannis; occisum nimirum a militibus suis Postumum, quod nimio eos labore fatigaret. Pro nobis facit Eutropius.

ANNA.

30 *Maguntiacum*, vel ut alii: *Moguntiacum* Germaniæ Urbs ad Rhenum. *Majence.*

31 *Marius ferri quondam opifex.*) *Marius ex fabro, ut dicitur, ferrario triduo tantum imperavit.* Pollio.

32 *Marius.*) C. Marius pater de quo supra in viris illustribus. Sed incertum opifex ne ferrarius fuerit. Ejus origo etiam incerta.

SCHOTTUS.

33 *Post biduum.*) *Triduum* Pollio, sed nihil pugnant, nam tertio die interfectus. Breve, hercle, regnum; quantus fere Consulatus Caninii Rebili, de quo Ciceronis jocus apud Macrobium lib. II. cap. 3. Saturnaliorum & Tacitus III. hist. Suetonius Cæsare c. 76. & Nerone 15.

ANNA.

34 *Victorinus.*) Hunc tamen ante Marium collocat Pollio. Nostrum sequitur Eutropius.

SCHOTTUS.

35 *Actitiani conjugem.*) Mox duplici *tt Attitianum* nuncupat, & addendum esset *actuarii*, nisi post aperte diceret. Corruptus hodieque & Eutropius lib. IX. *Agrippinæ occisus est Acturio quodam machinante*

nem [36] Agrippinæ occiditur. Tantum [37] actuario- 13
rum, quorum loco Attitianus habebatur, in exerci-
tu factiones vigent, [38] ut arduum petentibus malitia
patraretur: genus hominum, præsertim hac tempe-
state, nequam, venale, callidum, seditiosum, habendi
cupidum, atque ad patrandas fraudes velandasque qua-
si ab natura factum: annonæ dominans, eoque utilia
curantibus, & fortunis aratorum infestum: prudens
in tempore his largiendi quorum vecordia damnoque
opes contraxerit. Interim [39] Victoria, amisso Victo- 14
rino filio, legionibus grandi pecunia comprobanti-
bus, Tetricum Imperatorem facit; qui familia no-
bili, præsidatu Aquitanos tuebatur: filioque ejus Te-
trico Cæsarea insignia impartiuntur. At Romæ Gal- 15
lienus pacata omnia, ignaris publici mali, [40] impro-
be suadebat: crebro etiam, uti rebus ex voluntate
gestis solet, [41] ludos ac festa triumphorum, quo
promptius simulata confirmarentur, exercens. Sed 16

---

nante dolum, imperii sui anno secundo. lege, me auctore, *actuario quodam*, Pollione calculum addente, vel *Attiliano quodam*, nam in MSC. Eutropii *Authoriano* reperi.

ANNA.

36 *Agrippinæ.*) Quæ Urbs Ubiorum ad Rhenum, hodie *Cologne.*

SCHOTTUS.

37 *Actuariorum.*) *Actuarii* iidem qui Notarii: inde dicti, quod *acta* notis exciperent. l. Actuarii; & l. pæn. C. de erog. mil. anno. De his Titulus lib. XII. Cod. extr. De numerariis & actuariis & chartulariis & adjutoribus. Sueton. Cæsare LV. c. *Orationem pro Q. Metello non immerito Augustus existimat magis ab actuariis exceptam, male subsequentibus verba dicentis.*

ANNA.

38 *Ut arduum petentibus malitia patraretur.*) Id est, ut cædes illa Victorini ab iis qui *arduum petebant*, perficeretur. Ut ostendat quantum urgeret actuariorum factio, qui tales satellites h[illegible]berent.

SCHO[illegible]S.

39 *Victoria.*) Matronæ nomen proprium, quæ & *Victorina* Pollioni: *Mater Castrorum* appellata est, & *Augustæ* nomine affecta.

ANNA.

39 Pollio in Tetrico: *Interfecto Victorino & ejus filio, mater ejus Victoria sive Victorina Tetricum Senatorem pop. Rom. præsidatum in Gallia regentem ad imperium hortata, quod ejus erat ut plerique loquuntur, affinis, Augustum appellari fecit, filiumque ejus Cæsarem nuncupavit.*

SCHOTTUS.

40 *Improbe suadebat.*) Videtur legendum *persuadebat*, sensus enim exigit.

ANNA.

41 *Ludos ac festa tri[illegible]nphorum.*) Pollio. in Gallienis: *Ludos Circenses, ludosque scenicos, ludos gymnicos, ludicram etiam venationem, & ludos gladiatorios dedit: populumque quasi*

Victo-

postquam periculum propinquabat, tandem Urbe
17 egreditur. Namque Aureolus, cum [42] per Rhætias legionibus præesset, excitus, uti mos est, socordia tam ignavi ducis, sumpto Imperio Romam contende-
18 bat. [43] Eum Gallienus apud pontem, cui ex eo [44] Aureoli nomen est, fusum acie [45] Mediolanum
19 coegit: Quam urbem cum machinationibus omnis
20 generis oppugnat, ab suis interiit. Quippe Aureolus, ubi solvendi obsidii spem inanem videt, ducum Gallieni Tribunorumque nomina, quasi destinata ab eo ad necem, [46] astu composuit, literasque e muro, quam occultissime potuit, abjecit: quæ forte [47] a memoratis repertæ, metum suspicionemque injecere mandati exitii; verum eas effluxisse incuria mi-
21 nistrorum. [48] Qua causa [49] Aureliani consilio, cujus gratia in exercitu atque honore præstabant, [50] simulata proruptione hostium, nullis, uti re trepida ac repen-

Victo... bus diebus, ad festivitatem ac plaus... vocavit.

TERUS.

41 Vecordare iste adhuc Vitellio Taciti, *qui nuntios cladis occultans, stulta dissimulatione, remedia potius malorum quam mala differebat*, lib. III. Hist. cap. 54 ubi nos, de hujusmodi Principum stultitia, plura.

ANNA.

42 *Per Rhætias legionibus præesset.*) Illyricianos exercitus rexisse ait Pollio.

43 *Eum Gallienus apud Pontem cui ex eo.*) Pollio occisum eo loci Aureolum non a *Gallieno*, sed a Claudio. *Hunc eundem*, inquit, *Aureolum Claudius interfecto jam Gallieno apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur.* Zozimus interfectum ait a Claudii militibus postquam se Claudio dedisset. Quam sententiam videtur sequi Epitome.

44 *Aureoli.*) Pons *Aureoli* vel *Aureolus* in agro Mediolanensi, nunc vulgo *Pontirolo*.

SCHOTTUS.

44 Librarius male, *Aurelii pontem* scripserat, qui ab auctore *Aureolus* est dictus, etiam in Breviario hactenus edito.

45 *Mediolanum cogit.*) Malim quam *coëgit*.

ANNA.

46 *Astu composuit.*) Nihil tale neque Zozimus, neque Pollio.

47 *A memoratis.*) Ducibus & Tribunis.

SCHOTTUS.

48 *Qua causa.*) Ita scriptum. forte *quo casu* legendum.

49 *Aureliani.*) *Aurelianus* hic postea Imperator est factus.

ANNA.

49 Certe hic *Aurelianus* locum habere non potest, & ex Zozimo & Pollione legendum *Heracliani consilio*; hic erat præfectus Prætorio.

50 *Simulata proruptione hostium.*) Aureolum cum copiis omnibus adesse simulantes, metum injecerunt, quare arma amens capit, equum insilit, & signo dato militibus ut se-

repentina solet, tectum stipatoribus, tabernaculo educunt [51] nocte intemperata: teloque trajicitur, cujusnam, per tenebras incertum: Ita [52] auctoris necisne 22
errore, an quia bono publico acciderat, inulta cædes fuit. Quamquam [53] eo prolapsi mores sunt, uti *suo*, 23
quam Reipub. magisque potentiæ, quam gloriæ studio plures agant. [54] Hinc quoque rerum vis ac no- 2
minum corrupta; [55] dum plerumque potior flagitio, ubi armis superaverit, tyrannidem amotam vocaverit, damno publico oppressos. Quinetiam [56] aliquanti 25
pari libidine in cælestium numerum referuntur, ægre exsequiis digni: Quis ni *fides rerum gestarum* obsti- 26
tisset, quæ neque honestos præmiis memoriæ frustrari sinit, neque improbis æternam illustremque famam procedere; [57] nequiquam peteretur virtus: cum verum

se sequerentur, interim solus adequitat; itaque eum dux turmæ nudum conspicatus, interficit. Vide Zozimum.

SCHOTTUS.

51 *Nocte intemperata.*) Pro *intempesta.* quod non temere alibi reperias.

ANNA.

51 Nescio an nox intempesta, *nox intemperata* recte dicatur.

SCHOTTUS.

52 *Auctoris necis nec rore an quia.*) Si divinare liceat, credo Victorem exarasse, *auctoris necis ne errore an quia.* Quamquam *ne* abesse potest, quod Tacito familiare esse norunt, qui in eo auctore non admodum hospites sunt. Olivarius sic concinnabat: *auctoris necis errore ne an quia*: ideo Gallieni inulta cædes fuit, aut quia auctor ejus ignorabatur, aut quia bono publico acciderat.

ANNA.

52 Ait cædem auctoris inultam fuisse, incertum propterne *errorem necis*, id est, quod ejus auctor ignorabatur, an quia bono publico acciderat.

GRUTERUS.

53 *Eo sunt prolapsi mores, uti suo quam Reipublicæ, magisque, &c.*) De hac querela, non adspergimus accumulamus ad Taciti ist *Paucis judicium, aut Reipublicæ amor.* &c. lib. I. Histor. cap.

54 *Hinc quoque rerum vis ac nominum corrupta.*) Similiter Cato apud Sallustium Catilin. cap. 52. §. 1. *Jampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus, quia bona aliena largiri,* &c. Sed & nos de ea falsa nominum interpretatione plura apud Tacitum lib. XI. Annal. cap. 17. f. *Falso libertatis vocabulum obtendi,* &c.

SCHOTTUS.

55 *Dum plerumque.*) Locus lectu quam intellectu difficilior: Rerum, inquit, vis & nominum corrupta: nam qui flagitio potior est, is si armis superior sit, tyrannos amotos, damno publico oppressos, vocat.

56 *Aliquanti.*) Dictum pro aliquot.

57 *Nequiquam.*) Liquet jurare ita scribendum pro frustra. quomodo antiqui libri plerumque præferunt, quamvis in MSC. *ne cuiquam* divisim calamo exararint. quod defendit

rum illud atque unicum decus pessimo cuique gra-
27 tia tribueretur, demptum impie bonis. Denique
Gallienum subacti a Claudio Patres, quod ejus arbi-
28 trio Imperium cepisset, Divum dixere. Nam cum
profluvio sanguinis, vulnere tam gravi, mortem sibi
adesse intelligeret, [58] insignia imperii ad Claudium
destinaverat, [59] honore Tribunatus [60] Ticini retinen-
29 tem præsidiariam manum. [61] Quod sane extortum:
cum neque Gallieni flagitia, [62] dum urbes erunt,
occultari queant; & [63] quisque pessimus erit, par
30 similisque semper ipsi habebitur: Adeo Principes at-
que [64] Optimi mortalium, vitæ decore, [65] quam quæ-
sitis nominibus, atque compositis, [66] quantum con-
jiciatur, cælum adeunt; seu fama hominum Dei ce-
31 lebrantur modo. At Senatus comperto tali exitio,
[67] satellites propinquosque per scalas Gemonias præ-
ceps agendos decrevit, patronoque fisci [68] in Curiam
perduci

rem[illegible]t, Olivarius, pro nullo vel a nullo? Quid si *næ cuiquam* pro certe ab a[illegible]o peteretur virtus? q. d. minime. [illegible]ia vero laus historiæ, cujus veritate a maleficiis sæpe deterreantur improbi.

A N N A.

58 *Insignia Imperii ad Claudium.*) Contra Zozimus & Pollio a militibus electum Claudium, & a Senatu postea comprobatum.

59 *Honore tribunatus.*) Id est, qui *Tribunus* Ticini præsidium retinebat.

60 *Ticinum.*] Urbs in Gallia Transpadana, in agro Mediolanensi, ubi Insubres.

61 *Quod sane extortum.*) Divini honores extorti, non sponte delati. Supra: *Subacti a Claudio patres*, &c.

SCHOTTUS.

62 *Dum urbs erit.*) Vidi qui legendum censerent, ut de Roma duntaxat intelligatur.

GRUTERUS.

62 Ego malim *dum urbes erunt*, quam ut quidam conjecerunt, *Urbs*, ut de Roma intelligatur. nocuit enim toti imperio luxuria Gordiani: itaque nulli non *urbi* memorandus cum infamia.

SCHOTTUS.

63 *Quisque pessimus erit.*] Pro, *quisquis* vel *quicunque*.

A N N A.

64 *Optimi mortalium.*) Sic vocat nobilissimos quosque.

SCHOTTUS.

64 *Optimos mortalium* vocare videtur e quorum corpore Imperator legi solet, & unde status Optimatium Romæ constituebatur; qui Græcorum Aristocratiæ respondet, post paullo *Optimos nobilium* vocat.

A N N A.

65 *Quam quæsitis.*) Subintelligitur, *potius*.

SCHOTTUS.

66 *Quantum conjiciatur.*) Præstare ausim fuisse *conjicitur*, hoc est, hominum judicio.

A N N A.

67 *Satellites, propinquosque.*] Gallieni scilicet.

SCHOTTUS.

68 *In Curiam perduci.*) *Perducto*,

perduci effossos oculos pependisse satis constat: cum inruens vulgus, pari clamore, [69] Terram matrem, Deosque Inferos precaretur, [70] sedes impias uti Gallieno darent. Ac nisi Claudius confestim recepta Me- 32
diolani urbe, [71] tanquam postulato exercitus [72] parcendum, qui forte eorum supererant præcepisset; nobilitas plebesque atrocius [73] grassarentur. Et Patres 33
quidem, præter commune Romani malum orbis, stimulabat proprii ordinis contumelia: Quia primus 34
ipse, metu socordiæ suæ, [74] ne imperium ad optimos nobilium transferretur, Senatum militia vetuit; etiam adire exercitum. Huic [75] novem annorum 35
potentia fuit.

Jo. Olivarius auferendi casu, & fortasse ad auctoris sensum accommodate.

GRUTERUS.

68 Facile mutaveris illud *perduci* in *perducto*, sed ita non sanabitur loci vulnus. quo etiam forte adficitur vox *pependisse.* certe stare vix potest, permanente illo *perduci.*

ANNA.

68 Ego putabam: *Patronique fisci in curiam perducti, effossos oculos pependisse,*&c. Patroni oculi effossi pependerunt, hoc est, pœnas luerunt. Neque vitiosum est illud *pependisse*, ut putavit doctissimus Gruterus. de Patronis sive advocatis fisci alibi dictum.

69 *Terram matrem, deosque inferos.*) Sic enim ex formula in diris illis. *Terra mater, vosque Dii inferi*, &c.

70 *Sedes impias.*) Id est, ubi impii *inclusi pœnam expectant.* Ex Virgilio VI. Æneidos notæ illæ sedes.

71 *Tanquam postulato exercitus.*) Id est, tanquam exercitus postulasset.

72 *Parcendum qui forte eorum.*] Supple, *iis: parcendum iis qui forte*, &c.

73 *Grassarentur.*] Pro *grassatæ* fuissent.

GRUTERUS.

74 *Ne imperium ad optim[illegible]s nobilium transferretur, Sena[illegible] militia vetuit.*] Non quæ[illegible] [illegible]a de ignavionibus istis prom[illegible]mus ad illa Taciti: *Clarum inde inter Germanos Frisium nomen; dissimulante Tiberio damna, ne cui bellum permitteret.* lib. IV. Annal. cap. 74.

SCHOTTUS.


75 *Novem annorum.*) Gallienus post patrem Valerianum solus imperium obtinuit annos novem. Eutrop. IX. lib. cum patre Valeriano sex Treb. Pollio. Quindecim igitur annis regnavit; cum patre septem, & solus octo annis imperavit, vixit quinquaginta, inquit vulgata Epitoma.

CAPUT XXXIV.

ARGUMENTUM.

Reipublicæ vitam dono dat, & nullo exercitus detrimento Gothos summovet Imperator Claudius.

Sed



1. SED [1] CLAUDII Imperium milites, *quos fere* ∞XXI
contra ingenium [2] perditæ res ſubigunt recta conſulere; ubi afflicta omnia perſpexere, avide approbant, extolluntque, [3] viri laborum [4] patientis, æquique
2 ac prorſus dediti Reipublicæ. [5] Quippe ut [6] longo in-
3 tervallo [7] Deciorum morem renovaverit. Nam cum ...ere Gothos cuperet, quos diuturnitas nimis validos ac prope incolas effecerat, proditum ex libris Sibyl-

ANNA.

1 *Claudii.*] An. U.C. 1020. poſt C. 268.

SCHOTTUS.

2 *Perditæ res ſubjungunt,*] Non aſſequor, nec concoquere hoc poſſum. Repoſui parva facta immutatione *ſubigunt* vocem Plautinam.

GRUTERUS.

2 Eadem quoque ratio vulgi, e quo genere hominum fere conſtituitur militia. Salluſtius Catilin. cap. 23. f. *Sed ubi periculum advenit, invidia atque ſuperbia poſt fuere*, &c. Conſulatur Thucydides non longe a limine libri ſeptimi.

ANNA.

3 *Viri.*] Refer ad *Claudii* quod priori verſu legitur.

SCHOTTUS.

4 *Patientis.*] Repoſui generandi caſu, quamvis accuſandi ſcriptus liber: pertinetque ad τὸ *Claudii*.

ANNA.

5 *Quippe ut longo intervallo Deciorum morem renovaverit.*] Falſum eſt Claudium ſe pro ſalute Patriæ devovendo, Deciorum morem renovaviſſe, ut produnt multi; Nam peſtilentia mortuus Claudius. Pollio: *Finito bello Gothico, graviſſimus morbus increbuit, tunc cum etiam Claudius affectus morbo mortales reliquit & familiare virtutibus ſuis petiit cœlum.* Et Zozimus. Ἁψαμένου δὲ τοῦ λοιμοῦ καὶ Ῥωμαίων, ἀπέθανον μὲν πολλοὶ στρατεύματος, τελευτᾷ δὲ καὶ Κλαύδιος. Id eſt, *Cum vero apud Romanos peſtis ſæviret, cum alii complures in exercitu mortui ſunt, tum etiam Claudius vivendi finem fecit.*

6 *Longo intervallo.*) A P. Decio Mure, qui ſe bello Latino devovit, uſque ad Claudii tempora anni ſunt circiter DC.

7 *Deciorum morem.*) Se pro patria devovendi, qui mos *Deciis* ſollennis fuit.

Sibyllinis est, primum [8] ordinis amplissimi victoriæ
vovendum. [9] Cumque is qui esse videbatur, semet 4
obtulisset; sibi potius id muneris competere [10] osten-
dit, qui revera Senatus, atque omnium Princeps e-
rat. Ita nullo exercitus detrimento fusi Barbari sum- 5
motique, postquam Imperator [11] vitam Reipublicæ
dono dedit: Adeo *bonis-salus* civium ac longa sui 6
memoria cariora sunt: quæ non gloriæ modo, verum
etiam ratione quadam posterorum felicitati proficiunt.
Hoc siquidem Constantius & Constantinus, atque 7
Imperatores nostri *** [12] corporisque acceptior
militibus, præmiorum spe, seu lasciviæ. Quo ægra 8
asperiorque victoria fuit, dum, uti mos subditis erat,
studio impune peccandi, [13] remissa Imperia promp-
tius quam utilia defendunt.

8 *Ordinis amplissimi.*) Id est, senatus. Jam alibi.

9 *Cumque is.*) Pomponius Bassus. Vide in Epitome. *Pomponio Basso qui tunc erat se offerente.*

10 *Ostendit.*) Claudius.

SCHOTTUS.

11 *Vitam R. P. dono dedit.*] Ut Codrus Atheniensis & Decii Romani qui se pro Republica devotarunt. Cicero. Eutropio autem hic morbo absumptus est.

12 *Corporisque acceptior.*] Asteriscos posui; locus enim deploratus, quem sine alterius MSC. ope in integrum restitui posse despero. Ab ingenio lacunam explere nolui: periculosa enim divinatio. Desunt certe versus aliquot de initio [illegible] perii Aureliani, & forte [illegible] Quinctilio Claudii fratre [illegible]aucis a regno diebus interem[illegible]

A N [illegible]

12 Id facile probabis ex initio sequentis capitis: *Igitur Aurelianus successu tanto vehementior*, quæ necessario ad ea, quæ hic dicta sunt, referenda.


13 *Remissa imperia.*) *Remissa* vocat *imperia* minus severa, ubi omnia omnibus permissa sunt, & impune peccatur.

CAPUT XXXV.

ARGUMENTUM.

In Persas progreditur, Italiam repetit, Gallia Germanos demovet, Tetrici legiones cædit, monetæ opifices pœnæ metu bellum facientes delet, Soli fanum constituit, Urbem muris circumsepit, & ministri scelere circumventus interit Aurelianus.

CÆTE-



1 CÆTERUM [1] AURELIANUS ſucceſſu tanto ∞ XXIII.
vehementior, confeſtim quaſi belli reliquiæ ſupereſſent, in Perſas progreſſus eſt. Quis deletis, I-
2 taliam repetivit, [2] cujus urbes Alamannorum vexationibus affligebantur: Simul Germanis Gallia demotis;
3 Tetrici, de quo ſupra commemoravimus, cæſæ legiones, [3] proditore ipſo duce. Nam Tetricus, cum Faustini Præſidis dolo corruptis militibus plerumque petere Aureliani per literas præſidium imploraverat; eique adventanti, producta ad ſpeciem acie,
5 inter pugnam ſe dedit. Ita, uti rectore nullo ſolet, turbati ordines oppreſſi ſunt: Ipſe [4] poſt Celſum biennii

ANNA.

1 *Aurelianus.*] Imperium ſuſcepit an. U. 1022. poſt C. 270.

2 *Cujus urbes Alamannorum vexationibus.*] Vide Zozimum, qui hoc, antequam in Perſas Imperator progrederetur, factum dicit.

SCHOTTUS.

3 *Prodito ipſo Duce.*] Jurare liquet *proditore* ſcripſiſſe Aurelium in Aureliano, flagitante hiſtoriæ veritate apud Trebellium Pollionem Tyrannis, & Flavium Vopiſcum Aureliano, & Eutropium lib. IX. uſus autem tumultuantibus militibus in literis hoc Virgiliano l. VI. Æneid.

Eripe me his invicte malis....

ANNA.

3 *Ipſo Tetrico exercitum ſuum prodente, quod ejus ſcelera ferre non poßet.* Vopiſcus in Aureliano. Pollio in Tetrico ſeniore: *Quod militum ſuorum impudentiam & procacitatem ferre non poßet.* Sed verior Vopiſcus.

SCHOTTUS.

4 *Poſt Celſum biennii Imperii.*] Quis hic *Celſus* ſit quæro: nec me fugit de triginta Tyrannis *Celſum* viceſimum octavum a Pollione collocari: atqui in Africa, non, ut Tetricus in Gallia, imperium invaſit. Quare in mentem venit legendum. *Ipſe poſt celſum biennii imperium*: ut ſublimitatem & ſummam poteſtatem

nii Imperii in triumphum ductus; Lucaniæ [5] Corre-
cturam, filioque veniam atque honorem [6] Senato-
rum [7] cooptavit: Neque ſecus intra Urbem monetæ 6
opifices deleti: Qui cum auctore [8] Feliciſſimo ratio-
nali [9] nummariam notam corroſiſſent, pœnæ metu bel-
lum fecerant; uſque eo grave, ut per Cœlium montem
congreſſi, [10] ſeptem fere millia bellatorum confecerint:
His tot tantiſque proſpere geſtis [11] fanum Romæ ſoli 7
magnificum conſtituit, donariis ornans opulentis: ac
ne unquam, [12] quæ per Gallienum evenerant, ac-
ciderent; muris Urbem quam validiſſimis [13] laxiore
ambitu

teſtatem intelligas *celſum imperium*: quæ familiaris ejus ætatis formula eſt. Tetricus enim ſenior in Gallia imperium occupaverat tenuitque per annos duos. Epitoma impreſſa.

GRUTERUS.

4 Valde ευστόχως Schottus, *ipſe p ſt celſum biennii imperium*; ut ſublimitatem & ſummam poteſtatem intelligamus. nam ſic & infra cap. 41. dixit; *poſt biennii auguſtum Imperium fuſus*.

SCHOTTUS.

5 *Correcturam Lucaniæ*) Sic & Vopiſcus Aureliano; Trebellius vero Tyrannis, *Correctorem* totius Italiæ factum ſcribit, id eſt, Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ, atque Umbriæ, Piceni & Flaminiæ, omniſque annonariæ regionis. Infra Diocletiano, *Venetiæ correctura*. De *Correctoribus*, qui aliquam provinciæ partem regendam ſuſceperant, vide Caſſiodorum lib. III. Variarum, qui nunc doctorum hominum opera integrior prodiit.

6 *Senatorum.*) *Senatorium* legi poſſet quinque ſyllabis.

7 *Cooptavit* poſitum pro impetravit. Vopiſcus non Senatu motum, ſed relictum filium ait.

8 *Feliciſſimo rationali.*] Sic Eutropius. Ei *fiſci procurationem mandatam* Vopiſcus ſcribit, appellatumque ſervorum ultimum in Epiſtola ad Ulpium patrem, ubi neſcio quos Monetarios commentus eſt Johannes Baptiſta Egnatius, quem & Eutropius, & Victor noſter refellunt: nam de nummaria nota diſertim uterque & Suidas voce Μονηταριοι, ubi & Feliciſſimi hujus infeliciſſimi exitus meminit. vide Conſt. Impp. lib. XI. C[illegible] tit. *de Murilegulis & gynæciariis & p[illegible]ratoribus*. Et lib. IX. tit. *de [f]alſa moneta*.

ANNA

9 *Nummariam [illegible] corroſiſſent.*] Hoc eſt, *Nummos corroſiſſent* ut ponderis quantitatem minuerent.

10 *Septem fere millia bellatorum confecerint.*] Vopiſcus in Aureliano: *Fuit ſub Aureliano etiam Monetariorum bellum Feliciſſimo Rationali auctore: quod acerrime ſeveriſſimeque compeſcuit, ſeptem tamen millibus ſuorum interemptis.* Vide & ipſius Aureliani epiſtolam, quæ ibidem poſita eſt.

11 *Fanum Romæ ſoli magnificum.*) Vopiſcus: *Templum ſolis magnificentiſſimum conſtituit.*

12 *Quæ per Gallienum evenerant.*) Vopiſcus: *Quum videret poſſe fieri ut aliquid tale iterum quale ſub Gallieno evenerat, proveniret, adhibito conſilio ſenatus, muros Urbis Romæ dilatavit.* Timebat autem Barbarorum in Italiam irruptionem.

SCHOTTUS.

13 *Laxiore ambitu circumſepſit.*) *Ut quinquaginta prope millia murorum*

ambitu circumſepſit: ſimulque uſus porcinæ carnis, quo plebi Romanæ affatim cederet; [14] prudenter munificeque proſpectavit; deletæque fiſcales & [15] quadruplatorum, quæ Urbem miſerabiliter affecerant, calumniæ, [16] conſumptis igni tabulis monumentiſque hujuſcemodi negotiorum: atque [17] ad Græciæ morem decreta abolitione, inter quæ [18] avaritiæ peculatum, provinciarum prædatores, contra morem [19] militarium, quo-

rum ejus ambitus teneant. Fl. Vopiſcus qui de his omnibus copioſe.

ANNA.

14 *Prudenter munificeque proſpectavit.*) Vopiſcus apertius: *Idem Aurelianus & porcinam carnem populo Romano diſtribuit, quæ hodieque dividitur.* Fuit tum inſtitutus præfectus dividendæ porcinæ, cujus meminit Zozimus. lib. 2. Λουκιανὸς τοῦ χοιρείου κρέως ἦν χορηγός. *Lucianus porcinæ carnis præbitor fuit.*

SCHOTTUS.

Quadruplatores.) Vopiſcus am d·latores *Quadruplatoribus* addit: [illegible]em lector cum his Victorianis co[illegible]et, & tanquam cum Bitho Bacch[illegible]ommittet. Aſconius Verrina III. *Quadruplatores, accuſatores ſive delatores criminum publicorum ſub pœna quadrupli: ſive quod ipſi ex damnatorum bonis quos accuſaverant, quartam partem conſequebantur.* Eadem ille in divinationem Ciceronis. Plautus Perſa,

Ubi quadruplator quempiam injexit manum.

ANNA.

15 Vopiſcus quem hic tranſcribit: *Item quadruplatores ac delatores ingenti ſeveritate perſequutus eſt: tabulas publicas ad privatorum ſecuritatem exuri in foro Trajano ſemel juſſit.*

GRUTERUS.

16 *Conſumptis igni tabulis, monumentiſque hujuſcemodi negotiorum.*) Nimirum, ut peſſimi Principum obliterata ærarii monumenta e latebris ſuis protrahunt; ſic eadem bonæ poteſtates igne conſumunt, tanquam calumniandi materiem unicam: ut prolixe probavimus ad Taciti lib. XIII. Annal. cap. 23.

SCHOTTUS.

17 *Ad gratiæ morem.*] Adulterata lectio: quare res ſibi ſuas habere jubeo ademptis clavibus. Repono invito MSC. *ad Græciæ morem,* id eſt Athenienſium. Significat enim totiens decantatam legem ἀμνηστίας Athenienſibus primum Thraſybulo auctore uſurpatam, de qua M. Tullius Philippica I. quem Cic. locum hic Vopiſcus & Oroſius li. II. cap. XVII. & lib. VII. cap. VI. laudant; & M. Vellejus Paterculus lib. II. *Et illud,* inquit, *decreti Athenienſium celeberrimi exemplum relatum a Cicerone oblivionis præteritarum rerum decreto Patrum comprobatum eſt.* Plutarchus Polit. τὸ τῆς ἀμνηστίας ψήφισμα ſcitum illud Athenienſium vocat. Subſcribo igitur ſententiæ Fr. Fabricii eruditiſſimi viri; vehementer falli eos qui in Cicerone Μὴ μνησικακεῖν pro ἀμνηστίαν ſubſtituerunt. lege Val. Max. lib. IV. cap. I. Corn. Nepotem Thraſybulo, & Xenoph. lib. II. ἑλληνικῶν. Juſtinum lib. V.

ANNA.

17 Vopiſcus: *Amneſtia etiam ſub eo delictorum publicorum decreta eſt de exemplo Athenienſium.*

18 *Avaritiæ peculatum, provinciarum prædatores.*] Vopiſcus. *Fures provinciales repetundarum ac peculatus reos ultra militarem modum eſt perſequutus, ut eos ingentibus ſuppliciis cruciatibuſque puniret.*

19 *Militarium*] Pro *militum.* Non ſemel. Ut & alii Scriptores ejuſdem ſeculi.

quorum e numero erat, immane [20] quantum spectabatur. Qua causa [21] ministri scelere, cui secretorum 8
officium crediderat, circumventus, apud [22] Cœnofrurium interiit: cum ille prædæ conscientia delictique, [23] scripta callide composita Tribunis, quasi per gratiam, prodidisset, quibus interfici jubebantur: illique eo metu accensi facinus patravere. Interea mili- 9
tes, [24] omisso Principe, Legatos statim Romam destinant, [25] uti suopte arbitratu Patres Imperatorem
[26] deligerent: Quibus hoc [27] ipsorum potissimum con- 10
venire munus respondentibus; rursum [28] legiones ad cos

SCHOTTUS.

20 *Quantum spectabatur.*) Puto legendum *sectabatur*, vel potius *insectabatur*, omissa præpositione a librario in præcedenti voce *quantum* absumpta. *Fures provinciales repetundarum ac peculatus reos ultra militarem modum est persequutus, ut eos ingentibus suppliciis cruciatibusque puniret.* Vopiscus. Ubi noster *contra militarium morem* legisse videtur.

21 *Ministri scelere.*] Olivarius *Mnesthei* legendum censebat. & sane *Mnestheus* a Flavio Vopisco appellatur, notarius secretorum: qui breve nominum conscripserit & manu Mucaporis interficiendum curarit.

ANNA.

21 Quod non necesse. Hunc *Erotem* nominat Zozimus.

SCHOTTUS.

22 *Cænofrurium.*] *Cænophrurium* (sic enim imprimitur) mansionem inter Heracleam & Byzantium. In Antonii Schoonhovii viri diligentissimi Eutropio *Zenophrurium* ex MSS. reperias.

ANNA.

22 Καινὸν φρούριον. Vel unica voce Καινοφρούριον. Id est, *novum castellum*, munitissimum hoc castellum scribit Polybius, & in eo gazam suam Mithridatem habuisse.

23 *Scripta callide composita.*] *Breve nominum mixtis iis quibus Aurelianus vere irascebatur, cum iis de quibus nihil asperum cogitabat.* Vopiscus, quem vide.

SCHOTTUS.

24 *Omisso Principe.*] Pro, amisso, ut alias sæpe, num. XI. Inf. contra *amisso* posuit pro *omisso*, nisi mendosus liber, num. XXXVII. *retracto* pro *detracto*, alibi, nisi forte scribæ culpa, quam præstare non debeo, acciderit.

ANNA.

25 *Uti suopte arbitratu Patres.*] Vopiscus. *De Imperatore deligendo exercitus retulit ad Senatum, idcirco quod nullum de his faciendum putabat qui tam bonum principem occiderant. Verum Senatus hanc eandem delectionem in exercitum refudit, sciens non libenter jam milites accipere Imperatores eos quos Senatus elegerit. Denique id tertio factum est, ita ut per sex menses Imperatorem Romanus orbis non habuerit.*

SCHOTTUS.

26 *Deligerent.*] *Dilegerent* malo ex Sexto Pompejo lib. IV. de verb. signific.

27 *Ipsorum potissimum convenire munus.*] Olet glossam ὁ *convenire*:- delere tamen aut obliterare non ausim sine libris.

28 *Legiones.*] *Electionem* vel *legendi jus* credo scripsisse, non *legiones*.

11 eos rejiciunt. Ita utrimque pudore ac modestia [29] decertabatur, rara in hominibus virtute, rebus præser-
12 tim hujusmodi, ac prope ignota militibus. Tantum ille vir severitate atque incorruptis artibus potuit, [30] ut ejus necis auctoribus exitio; pravis metui; [31] simulata dubiis; optimo cuique desiderio; nemini insolentiæ aut ostentationi esset: atque etiam [32] soli, quasi Romulo, Interregni species obvenit, [33] longe
13 vero gloriosior. Quod factum [34] præcipue edocuit, [35] *cuncta in orbis* modo verti; nihilque accidere, quod rursum

29 *Decertabatur.*] Credo scripsisse Victorem *certabatur*.

GRUTERUS.

29 Inde *honestissimum certamen* appellatum Plinio lib. VII. Epist. 7. *speciosum* vero eidem Panegyrico ad Trajanum capite 79. m. videatur & Symmachus lib. I. Epistol. 86. f. lib. IV. Epist. 39. m. P. Syrus: *Humanitatis optima est certatio*.

ANNA.

30 *Ut ejus necis auctoribus.*] Hic hiatum codicis notaverat Casaubonus ubi scriptum: *Ut* ejus....... *necis auctoribus*. Atque ipsi desiderari videbatur vocabulum *mors* aut simile aliud. Sine quo, ajebat, ruit tota periodus. Verum nullum ego hic vitium, nullum defectum agnosco. *Ut ejus necis auctoribus exitio.* Notandum tantum *necis* hic in nominandi casu pro *nex*, ut veteres loquebantur. De Aureliani autem *nece* hic loquitur Victor; quod ideo moneo quia doctissimus Salmasius de *nece* Romuli hoc putavit intelligendum.

31 *Simulata dubiis.*] Hoc est, sparsi rumores quasi de morte illius, ut *dubii* deposita persona qua tegebantur, cognosci possent.

SCHOTTUS.

31 Fuit cum divinarem legendum *simul & dubiis*. videbam enim facile aliquid corruptum, referendumque ad Aurelianum, non ad *necis*. Latine enim dixisse oportuit, *ut necis suæ auctoribus*, nisi soloecismum facere voluerit. post tamen subiit Victorem forte declinasse *neces* nominandi casu, pro *nex*, ἀρχαϊκῶς. Quod si verum esse persuadeo, *simulata* recte habet, significatque sparsum quasi de morte illius rumorem, ut *dubii*, deposita persona qua tegebantur, cognosci queant.

ANNA.

32 *Soli quasi Romulo.*] Vopiscus in Tacit. initio: *Quod post excessum Romuli novello adhuc Romanæ Urbis imperio factum, Pontifices, penes quos scribendæ historiæ potestas fuit, in literas retulerunt, ut interregnum, dum post bonum principem bonus alius quæritur, iniretur, hoc post Aurelianum, habito inter Senatum, exercitumque Romanum non invido, non tristi; sed grato religiosoque certamine sex totis mensibus factum est.*

33 *Longe vero gloriosior.*] Quod nullæ in hoc seditiones quæ in Romuli interregno agitatæ sunt.

SCHOTTUS.

34 *Præcipue edocuit.*] Malim *præcipue docuit*: repetita enim præcedentis vocis litera videtur.

ANNA.

35 *Cuncta in orbis modo verti.*] Sic Salomon in divino illo libello, qui Ecclesiastes inscribitur cap. I. v. 9.

SCHOTTUS.

35 Tacitum Cornelium prudentissimum scriptorem est imitatus, ut verba prope appendere voluisse videa-

rursum naturæ vis ferre [36] nequeat ævi spatio: Adhuc 14
virtutibus Principum res attolli facile, vel afflictas; easque firmiores [37] præceps vitiis dari.

videatur: Sic enim ille de Vespasiano III. Annali, re altius propter elegantiam a nobis repetita: *præcipuus astricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victuque: obsequium inde in Principem, & æmulandi amor, validior quam pœna ex legibus & metus: nisi forte rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices; ita morum vertantur: nec omnia apud priores meliora; sed nostra quoque ætas multa laudis & artium imitanda posteris tulit.* De rerum conversione disputat eleganter Pythagoras apud Ovid. lib. XV. Transformationum: ubi περὶ μετεμψυχώσεως.....

Nihil est toto quod perstet in orbe.
Cuncta fluunt, &c.

Mitto & Platonicum annum Magnum.

GRUTERUS.

35 De eo naturæ tacito recursu, multa nos ad Tacitum lib. III. Annal. cap. 55. *Nisi forte rebus cunctis inest quidam velut orbis; ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur.*

SCHOTTUS.

36 *Nequeat.*) Pro *nequeat* male in MSC. *neque:* quod mendum ex compendiis natum quis non videt? forte repererat *nequit.*

ANNA.

37 *Præceps.*] Adverbialiter, ut alibi.

CAPUT XXXVI.

ARGUMENTUM.


Imperator creatur, Aureliani necis auctores excruciat, & moritur Tacitus, & imperium invadit ejus frater Florianus.



a. XXIIX. IGITUR tandem Senatus, mense circiter post Aureliani interitum sexto, TACITUM e consula-

ribus

ribus mitem ſane virum, [1] Imperatorem creat: [2] cunctis fere lætioribus, quod [3] militari ferocia [4] legen-
2 di jus Principis Proceres recepiſſent. Quæ tamen lætitia brevis, neque exitu tolerabili fuit: Namque Tacito confeſtim [5] a ducenteſima regni luce, [6] Tyanæ [7] mortuo, [8] cum tamen prius auctores Aureliani necis, maximeque [9] Mucaperem ducem, quod ipſius



ictu occiderat, excruciaviſſet; FLORIANUS ejuſdem

ANNA.

1 *Imperatorem creat.*] An. U. 1027. poſt C. 275.

2 *Cunctis fere lætioribus.*) Vopiſcus in Tacito. *Nec tacendum eſt, & frequenter intimandum, tantam Senatus lætitiam fuiſſe quod eligendi principis cura ad ordinem ampliſſimum revertiſſet, ut & ſupplicationes decernerentur & hecatumbe promitteretur a ſingulis.*

3 *Militari ferocia.*] At quo modo *militari ferocia?* cum curam illam ſæpius ad exercitum Senatus, & ad Senatum exercitus refuderit, donec coacti patres.

SCHOTTUS.

4 *Legendi jus Principis.*] De contentione Senatus & militum, & de ſententia Taciti Imperatoris Vopiſcus Aureliano: de interregno Aureliani cædem ſequuto idem initio Taciti.

ANNA.

5 *A ducenteſima regni luce.*] Imperavit menſibus ſex, diebus viginti. Vopiſcus, & Eutropius menſibus tantum ſex, minus vere.

6 *Tyanæ.*] In Cappadocia. Infra Epitome ait Tarſi mortuum.

7 *Mortuo.*] Interemptus eſt inſidiis militaribus, ut alii dicunt, ut alii, morbo interiit. Vide Vopiſcum.

8 *Cum tamen prius auctores Aureliani necis.*] Vopiſcus. *Et prima quidem illi cura Imperatoris facti hæc fuit, ut omnes qui Aurelianum occiderant, interimeret, bonos maloſve, quum jam ille vindicatus eſſet.* Apud Zozimum tamen legas Probum Imperatorem de iis qui Aurelianum interfecerant, pœnas ſumpſiſſe.

9 *Mucaperem ducem, quod ipſius ictu.*] *Malitia Notarii ſui, & manu Mucaperis interemptus eſt.* Vopiſcus. Extat Aureliani epiſtola ad *Muco*

dem frater, [10] nullo Senatus ſeu militum conſulto Imperium invaſerat.

Mucaperem apud eundem Vopiſcum.

10 *Nullo Senatus.*] Vopiſcus: *Non Senatus auctoritate, ſed ſuo motu, quaſi hæreditarium eſſet Imperium.*

CAPUT XXXVII.

ARGUMENTUM.

Imperator fit, Galliam..... vinetis replet, Barbarorum gentes atterit, Saturninum & Bonoſum dominatum tentantes cædit & trucidatur Probus.



QUI [1] uno menſe aut altero vix [2] retentata dominatione apud [3] Tarſum [4] ab ſuis interficitur. Poſt quem PROBUM [5] in Illyrico factum accepere, ingenti belli ſcientia exercitandiſque va-

•• XXIX. 1 2

ANNA.

1 *Uno menſe aut altero.*] Duobus menſibus, & diebus viginti in imperio fuit. Eutropius.

SCHOTTUS.

2 *Retentata.*] Sic veteres, pro *retenta.*

ANNA.

3 *Tarſum.*] In Cilicia.

SCHOTTUS.

3 *Tarſum* quoque ſupra abſque ſpiritu. Vopiſcum autem ſequitur, nam Tarſi mortuum Tacitum auctor vulgata Epitoma.

ANNA.

4 *Ab ſuis interficitur.*] Cum Probum Imperatorem factum accepiſſent. Vide Zozimum & Vopiſcum, a quibus hic Victor diſſentit.

5 *In Illyrico factum.*] Imo in oriente.] Nam Probus Syriam, Phœnicem, Palæſtinam & Ægyptum tunc obtinebat. Vide Zozimum. Vopiſcus etiam ab orientalibus exercitibus Imperatorem factum ſcribit. Putabam legendum: *In Illyrico natum.* Nam Sirmio oriundus Probus;

varie militibus, ac duranda juventute prope Hanni-
3 balem alterum. Namque [6] ut ille oleis Africæ pleraque per legiones, quarum [7] otium Reipublicæ atque [8] doctoribus suspectum rebatur: [9] eodem modo hic Galliam Pannoniasque & Mœsorum colles vinetis replevit: [10] postea sane quam Barbarorum attritæ gentes sunt, quæ nostris principibus suorum scelere interfectis, inruperant; simul cæsis, [11] Saturnino per orientem; Agrippinæ Bonoso [12] exercitu; nam utrique dominatum tentaverant, sumpta, cui duces præerant, manu: Qua causa receptis omnibus pacatisque dixisse
4 proditur, [13] brevi milites frustra fore. Hinc denique magis irritati [14] paullo cis sextum annum apud Sirmium truci-

bus. Factus est autem Imperator an. U. C. 1028. post C. 276.

SCHOTTUS.

6 *Ut ille oleis.*] Ita reposui; nam MSS. *ut ille utile olei*, corrupte altera voce repetita. Ne quis autem in Italia novellaret cavit Domitianus. Sueton. c. 7. & causam alibi reddit Philostratus. De oleis quoque vide quædam in Alexandro Severo Lampridii.

ANNA.

7 *Otium suspectum.*] Hannibal quo ne legiones *otiosæ* essent multa Africæ loca oleis consevit.

SCHOTTUS.

8 *Doctoribus.*] Forte melius *ductoribus* quam *doctoribus*.

GRUTERUS.

8 Non male Schottus. & vero otium militare, omnium aliorum progenerare negotium, non parce ostendi ex Græca Latinaque historia in Commentariis ad lib. 1. Annal. Taciti, cap. 16. m.

ANNA.

9 *Eodem modo hic Galliam, Pannoniam, & Mœsorum colles.*] Vopiscus: *Gallis omnibus & Hispanis ac Britannis, hinc permisit ut vites haberent, vinumque conficerent.* Post Domitianum qui primus ne quis in Italia novellaret edixerat, ubi observatum fuit ut promiscui non esset juris vites instituere; sed eorum tantum qui ab Imperatore veniam impetrassent.

10 *Postea sane quam.*] Ait repletos vinetis colles, postquam Barbaros Saturninumque & Bonosum devicit, & sic intelligenda vox *hinc*, quæ supra in loco Vopisci. De Barbaris, quos vicit Probus, fuse Vopiscus.

SCHOTTUS.

11 *Saturnino.*] Hic alius ab eo qui Gallieni temporibus Imperium invasit: dux fuit limitis orientalis, quo de Fl. Vopiscus: de altero Treb. Pollio, hunc vero *Bonosum* natum dicebat Aurelianus, ut biberet, non ut viveret. Vopiscus Bonoso & Probo.

12 *Exercitu.*] Forte melius *ab exercitu.*

ANNA.

13 *Brevi milites frustra fore.*] Hoc est, *brevi milites* inutiles fore. Vopiscus: *His addidi* (sic lego non *addidit*. Etsi aliter viri docti) *dictum ejus grave, si unquam eveniat salutare, Reipublicæ brevi milites necessarios non futuros.*

14 *Paullo cis sextum annum.*] Imperavit annos sex, menses quatuor. Vopiscus annos quinque tantum tribuit.

15 Cum

trucidavere, [15] cum ad siccandam lacunis ac fossa urbem [16] ipsi patriam adigerentur, quæ [17] palustri solo hiemalibus aquis corrumpitur. Abhinc [18] militaris 5
potentia convaluit, ac senatui imperium, creandique jus Principis ereptum ad nostram memoriam; incertum an ipso cupiente per desidiam, an metu seu dissensionum odio. Quippe [19] amisso Gallieni [20] edi- 6
cto; [21] refici militia potuit, concedentibus modeste legionibus, Tacito regnante, neque Florianus temere invasisset: aut judicio, manipularium cuiquam, bono licet, imperium daretur; amplissimo ac tanto ordine in castris degente. Verum dum oblectantur 7
otio, [22] simulque divitiis pavent, quarum usum affluentiamque æternitate majus putant, munivere [23] militaribus ac pæne Barbaris viam in se ac posteros dominandi.

C A-

15 *Cum ad siccandam lacunis ac fossa Urbem.*] Vopiscus: *Nam cum Sirmium venisset ac solum patrium effœcundari cuperet & dilatari, ad siccandam quandam paludem multa simul millia militum posuit, ingentem parans fossam, qua dejectis in altum navibus, loca Sirmiensibus profutura siccaret. Hoc permoti milites confugientem eum in turrem ferratam, quam ipse speculæ causa editissimam exædificaverat, interemerunt anno imperii sui quinto.*

16 *Ipsi.*] Probo. Supra Vopiscus: *Patrium solum.*

SCHOTTUS.

17 *Palustri solo.*] *Paludes plerasque siccavit, atque in his segetes agrosque constituit*, Vopiscus.

ANNA.

18 *Militaris potentia.*] *Militum potentia*; nam ad eos rediit jus creandi principis, quod Patres in Tacito Augusto creando receperant.

SCHOTTUS.

19 *Amisso.*] Pro *omisso*. ut ante contra usurpare diximus.

20 *Edicto.*] Quo vetabantur militare patres, supra.

ANNA.

21 *Refici militia potuit.*] Ait abrogato edicto Gallieni *militia* restaurari potuit, exercitu modeste patribus cedente, regnante Tacito, neque senatu in castris conversante, Florianus motu suo imperium occupasset, neque id in judicio, cuiquam militum quamvis bono, datum fuisset.

GRUTERUS.

22 *Simulque divitiis pavent, quarum usum affluentiamque æternitate majus putant.*] Unde & apud Sallustium Catilin. cap. 52. Cato: *Sed per Deos immortales, vos ego appello, qui semper domos, villas, signa, tabulas vestras pluris quam rempublicam fecistis*, &c. Adeatur Tacitus lib. VI. Annal. cap. 27. m. ubi nos de hac desidia prolixius.

SCHOTTUS.

22 Pro *majus*, *mag* substitue.

ANNA.


23 *Militaribus.*] Id est, militibus. Jam sæpius.

I Pro-

CAPUT XXXVIII.

ARGUMENTUM.

Ad Galliæ munimentum Carinum majorem filium mittit, Numeriani comitatu in Mesopotamiam pergit, & fulminis tactu conflagrat Carus.



1 IGITUR CARUS [1] Præfectura pollens Prætorii, [2] augusto habitu, [3] * liberis Cæsaribus Carino ** XXXIV.
2 Numerianoque. Et quoniam cognita Probi morte Barbarorum quique [4] opportune invaserant [5] misso ad muni-

ANNA.

1 *Præfectura pollens Prætorii.*] *Præfectus prætorii a Probo factus.* Vopiscus.

SCHOTTUS.

2 *Augusto habitu.*] Omissum forte *induitur*, vel simile: mutila alioqui oratio.

GRUTERUS.

2 Fortasse nocuit loco vox insolens, fuitque, *augustatur habitu.* nec enim auctori huic novum fingere vocabula.

ANNA.

2 Nisi malis legere: *Augustus habetur.* Creatus Imperator an. U. C. 1034. post C. 282.

3 *Liberis Cæsaribus Carino Numerianoque.*] *Liberis Cæsaribus nuncupatis.* Vopiscus.

SCHOTTUS.


4 *Opportune.*] Lege *opportuna invaserant* accusandi casu, id est, sibi & finibus suis proxima.

GRUTERUS.

4 Ita fere fit; mutato Principe ostenditur licentia turbarum, tam domesticis, quam extraneis. Domesticorum discordias examinavi ad Taciti librum 1. Annal. cap. 16. Extraneorum ad illa ejusdem auctoris lib. 11. cap. 64. *Rhescuporis audita mutatione Principis, immittere latronum globos,* &c.

ANNA.

5 *Misso ad munimentum Galliæ majore filio.*] Carino Vopiscus: *Et ita quidem ut Carinum ad Gallias tuendas cum viris lectissimis destinaret, secum vero Numerianum adolescen-*





munimentum Galliæ majore filio, [6] Numeriani comi-
tatu in [7] Mesopotamiam [8] pergit protinus; quod ea Per-
sarum quasi sollenni bello subest. Ubi fusis hostibus, dum 3
gloriæ [9] inconsulte [10] avidior, [11] Ctesiphonta urbem
[12] Parthiæ inclytam transgreditur; fulminis tactu con-
flagravit. Id quidam jure ei accidisse referunt. [13] nam 4
cum oracula docuissent, adusque opidum memoratum
perveniri victoria licere; longius delatus pœnas luit.
Proinde [14] *arduum fatalia* devertere; eoque futuri no- 5
tio

lescentem, cum lectissimum, tum etiam disertissimum, duceret.

SCHOTTUS.

6 *Numeriano comitatu.*] Aut generandi casu *Numeriani*, aut *comitatus* legendum videtur.

7 *Mesopotamium.*] *Mesopotaniam* perpetuo scribit per N. vetus codex.

8 *Pergit protinus.*] Quid si *protenus* scripserit? quomodo veteres literatores adverbium loci distinguunt.

9 *Inconsulte.*] *Inconsultæ* per diphthongum idem codex vetus.

A N N A.

10 *Avidior.*] Vopiscus: *Verum cum avidus gloriæ, præfecto suo maxime urgente, qui & ipsius & filii ejus quærebat exitium, cupiens imperare longius progressus est, ut alii dicunt morbo, ut plures fulmine interemptus est.*

SCHOTTUS.

11 *Ctesiphonta.*] De *Ctesiphontæ* urbis fato Vopiscus Caro extremo & Pomponius Lætus in Diocletiano.

12 *Parthiæ.*] Persarum.

A N N A.

13 *Nam cum oracula docuissent.*] Vopiscus, postquam Calphurnii epistolam recitavit, quæ ægritudine mortuum Carum scribit: *Hanc ego, inquit, epistolam idcirco indidi quod plerique dicunt vim fati quandam esse ut Romanus princeps Ctesiphontem transire non possit: Ideoque Carum fulmine absumptum quod eos fines transgredi cuperet qui fataliter constituti sunt.* Atqui ut optime ibidem Casaubonus, constat Romanos ultra Ctesiphontem & Tigrim provincias habuisse Transtigranas, quas a Galerio partas, restituit Persis Jovianus.

14 *Arduum.*] Difficile.

15 Po

6 tio [15] ſuperflua. At Numerianus, amiſſo patre ſimul confectum æſtimans bellum, cum exercitum reductaret; [16] Apri Præfecti Prætorio ſoceri inſidiis exſtinguitur:
7 [17] Quis caſum detulit adoleſcentis oculorum dolor.
8 denique diu facinus occultatum, dum clauſum lectica cadaver, [18] ſpecie ægri, ne vento obtunderetur acies, geſtabatur.

SCHOTTUS.

15 *Perflua.*] MSC. depravate pro *ſuperflua.* Elegans de divinatione ſententia. qua de eodem modo Cicero & Ammianus lib. XXI. initio.

16 *Apri Præfecti.*] Corruptus & hic vetus codex. *A præfecti* omiſſa altera ſyllaba, quod ſequens dictio ab iiſdem elementis inchoaret. Dictus autem *Arrius Aper* Vopiſco Numeriano, qui & de *apro* fatali multa.

ANNA.

16 *Factione Arrii Apri ſoceri ſui qui invadere conabatur imperium, occiſus eſt.* Vopiſcus.

17 *Quis caſum detulit.*] Quibus inſidiis *caſum*, id eſt, occaſionem, dedit Numeriani dolor oculorum. Hunc dolorem contraxerat Numerianus, quod nimio fletu oculos corrupiſſet.

SCHOTTUS.

18 *Specie ægre vento.*] Edendum curavi *ſpecie ægri; ne vento*, vere.

CAPUT XXXIX.

ARGUMENTUM.

Ob ſapientiam deligitur, ex auro primus veſtem quærit, ſerici.... vim plantis concupiſcit, dominus & Deus dicitur, adoratur, Carino ſuorum ictu intereunti congreditur, Maximianum Imperatorem jubet, bellorum mole urgetur, & imperium ponit Diocletianus.



XXXVI.

SED postquam [1] odore tabeſcentium membrorum 1
ſcelus proditum eſt; Ducum conſilio, Tribuno-
rumque VALERIUS DIOCLETIANUS [2] do-
meſticos regens ob ſapientiam [3] deligitur; magnus
vir; [4] his moribus tamen: Quippe qui [5] primus ex 2
auro veſte quæſita, ſerici ac purpuræ gemmarumque
vim plantis concupiverit: Quæ quamquam plus quam 3
civilia, tumidique & affluentis animi: levia tamen
præ cæteris: Namque ſe primus omnium [6] Caligulam 4
[7] poſt, [8] Domitianumque Dominum palam dici paſ-
ſus, & adorari ſe, appellarique uti Deum. Quis re- 5
bus, quantum ingenium eſt, [9] compertum habeo,
humillimos quoſque, maxime ubi alta acceſſerunt; ſu-
perbia

ANNA.

1 *Odore tabeſcentium.*] *Fœtore tamen cadaveris res eſſet prodita.* Vopiſcus.

2 *Domeſticos regens.*] *Domeſticos tunc regentem.* Vopiſcus. *Domeſtici* autem dicebantur milites, qui non in acie; ſed *domi* lateris protegendi ſacri curam habebant. Eorum alii equites, alii pedites fuerunt. Qui vero in acie protegere latus principis ſolebant, *protectores* dicebantur.

SCHOTTUS.

2 Vopiſcus Numeriano. Hi Comites dicti, viri illuſtres Ammiano lib. XXI. & XXVI. vide Tit. de domeſticis protectoribus XII. Codic. *Suidæ* οἰκειακοὶ στρατιῶται dicuntur.

ANNA.

3 *Deligitur.*) An. U. C. 1036. poſt C. 284.

4 *His moribus.*] Sic ſupra alicubi, & Terentius.

5 *Primus ex auro veſte quæſita.*] Infra tamen Epitome ait Aurelianum primum aurata omni veſte uſum.

6 *Caligulam.*] Supra in Caligula cap. 3. num. 10. *Hic elatus Dominum dici atque inſigne regni capiti nectere tentaverat.*

SCHOTTUS.

7 *Poſt.... poſt.*] Veteris libri ſcriptura hæc eſt, alterutra præpoſitio delenda.

ANNA.

8 *Domitianum.*] Supra in Domitiano cap. 11, num. 2. *Quippe qui ſe Dominum Deumque dici coëgerit, quod confeſtim ab inſequentibus remotum, validius multo poſthac deinceps retulere.*

GRUTERUS.

9 *Compertum habeo, humillimos quoſque maxime, ubi alta acceſſere, ſuperbia atque ambitione immodicos,* &c.] Ratio in promptu: minus idonei ſunt ferendo eam mutationem rerum, quæ fit ita ſubito & præter rationem, uti fere loquitur Cleon apud Thucydidem libro III. deinde, immodica elati ſpe, ita majora ſemper appetunt, tanquam nullæ exſtarent in rerum natura viciſſitudines rerum, quemadmodum innuit apud eundem ſcriptorem Lacedæmoniorum legatio, libro IV. tales videlicet ſi non ore, at corde tamen, iterant: *Major ſum, quam cui poſſit Fortuna nocere* Verum nos felicitatem iſtam ſubitam probe excuſſimus in Diſſertationibus noſtris, ad Taciti lib. III. Annal. cap. 66. *Junio Othoni literarium lu-*

6 perbia atque ambitione immodicos esse. Hinc [10] Marius Patrum memoria; hinc iste nostra, [11] communem habitum supergressi, dum animus potentiæ expers; [12] tanquam inedia refecti, insatiabilis est.
7 [13] Quo mihi mirum videtur, nobilitati plerosque superbiam dare: quæ gentis Patriciæ memor; [14] molestiarum, quis agitur, remedio, eminere paullulum
8 pluris habet. Verum [15] hæc in Valerio obducta cæteris bonis: eoque ipso quod Dominum dici passus; [16] parentem egit: satisque constat, prudentem virum edocerè voluisse, atrocitatem rerum magis, quam no-
9 minum [17] officere. Interim Carinus eorum quæ accide-

ludum exercere vetus ars fuit: nox Sejani potentia Senator, obscura initia impudentibus ausis propellebat; uti etiam ad lib. v. Histor. cap. 9; ubi est: *Antonius Felix per omnem sævitiam ac libidinem jus regium, servili ingenio, exercuit.*

ANNA.

10 *Marius.*] C. Marius.

SCHOTTUS.

11 *Communem habitum supergressi.*] Dixit, pro, de privatis facti illustres, & in omnium oculis versantes, dignitateque præstantes. Nostrate proverbio eleganter hæc exprimuntur:

Als niet komt tot yet:
Kent yet hem-selven niet.

Claudianus:

Asperius nihil est humili, cum
surgit in altum.

ANNA.

12 *Tanquam inedia refecti.*] Id est, tanquam qui se post *inediam* & longam famem *reficiunt*, epulis admoti. Et eleganter ait potentiæ expertes insatiabiles esse tanquam famelicos qui epulis admoti, fercula integra, & struices patinarias oculis devorant.

13 *Quo mihi mirum videtur.*] Cum certum sit humillimos quosque, ubi alta accesserunt, superbia immodicos esse, sibi mirum videri ait multos esse qui nobilitati superbiam tribuant, quæ quidem nobilitas gentis patriciæ memor aliquantulum supra cæteros eminere pluris facit, remedio scilicet molestiarum quibus agitatur, hoc est, ut molestiis, quibus agitatur, remedium habeat. Nobilitatem autem præcipue molestiis ait agitari, quod illi plures curæ, majora pericula subeunda.

GRUTERUS.

14 *Molestiarum, queis agitatur, remedio, eminere paullulum pluris habet.*] Non absurda profecto ratio, quam pluribus examinavi ad illa Asinii apud Tacitum lib. 11. Annal. cap. 33. *Nisi forte clarissimo cuique plures curæ, majora pericula subeunda; delinimentis curarum & periculorum carendum esse*, &c.

ANNA.

15 *Hæc in Valerio obducta cæteris bonis.*] Versum παρεμιώδη Græcorum alludit, ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθεῖται ψόγον. Hoc est, *aliis in bonis hoc avertit dedecus.* Cas.

16 *Parentem egit.*] Ait Valerium cum se Dominum dici passus est, eo potius *parentem* quam tyrannum egisse.

SCHOTTUS.

17 *Officere.*] lego. Non infitior tamen scriptam lectionem, *efficere*, defendi posse.

 18 *Spe*

ciderant, certior; [18] spe facilius erumpentis metus se-
datum iri; Illyricum propere Italiæ circuitu petit.
[19] Ibi Julianum pulsa ejus acie, obtruncat. Namque 10
is [20] cum Venetos Correctura ageret, Cari morte
cognita, Imperium avens eripere, adventanti hosti
obviam processit. At Carinus ubi Mœsiam conti- 11
git, [21] ilico Murgum juxta Diocletiano congressus,
dum victos avide premeret; suorum ictu interiit, quod
[22] libidine impatiens militarium nuptas affectabat:
[23] quarum infestiores viri; iram tamen doloremque
in eventum belli distulerant. [24] Quo prosperius ce- 12
dente, metu ne hujusmodi ingenium magis magisque
victoria insolesceret; sese ulti sunt. Is finis Caro,
[25] liberisque: [26] Narbone patria, Imperium biennii
fuere.

18 *Spe facilius erumpentis metus.*) Lege & interpunge, *spe facilius erumpentes, motus sedatum iri.*

ANNA.

18 Hoc est: sperans erumpentes motus sedatum iri facilius.

19 *Ibi Julianum.*] Ait in Illyrico *Julianum* victum. Alii in campis Veronensibus.

20 *Cum Venetos correctura ageret.* Id est, cum Venetos correctura regeret, cum Venetorum corrector esset. De correctoribus supra dictum.

SCHOTTUS.

20 *Ageret* enim pro *regeret* positum.

21 *Ilico Marcum juxta.*] Ita scriptum diserte. Quidam *Murgum*; *Margum* alii in Eutropio lib. IX. impresserunt. *Murtium* est in Vopisci Carino: qui & occubuisse ait victum a Diocletiano, quicum antea multis prœliis feliciter conflixerat.

ANNA.

21 *Margus* Mœsiæ Urbs inter Viminatium Urbem & Aureum montem.

SCHOTTUS.

22 *Libidine impatiens militarium multas affectabant.*] Aliter *libidinis.* loquitur de uno Carino qui matrimonia militum corrumpebat, ut Eutropius ait. Emenda igitur *nuptias affectabat*, vel quod propius a veteri scriptura abest, *mulieres affectabatur:* Assentietur facile qui literarum ductus considerabit veteris lectionis, *multas affectabant.* Reppererat forte librarius noster *muli. affectabatur.*

23 *Quarum.*] Librarius & hic forte invenerat *quare* vel *qua re infestiores viri.* in quo nihil demuto.

GRUTERUS.

24 *Quo prosperius cedente, metu ne hujusmodi ingenium magis magisque victoria insolesceret; sese ulti sunt.*] Ergo caveant sibi Principes isti Venerei; cum ne felicitas quidem ipsos tueatur, sed magis præcipitet: attendat item prudens; & metuat mutationem status sub Rege suo, maxime alioquin florente, si vitiis istis adfinis fuerit.

ANNA.

25 *Liberisque.*] Numeriano & Carino.

26 *Narbone patria.*] *Narbone* in Gallia genitum Carum plures crediderunt, ut ex hoc Sidonii Carmine de Narbone videre est,

Quidquid Cæsaribus ferax creandis
Felix prole virum, simul dedisti,
Natos cum genitore principantes.

Nar-

13 fuere. Igitur Valerius prima [27] ad exercitum concione, cum educto gladio, solem intuens, obtestaretur, ignarum cladis Numeriani, neque Imperii cupientem se fuisse; [28] Aprum proxime astantem ictu transegit: cujus dolo, ut supra docuimus, adolescens
14 bonus [29] facundusque & gener occiderat: Cæteris venia data, retentique hostium fere omnes; ac maxime vir insignis [30] Aristobulus Præfectus Prætorio per
15 officia sua. Quæ res post memoriam humanam nova atque [31] inopinabilis fuit; civili bello, fortunis, fama, dignitate, spoliatum neminem: cum *pie admodum* mansueteque geri lætemur, exsilio, proscriptioni, atque etiam suppliciis & cædibus modum fieri.
16 Quid ea memorem, adscivisse consortio [32] multos exter-

Nam quis Persidis expeditionem,
Aut victricia castra prateribit
Cari principis, & perambulatum,
Romanis legionibus Niphatem
Tum cum fulmine captus Imperator
Vitam fulminibus parem peregit.

Idem voluit & Zonaras cum scripsit ex antiquioribus Græcis Κάρος τὸ γένος Γαλάτης ἦν; Sed eos falli putavit Scaliger qui ait Carum *Narbonensem* ex Illyrico fuisse: *Narbonam* enim nobilem in Illyrico Coloniam a Plinio & Ptolemæo memorari. Ptolemæus in descriptione Illyrici meminit quidem Ναρβῶνας κολωνίας ἐπισήμους. Sed Plinius eam *Naronam* non *Narbonam* vocat, vere: *Narona* enim a *Nare*, vel *Narone* fluvio cui apposita.

SCHOTTUS.

27 *Ad exercitum contione.*] Emendo manuducente Vopisco & Eutropio, *Tunc habita est ingens contio. Is prima militum contione:* nam *conditione* MSC. depravate turbante librarium antiqua scribendi forma *contione* pet Tau. quare misso repudii libello, lectionis illius conditione non utar.

ANNA.

28 *Aprum proxime astantem.*] Idem Vopiscus, & alii. Sed ii omnes hoc a Valeriano post mortem Numeriani, & ante Carini adventum factum dicunt. Eutropius iisdem verbis. *Is prima militum concione juravit Numerianum nullo suo dolo interfectum, & cum juxta eum Aper, qui Numeriano insidias fecerat, constitisset, in conspectu exercitus manu Diocletiani gladio percussus est. Postea Carinum*, &c.

29 *Facundusque.*] Vopiscus in Caro vocat *disertissimum.* Et alibi, *eloquentia autem præpollentem.*

SCHOTTUS.

30 *Aristobulus.*] Eodem anno Consul cum Diocletiano.

ANNA.

31 *Inopinabilis.*] Incredibilis, vel potius quam quis sperare non posset.

GRUTERUS.

31 Equidem mi Victor, magni facio judicium tuum. & næ Principes magno suo cum fructu Cæsares tuos sæpe evolverent. utinam modo aut clariore usus stylo, aut meliore. verum omnia uni data non sunt.

ANNA.

32 *Multos.*] Ut *Maximianum*, *Carausium*, &c.

ternoſque, tuendi, prolatandive gratia Juris Romani? Namque ubi comperit Carini [33] diſceſſu, [34] Helianum Amandumque per Galliam excita manu agreſtium ac latronum, quos [35] Bagaudas incolæ vocant, populatis late agris pleraſque urbium tentare; *Maximianum* ſtatim fidum amicitia, quamquam [36] ſemia- 17



greſtem, [37] militiæ tamen, atque ingenio bonum; [38] Imperatorem jubet. Huic poſtea [39] cultu numinis, [40] Her- 18

33 *Diſceſſu.*] Morte.

34 *Helianum Amandumque.*) *Ælianum, Amandumque.* Eutropius. *Cum tumultum ruſticani in Gallia concitaſſent, & factioni ſuæ Bagandarum nomen imponerent, duces autem haberent Amandum & Ælianum, ad ſubigendos eos Maximianum Herculium Cæſarem miſit, qui levibus præliis agreſtes domuit, & partem Galliæ reformavit.*

SCHOTTUS.

35 *Bagaudas incolæ.*] Lectio vetus. *Bagandas* vocat Eutropius extremo lib. IX. Oroſius lib. VII. c. XXV. *Vacaudas*: *Baccharidæ* in Euſebii Chronicis reperiuntur. Sed hæc quia diligentiſſime Vinetus ad Eutropium notavit, laborem nobis ademit, neque neceſſe habeo repetere: quibus adde *Vargos* Arverniæ dictos indigenas latrunculos, auctor Sidonius lib. VI. epiſt. 4.

ANNA.

35 *Bagandæ*, vel ut aliis *Bancandæ*, vel *Vocandæ* populi circa Alpes.

36 *Semiagreſtem.*] Eutropius. *Herculius autem propalam ferus, & incivilis ingenii, aſperitatem etiam ſuam vultus horrore ſignificans.*

37 *Militiæ tamen atque ingenio bonum.*] Nota *militiæ* in ſecundo caſu, *ingenio*, vero in ſexto. Subintelligitur *peritum*. *Militiæ peritum*, &c.

38 *Imperatorem jubet.*] Imo Cæſarem. Et *Imperatorem* anno fere poſt, cum Carauſius purpuram induiſſet. Vide Eutropium. & inde eſt quod infra Victor ſcribit anno minorem Maximiano potentiam fuiſſe quam Diocletiano; cum revera annis duobus minor fuerit.

39 *Cultu numinis.*] Herculis ſcilicet.

40 *Her*

[40] Herculei cognomentum accessit: uti Valerio [41] Jovium. unde etiam militaribus auxiliis longe in exer-
19 citum præstantibus [42] nomen impositum. Sed Herculius in Galliam profectus, fusis hostibus aut acce-
20 ptis, quieta omnia brevi patraverat. Quo bello [43] Corausius, [44] Menapiæ civis, factis promptioribus enituit: eoque eum, simul quia [45] gubernandi (quo officio adolescentiam mercede exercuerat) gnarus habebatur; parandæ classi ac [46] propulsandis Germanis
21 maria infestantibus, præfecere. Hoc elatior, [47] cum parum multos opprimeret, neque prædæ omnia in ærarium referret; Herculii metu, a quo se cædi jussum compererat; Britanniam hausto Imperio capessi-
22 vit. Eodem tempore [48] orientem Persæ; Africam [49] Ju-

SCHOTTUS.

40 *Herculei.*] Ita vetus liber, ab *Hercule*, quem religiose colebat, mox tamen *Herculius* scriptum.

41 *Jovium.*] Pro *Jovii* positum, sed casuum commutatio, ut supra proxime, & in Domitiano non infrequens auctori nostro.

ANNA.

42 *Nomen impositum.*] Quid an Jovia vel Joviana; an Herculea auxilia vocabantur? Nihil tale me apud alios legisse memini.

SCHOTTUS.

43 *Corausius.*) *Carausius* Eutropio per primam vocalem, & *Carausio* nominandi casu vulgatæ editioni.

ANNA.

44 *Menapiæ.*] Hanc lectionem suspectam habet Ortelius & legendum putat *Manapiæ*. Nam *Manapia* Urbs Irlandiæ. Sed videndum num *Menapia* stare possit a *Menapiis* Galliæ populis quos Strabo cum Morinis continuat in maritimis Belgii, & Cæsar quoque indicat ibi esse. Sunt pars Hollandiæ & Brabantiæ maritimæ.

45 *Gubernandi.*) Id est, naves regendi. Hic opinor.

SCHOTTUS.

46 *Propulsandis Germanis.*) Francis & Saxonibus, idem Eutropius: *cum apud Bononiam*, inquit, *per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepisset, quod Franci & Saxones infestabant, multis Barbaris sæpe captis.*

47 *Cum parum multos.*) Conjicio legendum *cum non parum multos*, vel potius *cum Barbarorum multos* e vestigiis scripturæ veteris odoratus hanc lectionem: *barum* enim præfert. Muto tamen sententiam cum ejusdem hæc lego, *consulto admittebantur ab eo Barbari cum transeuntes cum præda exciperet, atque ita se ditaret.* Sed in hæc sibi quisque pro arbitrio suo per me licere existimet.

GRUTERUS.

47 Amplector Schotti, *quia Barbarorum multos*. ita tamen, ut pun fuisse amplius, *quia Barbarum parum multos*, ut similitudo vocis secundæ causam præbuerit scribæ cur primam totam omitteret.

ANNA.

48 *Orientem Persæ.*] Narseo duce de quo infra.

[49] Julianus, ac nationes [50] Quinquegentanæ graviter qua-
tiebant. Adhuc apud Ægypti Alexandriam [51] Achilleus 23
nomine, dominationis insignia induerat. His de cau- 24
sis Julium Constantium, Galerium Maximianum, cui
cognomen Armentario erat, creatos Cæsares, in affi-
nitatem vocant. [52] Prior Herculii privignam, alter 25
Diocletiano editam sortiuntur, diremptis prioribus con-
jugiis: ut in Nerone Tiberio, ac Julia filia [53] Augustus
quondam fecerat. [54] His sane omnibus Illyricum pa- 26
tria fuit: Qui quamquam [55] humanitatis parum;
[56] Juris tamen ac militiæ miseriis imbuti satis optimi
Reipublicæ fuere. Quare constat *sanctos prudentes-* 27
que

49 *Julianus.*] Meminit & Epitome. diversus est ab illo *Juliano*, quem superiori capite Carinus obtruncat.

SCHOTTUS.

50 *Quinquegentanæ nationes.*] *Africam Quinquegentiani infestabant. Narseus orienti bellum inferebat.* Eutropius, Orosius. In illo tamen μνημονικὸν ἁμάρτημα deprehendas, qui in oriente Achilleum bellum movisse ait; mox vero subjungit, *Narseus orienti bellum inferebat.* forte legendum. *In meridie*, pro, *in oriente.* Pomponius Lætus *Gentianos* illos vocat, quos fuisse *quinquagenarios* & supra eum numerum auctor est.

ANNA.

50 *Quinquegentani*, vel *quinquegentiani* iidem sunt ac Pentapolitani in Libya. Sæpe enim apud meliores Græcos, πόλις, gentem significat. Exempla apud Homerum P.

51 *Achilleus.*) Achilles, Achilleus, ut Ulisses Ulisseus. Horatius.

52 *Prior Herculii privignam* Eutropius. *Atque ut eos etiam affinitate conjungeret, Constantius privignam Herculii Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit: Galerius filiam Diocletiani Valeriam: ambo uxores quas habuerant repudiare compulsi.*

53 *Augustus quondam fecerat.*] Qui Tiberium Agrippinam uxorem prægnantem dimittere coëgit, Juliamque filiam suam ducere. Sueton. August. cap. 63. Tiber. cap. 7.

54 *His sane omnibus Illyricum patria fuit.*] Eutropius tamen Maximianum Galerium in Dacia haud longe a Sardica natum dicit.

55 *Humanitatis parum.*] Supple, *habuere.*

56 *Juris tamen ac militiæ miseriis imbuti.*] *Juris* ac *militiæ miseriis* eos *imbutos* dicit, quod ex Illyrico essent, quam legibus ac *militiis* Romanis vexatam fuisse verisimile est. Sylburgius legebat *ministeriis*, quasi eos Victor Reipublicæ dicat profuisse quod *Juris* ac *militiæ* satis essent periti. Sed obstat quod infra legitur *Sanctos prudentesque sensu mali promptius fieri.* Nihil igitur mutandum. Non tacendum tamen quandam editionem habere *ruris militiæque.* Quæ vera lectio esse potest.

GRUTERUS.

56 *Miseriis* heic tolerari posset, commodo loqueretur auctor de iis quæ Principes isti passi fuerant cum adhuc essent privati, intelligeretque legibus militiisque Romanis nimium pressam Illyricum: quod mihi videtur. alias facile mutarim eam vocem in *insulis.*

57 Fi-

que ſenſu mali promptius [57] fieri: contraque expertes
ærumnarum, [58] dum opibus ſuis cunctos æſtimant;
28 minus conſulere. Sed horum concordia maxime e-
docuit *virtuti ingenium*, uſumque bonæ militiæ, quan-
ta his Aureliani Probique [59] inſtitutio fuit, pæne ſat
29 eſſe. Denique [60] Valerium, ut parentem, ſeu Dei
Magni ſuſpiciebant modo: [61] Quod quale quantum-
que ſit, ab Urbis conditore ad noſtram ætatem pro-
30 pinquorum facinoribus patefactum eſt. Et quoniam
bellorum moles, de qua ſupra memoravimus, acrius
urgebat; [62] quaſi partito imperio, cuncta quæ trans
Alpes Galliæ ſunt, Conſtantio commiſſa; Africa Ita-
liaque Herculio: Illyricique ora ad uſque [63] Ponti fre-
31 tum, Galerio: [64] Cætera Valerius retentavit. Hinc deni-
que parti Italiæ invectum tributorum ingens malum.
Nam cum omnis eadem [65] functione, [66] moderataque a-
geret, quo exercitus atque Imperator, qui ſemper aut ma-
xima

ANNA.

57 *Fieri.*] Homines ſcilicet, ſanctiores & prudentiores evadunt dum adverſam fortunam experiuntur. Quod multis in locis teſtatur divinus Propheta.

58 *Dum opibus ſuis cunctos.*] Id eſt, dum tanti faciunt homines quantum habeant. Notum illud Horatii .... *Quia tanti quantum habeas, ſis.*

SCHOTTUS.

59 *Inſtitutio fuit.*] Melius forte *inſtituto* vel *inſtitutione* auferendi caſu utrumque: Imperatores autem Aurelianus Probuſque ante Carum & Tacitum fuere.

ANNA.

59 Nihil hic mutandum. Ait concordiam Herculii & Conſtantii oſtendiſſe virtutem ſatis eſſe ingenium & uſum bonæ militiæ, *quanta*; id eſt, tanta, tam magna in his, Herculio, ſcilicet, & Conſtantio, *Aureliani & Probi inſtitutio fuit.* Nam conſtat Probum, Conſtantium & Herculium inſtituiſſe. Vopiſcus de Probo: *Duces præclariſſimos inſtituit; nam ex ejus diſciplina Carus, Diocletianus, Conſtantius, Aſclepiodotus, Herculius*, &c.

60 *Valerium.*] Diocletianum.

61 *Quod quantum ſit.*] Ait eorum Imperatorum morte, qui ab inde uſque Romulo ad Conſtantium propinquorum ſuorum ſcelere occiſi ſunt, patefactum eſſe quale, *quantum*, & *quanti* faciendum ſit cum in regni partem adſcitus Imperator, Imperatorem qui adſcivit veluti parentem ſeu ad inſtar Dei magni ſuſpicit.

SCHOTTUS.

62 *Quaſi partito imperio.*] Ita legendum divinavi, quamvis compendio ſcriptum eſſet quoque.

ANNA.

63 *Ponti.*] Euxini.

64 *Cætera.*] Ægyptum.

65 *Functione.*] Id eſt, annona. *Functione* annonaria. Tota autem Italia fuit annonaria, *functionemque* conferebat ad exercitum comitatumque Imperatoris alendum.

SCHOTTUS.

66 *Moderataque*] Forte *moderateque* legendum.

66 Me-

xima parte aderant, ali possent; [67] pensionibus, in-
ducta lex nova. Quæ sane illorum temporum mode- 32
stia tolerabilis [68] in perniciem processit. His tempe- 33
statibus interim [69] Jovio Alexandriam profecto, pro-
vincia credita Maximiano Cæsari, uti [70] relictis fi-
nibus in Mesopotamiam progrederetur, ad arcendos
Persarum impetus. [71] A quis primo graviter vexa- 34
tus, contracto confestim exercitu e veteranis ac tiro-
nibus, per Armeniam in hostes contendit; [72] quæ
ferme sola seu facilior vincendi via est. Denique ibi- 35
dem [73] Narseum Regem in ditionem subegit: simul
liberos, conjugesque & aulam regiam: Adeo victor, 36
ut ni Valerius, cujus nutu omnia gerebantur, [74] in-
certum qua causa, abnuisset; Romani fasces in pro-
vin-

ANNA.

66 Melius quidem. Sed *moderataque*, etiam stare potest.

67 *Pensionibus.*] Id est, tributis.

SCHOTTUS.

68 *In perniciem processit. His tempestatibus.*] Ita distinguendum videtur: *in perniciem processit his tempestatibus. Interim Jovio.*

ANNA.

68 Ait hanc Tributorum legem quæ sub Diocletiano, Galerio, Herculio per modestiam temporum tolerabilis fuit, suo tempore, nimirum sub Constantino, in perniciem processisse. Nimirum quod admodum tunc temporis aucta fuerit.

GRUTERUS.

68 Mire animo meo satisfacit interpunctio Schotti: notandum interea quod dicit. firmat enim egregie illud Velleji lib. II. cap. 3. f. *Non ibi consistunt exempla unde cœperunt, seu quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciunt.*

ANNA.

69 *Jovio.*] Diocletiano, qui quod *Jovem* præcipue coleret, *Jovius* dictus.

70 *Relictis finibus.*] Quos tuebatur totius Illyrici oræ usque ad Ponti fretum præpositus.

71 *A quis, primo graviter vexatus.*] Eutropius. *Galerius Maximianus primo adversum prælium, exin secundum, habuit inter Callinicum Carrasque congressus. Cum inconsulte magis quam ignave dimicasset.*

72 *Quæ ferme sola seu facilior vincendi via.*) Quod forsan ab aliis partibus munita Mesopotamia propter crebriores fluviorum anfractus, ab Armenia tantum venientibus nuda exposita est. Nihil aliud video.

73 *Narseum Regem.*] Regulus Armenus hic fuit, qui & *Narses* dicitur, ut supra Achilles & Achilleus.

74 *Incertum qua causa.*] Ob invidiam, ut multi credidere. Constituerat Maximianus Cæsar non prius ab armis recedere quam Persidem in Provinciæ formam redegisset, sed Diocletianus impediit. Hoc respicit Vopiscus in Caro, cum scribit: *Licet plane ac licebit per sacratissimum Cæsarem Maximianum Persas vincere atque ultra eos progredi; Et futurum reor, si a nostris non deseratur promissus Numinum favor.*

75 Fer-

37 vinciam novam [75] ferrentur. [76] Verum pars terrarum
tamen nobis utilior quæſita: quæ cum acrius repo-
ſcuntur, bellum recens ſuſceptum eſt, grave admo-
38 dum pernicioſumque. At in Ægypto [77] Achilleus facili
39 negotio pulſus, pœnas luit. [78] Per Africam geſtæ
res pari modo; [79] ſolique Carauſio remiſſum [80] inſu-
læ imperium, [81] poſtquam juſſis ac munimento incola-
rum contra gentes bellicoſas opportunior habitus.
40 Quem ſane [82] ſexennio poſt Allectus nomine, dolo
41 circumvenit. Qui cum ejus permiſſu ſummæ rei præ-
eſſet, flagitiorum & ob ea mortis formidine, per ſce-
42 lus imperium extorſerat: [83] Quo uſum brevi, Con-
ſtantius, Aſclepiodoto, qui Prætorianis Præfectus
præerat, cum parte claſſis ac legionum præmiſſo, de-
43 levit: Et interea cæſi Marcomanni, [84] Carporumque
natio tranſlata omnis in noſtrum ſolum; [85] cujus fe-
44 re pars jam tum ab Aureliano erat. Neque minore
ſtudio pacis officia vincta legibus æquiſſimis: ac
[86] re-

75 *Ferrentur.*) Pro, lati fuiſſent.

76 *Verum pars terrarum.*] Locus ſane difficilis, ait forſan: etſi faſces Romani in Perſidem perferri non potuerunt. Utilior tamen *pars terrarum* nobis parata, nempe Meſopotamia, quæ dum acrius repoſcitur &c. nihil aliud video.

77 *Achilleus facili negotio pulſus.*] *Diocletianus obſeſſum Alexandriæ Achilleum* VIII. *fere menſe ſuperavit.* Eutropius.

78 *Per Africam.*] *Maximianus quoque Auguſtus bellum in Africa profligavit.* Eutropius.

79 *Solique Carauſio remiſſum.*] Eutropius. *Cum Carauſio tamen, cum bella fruſtra tentata eſſent contra virum rei militaris peritiſſimum ad poſtremum pax convenit.*

80 *Inſulæ.*] Britanniæ.

SCHOTTUS.

81 *Poſtquam.*] Legendum mihi videtur *poſtque.*

ANNA.

82 *Sexennio poſt.*] Septennio Eutropius. *Cum poſt ſeptennium Allectus ſocius ejus occidit.*

SCHOTTUS.

83 *Quo uſum brevi.*] Allectus *triennium Britanniam tenuit: qui ductu Aſclepiodoti Præfecti prætorio eſt oppreſſus.* Ita Britanniæ decimo anno receptæ.

84 *Carporum natio.*] *Carpis & Baſternis ſubactis, Sarmatis victis, quarum nationum ingentes captivorum copias in Romanis finibus locaverunt.* Eutropius.

ANNA.

84 *Carpi* populi circa Danubium.

GRUTERUS.

85 *Cujus fere pars jam tum ab Aureliano erat.*] Latet quid mendi ſub illo *fere*, aut reſcribendum, *cujus fere pars media jam tum*; aut *pars altera jam tum*, uti placebat Caſaubono.

ANNA.

85 Carporum autem copias ab Aureliano afflictas ſcribit Vopiſcus; ſed eorum partem ab eodem in Roma-

[86] remoto pestilenti frumentariorum genere: quorum nunc [87] agentes rerum simillimi sunt. Qui cum ad 45
explorandum annuntiandumque, [88] qui forte in Provinciis motus exsisterent, instituti viderentur; [89] compositis nefarie criminationibus, injecto passim metu, præcipue remotissimo cuique, cuncta fœde diripiebant: simul annona, Urbis, ac [90] stipendiariorum salus [91] anxie, soliciteque habita: honestiorumque provectu; & e contra, suppliciis flagitiosi cujusque, virtutum studia augebantur: veterrimæ religiones castissime curatæ: [92] Ac mirum in modum novis adhuc cultisque mœnibus, Romana culmina & cæteræ urbes ornatæ; maxime Carthago, Mediolanum, Nicomedia. Neque tamen cum hæc agerent, extra vi- 46
tia fuerunt: Quippe Herculius libidine tanta agebatur,

Romanos fines translatam nemo, quod sciam, præter Victorem, prodidit.

86 *Remoto pestilenti frumentariorum genere.*] *Frumentarii* dicebantur milites legionibus certo numero adscripti, & ab Imperatoribus instituti ut iis minima, maxima quæ in provinciis gerebantur, celerrime nuntiarent. Iidem vehiculariæ rei præerant. *Frumentum* militare, vel annonam militarem transvehendam a provinciis curabant, unde *frumentarii* vocati. Si plura cupis, vide quæ a doctissimo Salmasio apud Spartianum in Hadriano dicta sunt.

SCHOTTUS.

87 *Agentes rerum.*] De his rursum, Tit. De *Agentibus in rebus*; Lib. XII. ad quem vide quæ Jac. Cujacius J. C. princeps annotavit, & Adr. Turnebus lib. XIII. Adversariorum cap. 10. D. Hieronymus in Abdiam πυροφόρους LXX. interpretum frumentarios vertit. de quibus quædam etiam in Ælii Spartiani Hadriano. Glossarium vetus, quod apud Cl. Puteanum vide, illos Μαγιστριανους vocat.

ANNA.

87 Hieronymus in Abdiam cap. I. *Eos enim quos nunc agentes in rebus, vel veredarios appellant, veteres frumentarios nominabant.*

SCHOTTUS.

88 *Ecqui forte.*] Ita scripsit Victor. Mendose in veteri libro *hæc qui.*

GRUTERUS.

89 *Compositis nefarie criminationibus, injecto passim metu, præcipue remotissimo cuique, cuncta fœde diripiebant.*] Decies & amplius isthæc si legerentur viris Principibus; sub alterius persona sentirent notari administros suos; imo veluti in speculo contemplarentur suorum oppressiones, sed quid hæc ad me, qui non curo rempublicam?

ANNA.

90 *Stipendiariorum.*) Eorum qui *stipendia* tributa pendebant.

91 *Anxie soliciteque habita*) Hoc est, multa cum cura tractata. Per Imperatorum scilicet modestiam.

92 *Ac mirum in modum novis adhuc.*) Distinguo: *Ac mirum in modum, novis adhuc cultisque mœnibus, Romana culmina*, &c. Romana, inquit, culmina, hoc est, Roma cæteræque Urbes mirum in modum ornatæ, Thermis scilicet, vel aliis quibuslibet operibus, ad hoc novis cultisque mœnibus.

93 *Ut*

tur, [93] ut ne ab obsidum corporibus quidem animi labem comprimeret: Valerio parum honesta in amicos fides erat, discordiarum sane metu: dum [94] enun-
47 tiationibus posse agitari quietem consortii putat. Hinc etiam quasi truncatæ vires Urbis, imminuto Prætoriarum cohortium atque [95] in armis vulgi numero: [96] quo quidem plures volunt [97] imperium posuisse.
48 Namque [98] imminentium scrutator, ubi fato [99] intestinas clades, & quasi fragorem quendam impendere comperit status Romani; celebrato regni vicesimo anno valentior [100] curam R. P. abjecit: [101] cum in sententiam Herculium ægerrime traduxisset: [102] cui anno minus potentia fuerat: & quamquam aliis alia æstimantibus veri gratia corrupta sit; nobis tamen [103] excellenti natura videtur ad communem vitam spreto ambitu descendisse.

C A-

GRUTERUS.

93 *Ut ne ab obsidum quidem corporibus animi labem comprimeret*] Quæ tamen eadem verecundia apud eum esse debebant, qua apud parentes aut tutores. Interim fœde sæpe tractari isthæc fidei pignora, ostendimus ad Livii librum XXVI. cap. 49. Imo, eo potissimum, obsides electos forma eleganti, palam item fecimus ad Livii librum II. cap. 13. ipso fine. addatur & noster cap. 41. sub finem.

ANNA.

94 *Enuntiationibus.*) *Par des rapports.*

SCHOTTUS.

95 *In armis.*) *Inermis* pro *in armis* reponendum videtur.

GRUTERUS.

95 Schotto placet *inermis*. ego neutrum satis intelligo; cum nesciam super qua historia auctor loquatur.

ANNA.

96 *Quo.*] Id est, quare.

97 *Imperium posuisse.*] Diocletianum scilicet.

98 *Imminentium scrutator.*] Zozimus. Ἴσως γὰρ ἢ προῄδει τὴν κατίξουσαν τὰ πράγματα σύγχυσιν, οἷα καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον ἀεὶ προσκείμενος ἀγχιστείᾳ. Id est, *Nam fortassis etiam rerum futuram perturbationem prospiciebat, ut qui semper circa sacra versatur.*

99 *Intestinas clades.*] Bella civilia a Constantino, Maxentio, Severo, &c. de quibus infra.

100 *Curam R. P.*] Id est. Romani populi, forsan Reipublicæ.

101 *Cum in sententiam Herculium.*] Cum in sententiam suam Herculium difficillime traxisset ut pariter imperium deponeret. Eutropius. *Cui ægre collega obtemperavit.*

102 *Cui anno minus potentia fuerat.*] Certe legendum *anno minor potentia fuerat.* Vel *anno minus æque potentia fuerat.* Quanquam alii duobus annis minorem Herculio potentiam fuisse scribunt. Sed supra Victor eum a Diocletiano Imperatorem factum dicit, cum tantum Cæsar factus est. Vide quæ ibi dicta sunt.

SCHOTTUS.

103 *Excellenti natura.*] Forte *excellentis naturæ* reponendum.

ANNA.

103 Male Schottus *excellentis naturæ.*

1 *His.*)

CAPUT XL.

ARGUMENTUM.

Diocletiano & Herculio succedunt Constantius & Armentarius, Cæsares destinantur Severus & Maximinus. Constantino mortuo in Britannia imperium capit Constantinus, Romæ Severo, Galerio, Alexandro pereuntibus Imperator confirmatur, Carthaginem & Africæ pulcriora vastari, diripi, incendi jubet, & insidiis intercipitur Maxentius.



∞LVI. IGITUR CONSTANTIO, ARMENTARIOQUE [1] his [2] succedentibus, *Severus* Maximinus- I



que Illyricorum indigenæ Cæsares: [3] Prior Italiam; poste-

ANNA.

1 *His.*] Diocletiano, & Herculio.

2 *Succedentibus.*] An. U. C. 1056. post C. 304.

SCHOTTUS.

3 *Prior Italiam; posteriorque in qua Iovius*] Ita scriptum reperi. Hor-

rius

posterior in, quæ Jovius obtinuerat, destinantur.
2. Quod tolerare nequiens [4] Constantinus, cujus jam
tum a puero ingens potensque animus ardore imperi-
tandi agitabatur; fugæ commento, cum ad frustran-
dos insequentes [5] publica jumenta, quaqua iter ege-
3 rat, interficeret; in Britanniam pervenit: Nam is a
Galerio [6] religionis specie, [7] ad vicem obsidis tene-
batur. & forte iisdem diebus [8] ibidem Constantium
4 patrem [9] vitæ ultima agebant. Quo mortuo cunctis,
5 qui aderant, annitentibus, imperium capit. Interim





Romæ vulgus, turmæque Prætoriæ *Maxentium*, [10] re-

ridus sermo. quid si sic locus concipiatur? *priori Italia, posteriori qua Jovius obtinuerat, destinantur.* Nihil pronuntio; conjectura tantum mea.

ANNA.

3 Ita Schottus legebat. Sed nil necesse. Prior Italiam, posterior in ea quæ Diocletianus obtinuerat, destinantur, id est, mittuntur. Severo Italia, Maximino quæ ad orientem sita sunt, contigerunt. Zozimus.

SCHOTTUS.

4 *Constantius*] scribe *Constantinus*, ex Epitome vulgata.

ANNA.

4 Constantii filius.

5 *Publica jumenta, quaqua iter ageret.*] *Jumenta*, quæ publice alebat Respublica ad usum publici cursus. Idem Zozimus.

6 *Religionis specie.*] Ait Galerium sub *specie religionis* Constantinum retinuisse, qui tamen eum loco obsidis retinebat.

SCHOTTUS.

7 *Ad vicem obsidis.*) Pro, *obsidis loco.* Sic enim legendum censui; non *ad ducem*; quamvis in MSC. compareat, ex quo nihil fuit elicere. Sic sup. Hadriano, *cum voluntarium ad vicem magi poposcissent.*

ANNA.

8 *Ibidem.*) In Britannia.

SCHOTTUS.

9 *Vitæ ultima agebant.*] Pro *urgebant*, codex MSC. vulgata editio: *iisdem diebus Constantinum parentem fata ultima perurgebant.*

[10] retractante diu [11] patre Herculio, Imperatorem
confirmant. Quod ubi Armentarius accepit; Seve- 6
rum Cæſarem, qui caſu ad urbem erat; arma [12] in
hoſtem ferre propere jubet. Is [13] circum muros cum 7
ageret, deſertus a ſuis, quos præmiorum illecebris
Maxentius traduxerat, fugiens obſeſſusque [14] Raven-
næ obiit. Hoc acrior Galerius, adſcito in conſilium 8
Jovio, [15] Licinium vetere cognitum amicitia Cæſa-
rem, creat Auguſtum: eoque ad munimentum Illy-
rici, ac Thraciæ relicto, Romam contendit. Ibi 9
cum obſidione diſtineretur; militibus eadem [16] qua
ſuperiores via attentatis, metu ne deſereretur, Italia
deceſſit: paulloque poſt [17] vulnere peſtilenti conſum-
ptus eſt: cum agrum ſatis Reipublicæ commodantem,
cæſis immanibus ſilvis, atque emiſſo in Danubium [18] la-
cu Pelſone apud Pannonios feciſſet. Cujus gratia 10
[19] provinciam uxoris nomine Valeriam appellavit.
Huic [20] quinquennii imperium; [21] Conſtantio annuum 11
fuit:

ANNA.

9 Nota locutionem, pro *vitæ ultima agebat Conſtantius.*

SCHOTTUS.

10 *Retractante.*] Pro, *detractante.* familiari auctori noſtro, *ut Adhuc* pro *Adhæc.* & ſane proclivis error literæ unius, niſi conſtanter ita ſcriptum eſſet.

ANNA.

11 *Patre Herculio.*] Qui & ipſe *in concione exercitus filium Maxentium denudare conatus, ſeditionem & convicia militum tulit.* Eutropius.

12 *In hoſtem.*] Maxentium.

13 *Circum muros.*] Romæ Zozimus ait Severum Mediolano profectum.

14 *Ravennæ obiit.*] Idem Eutropius, at Zozimus ait Severum fuga *Ravennam* elapſum. Quo intellecto, Maxentius Herculius Lucania relicta, *Ravennam* contendit. Quumque perſpexiſſet Severum hac invitum ejici non poſſe, quod munita foret & commeatu abundaret, ſacramentis ſuis eum deludens perſuaſit ut Romam veniret; quo pergens Severus, ubi ad locum venit quem tres tabernas vocant, ab inſidiis, quas ibidem Maxentius poſuerat, adprehenſus necatus cervicibus laqueo fractis. Hæc Zozimus.

15 *Licinium.*] *Dacia oriundum* Galerio *notum antiqua conſuetudine.* Eutropius.

16 *Qua ſuperiores.*] Attentati fuerant ſcilicet a Maxentio. Supra.

17 *Vulnere peſtilenti.*] Ulcere unde vermes enati, uterque oculus putredine evulſus, carnes etiam oſſibus ſuis deciderunt.

18 *Lacu Pelſone.*) Qui in Norico. *Perſo* vocatur a Plinio.

19 *Provinciam.*] Pannoniæ partem quæ inter Dravum & Danubium.

20 *Quinquennii Imperium.*) In annalibus tamen eum plus annis ſeptem regnaſſe invenies.

21 *Conſtantio annuum.*) Imo biennii.

22 Nu-

fuit: cum ſane uterque potentiam Cæſarum annos
12 tredecim geſſiſſent. Adeo miri [22] naturæ officiis, ut ea ſi a doctis pectoribus proficiſcerentur, neque inſulſitate offenderent; haud dubie præcipua haberen-
13 tur. Quare compertum eſt *eruditionem*, *elegantiam*, comitatem præſertim, Principibus neceſſarias eſſe: cum ſine his naturæ bona quaſi incompta, aut etiam horrida deſpectui ſint: Contraque ea [23] Perſarum Re-
14 gi Cyro æternam gloriam paraverint. At [24] memoria mea Conſtantinum, quamquam cæteris promptum virtutibus, ad uſque aſtra votis omnium ſubvexere.
15 Qui profecto ſi munificentiæ atque ambitioni modum, hiſque artibus ſtatuiſſet, quis præcipue adulta ingenia [25] gloriæ ſtudio progreſſa longius in contra-
16 rium labuntur; haud multum abeſſet Deo. [26] Is ubi vaſtari urbem, atque Italiam comperit, [27] pulſoſque ſeu redemptos exercitus, & [28] Imperatores duos, com-
17 poſita pace per Gallias; Maxentium petit. Ea tempeſtate apud Pœnos [29] Alexander pro-Præfecto gerens, dominatui ſtolide incubuerat: cum [30] ipſe debili ætate, agreſtibus ac Pannonicis parentibus vecordior; milites, tumultuarieque quæſiti; [31] armorum vix medium

22 *Naturæ officiis.*) *Naturæ officia* vocat quæ mox *naturæ bona*. Dona naturæ.

SCHOTTUS.

23 *Perſarum Regi Cyro.*) Xenophon. Φῦναι δὲ Κῦρος λέγεται καὶ ᾄδεται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος καὶ φιλομαθέστατος, ὥστε πάντα μὲν πόνον ἀνατλῆναι, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομεῖναι, τοῦ ἐπαινεῖσθαι ἕνεκα.

ANNA.

23 Id eſt, *dicitur Cyrus, hodieque a Barbaris prædicatur, forma quidem pulcherrimum fuiſse, animo vero humaniſſimum, diſcendi etiam cupidiſſimum, ita ut amore laudis nullum non laborem exantlaret, omnibuſque ſeſe periculis objiceret.*

SCHOTTUS.

24 *Memoria mea Conſtantinum.*] *Conſtantium* legendum contendit Nic. Faber.

25 *Gloriæ ſtudio*) Repono. Nam MSC. *gloriam* corrupte; niſi *gloriarum* quis malit.

ANNA.

26 *Is.*) Conſtantius, ſed ego aliquid turbatum eſſe arbitror; neque unquam apud ullum auctorem legi Conſtantium adverſus Maxentium bellum geſſiſſe.

27 *Pulſoſque ſeu redemptos exercitus.*] Severi, & Galerii.

28 *Imperatores duos.*) Pulſos ſeu redemptos, Severum & Galerium.

29 *Alexander.*) Natione Phryx. Zozimus.

30 *Ipſe.*) Maxentius.

31 *Armorum.*) Melius ſi legas *armorumque*.

dium haberetur. Denique cum [32] a Tyranno miſſi 18
[33] pauciſſimis cohortibus [34] Rufus Voluſianus Præfe-
ctus Prætorio, ac militares duces levi certamine con-
fecere. Quo victo, Maxentius [35] Carthaginem ter- 19
rarum decus, ſimul Africæ pulcriora vaſtari, diri-
pi, incendique juſſerat; ferus, inhumanuſque ac li-
bidine multo tetrior: Adhuc pavidus & imbellis, at- 20
que in deſidiam fœde pronus: uſque eo, ut flagran-
te per Italiam bello, fuſiſque apud Veronam ſuis;
[36] nihilo ſegnius ſolita curaret; neque patris exitio
moveretur. Namque Herculius natura impotentior, 21
ſimul filii ſegnitiæ metuens, inconſulte imperium re-
petiverat: Cumque [37] ſpecie officii dolis compoſitis 22
Conſtantinum generum tentaret acerbe, [38] jure tan-
dem interierat. Sed Maxentius atrocior in dies, tan- 23
dem urbe in [39] Saxa rubra millia ferme novem æger-
rime progreſſus; dum cæſa acie fugiens ſemet Romam
reciperet, inſidiis, quas hoſti apud pontem Milvium
locaverat, in tranſgreſſu [40] Tiberi interceptus eſt,
tyrannidis anno ſexto. Hujus nece incredibile quan- 24
tum lætitia, gaudioque ſenatus ac plebes exſultave-
rint: quos in tantum afflictaverat, uti Prætorianis
cædem vulgi quondam annuerit; primuſque inſtituto

pessimo

32 *A Tyranno.*) Maxentio.

33 *Pauciſſimis cohortibus.*] Subauditur *cum.*

34 *Rufus Voluſianus.*) Ῥούφιον Βολουσιανὸν vocat Zozimus Ruſium Voluſianum.

35 *Carthaginem terrarum decus.*] Non mirum ſi ſcriptor Afer *Carthaginem* vocet *decus terrarum.*

SCHOTTUS.

36 *Nihilo ſegnius.*] Jurare liquet, *nihilo ſequius* ſcripſiſſe Aurelium, pro *nihilominus*, vel *non minus bene.* Livius lib. II. *Invitus, quod ſequius ſit, de meis civibus loquor.* pro, *minus bonum.*

ANNA.

37 *Specie officii.*) Tanquam ipſe ſe Conſtantino vellet conjungere, ſi eum interficere conabatur.

38 *Jure tandem.*] Diſtingue & lege: *tentaret, acerbe, tamen interierat..* Eutropius. *Pœnas dedit juſtiſſimo exitu.*

SCHOTTUS.

38 Ex compendiis natum mendum.

ANNA.

39 *Saxa rubra.*) Locus circa Tibur novem millibus paſſuum ab Urbe diſtans. Hodie *Grotta roſſa*, ut ajunt.

40 *Tyberi interceptus eſt.*] Rupto ponte propter vim oneris. Zozimus. Infra tamen Epitome ait lapſu equi in profundum demerſum.

41 Nu-

pessimo [41] numinum specie Patres aratoresque pecu-
25 niam conferre prodigenti sibi cogeret: Quorum odio Prætoriæ legiones, [42] ac subsidia factionibus [43] aptiora, quam urbi Romæ; [44] sublata penitus, simul ar-
26 ma atque usus indumenti militaris: Adhuc cuncta opera, quæ magnifice construxerat, [45] Urbis fanum, atque Basilicam, [46] Flavii meritis Patres sacravere.
27 A quo etiam post Circus maximus excultus mirifice: atque [47] ad lavandum institutum opus cæteris haud
28 multo dispar. Statuæ locis quam celeberrimis, quarum plures ex auro, aut argenteæ sunt: tum per Africam sacerdotium decretum Flaviæ genti, [48] Cirtæque opido, quod obsidione Alexandri ciciderat, reposito exornatoque, nomen [49] Constantina inditum:
29 adeo *acceptius præstantiusque* Tyrannorum depulsoribus

SCHOTTUS.

41 *Numerum specie.*] Forte *munerum*, quod propius ad scripturæ veteris vestigia accedit, quam *Numinum.* Sed si *munerum*, quomodo *primus?* Jussere multis retro sæculis Augustus, Caligula, alii, ut strenæ Kal. Januariis sibi offerrentur. Suetonius Octavio cap. 42. Caligula 57. ἐπέχω igitur.

ANNA.

41 Sed si *munerum* scripsisset Victor, non video cur institutum pessimum vocasset, retineo igitur *Numinum.* Aliquando enim veteres *numina* solebant stipe venerari.

42 *Ac subsidia.*] Milites qui pro subsidio erant, Urbanas cohortes puto intelligit.

SCHOTTUS.

43 *Optiora.*) Pro *aptiora* male in veteribus libris.

ANNA.

44 *Sublata penitus.*) Zozimus. Ὁ Κωνσταντῖνος ὀλίγοις μέν τισι τῶν ἐπιτηδειοτάτων Μαξεντίῳ δίκην ἐπέθηκε, τοὺς δὲ πραιτωριανοὺς στρατιώτας ἐκτρίψας καὶ τὰ φρούρια τὰ τούτους ἔχοντα καθελὼν, &c. Id est, *Constantinus de paucis quibusdam Maxentio familiarissimis pœnas exegit; Prætorianis militibus e medio sublatis & castellis dirutis in quibus esse consueverant.*

45 *Urbis fanum atque Basilicam.*] De Urbis fano atque Basilica a Maxentio constructis nihil quidquam comperi. Nisi Urbis fanum idem sit quod Veneris & Romæ Templum dicebatur, in via sacra, de quo Prudentius contra Symmachum. Inter singularia certe & digna admiratione loca, Urbis templum numerat Marcellinus.

46 *Flavii.*] Constantini.

47 *Ad lavandum institutum opus.*) Thermæ Constantini in Quirinalis descensu, septemtrionem versus ex sententia Læti & Martiani. Eorum magnæ ruinæ, ædificia quædam quadrata, quædam rotunda, altissimis fornicibus extant: quorum unum per centum fere gradus ascendimus. *Fabricius.*

48 *Cirtæque opido.*) *Cirta* Numidiæ urbs ad Pagydam fluvium.

SCHOTTUS.

49 *Constantina.*) Alii *Constantiam* a Constantio Cæsare. Dictum & *Nicephorium*, quod ab Alexandro Magno conditore insigni victoria ibi

bus nihil est: quorum gratia eo demum auctior erit; si modesti ipsi atque abstinentes sint. Quippe *humanæ* 30
mentes frustratæ boni spe, asperius offenduntur, cum mutato rectore flagitioso, ærumnarum [50] vis manet.

ibi parta illustris esset. Plinius, Strabo, Stephanus. Templi Jovis Nicephorii mentio apud Spartianum Adriano. *Nisibena Constantina* vocatur in libro qui inscribitur *Notitia Provinciarum.* Strabo vero κύρτα per υ scriptum habet. Virta. ab Alexandro quoque conditum opidum nominatur a Marcellino lib. xx.

50 *Vis manet.*) *Vi manet* male in veteri libro.

CAPUT XLI.

ARGUMENTUM.

Maximino fuso & fugato orbis Romani potestatem sibi quærunt ob diversos mores minus congruentes Constantinus & Licinius, Cæsarum imperio adsciscuntur Crispus, Constantinus & Licinianus, pace rupta pellitur & opprimitur Licinius, Cæsares fiunt Constans & Dalmatius, in Persas tendens excedit Constantinus pater, interficitur Dalmatius, fatali bello cadit Constantinus filius, Magnentii omnia exstinguentis scelere circumvenitur Constans, & dominationem occupat Vetranio.



DUM hæc [1] in Italia geruntur, Maximinus ad 1
orientem, [2] post biennii augustum Imperium
∞LXII. fusus, fugatusque a LICINIO, apud Tarsum perit.
Ita potestas orbis Romani [3] duobus quæsita: qui 2
quam-

SCHOTTUS.

1 *In Italiam.*] Male in veteri libro.

ANNA.

2 *Post biennii.*) Imo post *triennii.*

3 *Duobus.*) Constantino & Licinio.

4 *Fla-*

quamvis per [4] Flavii ſororem nuptam Licinio, connexi, inter ſe erant; ob diverſos mores tamen anxie
3 triennium congruere quivere: Namque [5] illi [6] præter admodum magna cætera; huic parſimonia, & ea
4 quidem agreſtis, tantummodo inerat. Denique Conſtantinus cunctos hoſtes honore ac fortunis manentibus texit, recepitque: eo pius, ut etiam [7] vetus veterrimumque ſupplicium patibulorum & cruribus ſuffringendis primus removerit. Hinc pro conditore,
5 ſeu Deo habitus. Licinio ne inſontium quidem ac nobilium Philoſophorum ſervili more cruciatus adhi-
6 biti modum fecere. Quo ſane variis prælijs pulſo, cum eum prorſus opprimere arduum videretur; ſimul [8] affinitatis gratia recepti conſortio, [9] adſcitique im-



perio Cæſarum communes liberi *Criſpus*, Conſtantinuſque

4 *Flavii ſororem.*) Conſtantiam.
5 *Illi.*) Conſtantino.

SCHOTTUS.

6 *Præter admodum magna cætera.*) Fœdatus locus, ita purgandus: *illi præter modum magna cætera*, vel forte, *illi præter modum magnificentia; huic parſimonia*, quæ adverſa ſunt Dialecticis. De magnificentia vide quæ notavi ad Nepotis fragmenta in Attici vita n.

GRUTERUS.

6 Lepide etiam Sylburgius immiſſa voce; *admodum pauca, magna cætera.* poſſem & ego micare in tenebris, ſed tanti non eſt, ut ſannis excipiar.

SCHOTTUS.

7 *Vetus veterrimumque.*] An *teterrimumque?* ſed non eſt inſolens id ætatis auctoribus quaſi per correctionem rem repetendo intendere, pro, *etiam veterrimum.* Cæterum de crucis ſupplicio a Conſtantino ſublato Zozomenus lib. I. c. VIII. Eccleſiaſt. hiſtoriæ, Nicephorus lib. VII. cap. XLVI. & l. ult. Cod. Theodoſ. de paga. ſacrif. & templ.

nuſque Flavio geniti : Licinianus Licinio. Quod 7
equidem vix diuturnum : neque his qui aſſumebantur
felix ſore , [10] defectu Solis fœdato iiſdem menſibus
die , patefactum. Itaque ſexennio poſt rupta pace 8
apud Thracas Licinius pulſus [11] Chalcedona conceſ-
ſit. Ibi ad auxilium ſui [12] Martiniano in Imperium 9
[13] cooptato, [14] una oppreſſus eſt. Eo modo Reſpub. 10
unius arbitrio geri cœpit, liberis [15] Cæſarum nomi-
na diverſa retentantibus : namque ea tempeſtate Im-
peratori noſtro Conſtantio inſigne Cæſaris datum.
Quorum cum [16] natu grandior, [17] incertum qua cauſa, 11
patris judicio occidiſſet; repente Calocerus Magiſter
pecoris camelorum Cyprum inſulam ſpecie regni de-
mens [18] capeſſiverat : quo excruciato , ut fas erat , 12
[19] ſervili aut latronum more, [20] condenda urbe [21] for-
midandiſque religionibus ingentem animum avoca-
vit:

templ. De cruribus ſuffringendis, Cicero in Antonianis & pro Sex. Roſc.

8 *Affinitatis gratia refecti conſortium.*) Emendavi *recepti conſortio.*

ANNA.

9 *Adſcitique Imperio Cæſarum.*) Criſpus, Conſtantinus & Licinianus Cæſares facti an. U. 1062. poſt C. 315.

10 *Defectu Solis fœdato iiſdem menſibus die.*] Atqui Eclipſis Solis ſequenti anno facta eſt die ſexta Julii.

11 *Chalcedona.*) In Bithynia ad Boſphorum.

12 *Martiniano.*] Qui ordinum Palatinorum dux erat, Romani magiſtrum officiorum vocant. Vide Zozimum.

SCHOTTUS.

12 Officiorum magiſter. Epitoma vulg. nu. 59.

13 *Cooptato.*] Emendavi, pro quo MSS. *coaptato.*

ANNA.

14 *Una oppreſſus eſt*) Zozimus ſcribit Licinium & Martinianum Chalcedone fugatos Nicomediam petiiſſe; Ibique obſeſſos Conſtantino ſe dedidiſſe: Ubi Martinianus occiſus, Licinius Theſſalonicam ablegatus; ſed ei paullo poſt contra fidem laqueo vita adempta.

15 *Cæſarum nomina diverſa.*) Forſan : *liberis Cæſarum nomina diverſe retentantibus.*

16 *Natu grandior.*) *Criſpus* nomine.

17 *Incertum qua cauſa.*) Vide Zozimum lib. II.

SCHOTTUS.

18 *Capeſſiverat.*) Vetus lectio *compeſciverat*, mendoſe.

ANNA.

19 *Servili aut latronum more.*) Cruci ſuffixum fuiſſe videtur innuere quod *ſervorum, & latronum* ſupplicium fuit. Hieronymus tamen ſcribit vivum combuſtum.

20 *Condenda Urbe formidandiſque.*) Legerem : *Condendæ Urbi, formidandiſque religionibus ingentem animum avocavit, ſimul novando militiæ ordini.* Hoc eſt, animum applicuit Urbi condendæ, &c. Locum autem huic *Urbi* inter Troadem & vetus Ilium elegit. fundamenta jecit, & muri. partem aliquam in altum egit, ſed cum eum fact. poenituiſſet, Byzantium conceſſit, eam amplificavit. Vide Zozimum.

21 *Formidandiſque religionibus.*

Adula-

13 vit: Simul [22] novandæ militiæ ordine. Et interea
[23] Gothorum Sarmatarumque ſtratæ gentes: filiuſque
cunctorum minor, Conſtans nomine, Cæſar fit:
14 Cujus gratia Reipublicæ [24] permiſtionem fore oſtento-
rum mira prodidere: Quippe ea nocte quæ commiſſi
imperii diem ſequebatur; igni continuo cœli facies
15 conflagravit. Abhinc conſumpto fere biennio, fra-
tris filium, [25] cui ex patre Dalmatio nomen fuit, Cæ-
16 ſarem juſſit, aſſiſtentibus valide militaribus. Ita an-
no imperii [26] triceſimo ſecundoque, [27] cum totum
orbem tredecim tenuiſſet; [28] ſexaginta natus, atque
amplius duo; in Perſas tendens, a quis [29] bellum ir-
rumpere acceperat; rure proximo Nicomediæ, [30] A-
chyronam vocant, exceſſit: cum [31] [ad] id tetrum
ſidus regnis, quod crinitum vocant, portendiſſet.
17 Funus relatum [32] in urbem ſui nominis. Quod ſane
P. R. ægerrime tulit: [33] Quippe cujus armis, legi-
bus, clementi imperio, quaſi novatam urbem Ro-
18 manam arbitraretur. Pons per Danubium ductus:
[34] ca-

Adulatorie hæc dicit Victor, ut alia bene multa. Produnt enim hiſtorici Conſtantinum res divinas proculcaſſe. Vide Zozimum. Cæterum *formidandis* dixit vocabulo religionibus accommodato.

SCHOTTUS.

21 Forte legendum *formandiſque religionibus.*

ANNA.

22 *Novandæ militiæ ordine.*) Lege: *Novando.* Zozimum vide, qui militiam a Conſtantino corruptam ſcribit.

23 *Gothorum Sarmatarumque.*] Vide Zozimum & Cedrenum.

24 *Permiſtionem.*) σύγχυσιν, confuſionem.

25 *Cui ex patre Dalmatio nomen fuit.*) Vocabatur tamen pater ejus *Anabalianus.* Forſan *Dalmatius Anabalianus.*

26 *Triceſimo ſecundoque.*) Atqui imperavit tantum annis 30. menſibus novem, diebus 27. mortuus an. U. 1089. C. 337. die Maji 22.

27 *Cum totum orbem tredecim tenuiſſet.*) Id eſt, cum ſolus imperaſſet annis tredecim; & verum eſt.

28 *Sexaginta natus atque amplius duo.*) Alii dicunt annis natum 66. Verius.

SCHOTTUS.

29 *Bellum irrumpere acceperat.*) Quid ſi *occœperat?*

ANNA.

30 *Achyronam.*) Villam publicam vocat Victor. Nicomediæ enim poſitam villam ſuam publicam habebat Conſtantinopolis, ut Roma ſuam extra Urbem.

SCHOTTUS.

31 *Ad.*) Præpoſitio delenda, ſuperat enim repetita forte eadem dictione.

ANNA.

32 *In Urbem ſui nominis.*) Conſtantinopolim.

33 *Quippe cujus.*) Adulatorie hæc omnia.

[34] castra castellaque pluribus locis commode posita. Remotæ olei frumentique adventiciæ præbitiones, 19
quibus [35] Tripolis ac Nicæa acerbius angebantur.
[36] Quæ res [37] superiores Severi imperio, gratantes 20
[38] civi obtulerant; verteratque [39] gratiam muneribus in perniciem posterorum dissimulatio: [40] Alteros [41] Marcus Bojonius afflixerat mulcta, quod [42] Hipparchum præstanti ingenio [43] indigenam fuisse ignoravissent. [44] fiscales molestiæ severius [45] pressæ: cunctaque

34 *Castra castellaque.*] His plane contraria scribit Zozimus; qui ait opida & castella quæ a Diocletiano in limitibus ubique posita fuerant, a Constantino sublata, præsidiaque in opidis minime eorum egentibus collocasse.

35 *Tripolis ac Nicæa.*) *Tripolis* in Africa, *Nicæa* in Bithinia.

SCHOTTUS.

36 *Quæ res.*) Locus spurce contaminatus. Ita scripsit Victor *quas res* scilicet præbitiones. Nisi forte mavis: *quorum*.

ANNA.

36 Frumentum scilicet & oleum.

SCHOTTUS.

37 *Superiores.*] Tripolitani.

38 *Civi.*] Severo, erat enim Lepti oriundus.

39 *Gratiam muneribus.*] *Gratiam muneris* germana lectio, ut opinor, non *muneribus*.

ANNA.

39 Et ita legit Casaubonus. Ait posteriorum dissimulationem, *vertisse gratiam muneris* illius in perniciem, nam posteri, hoc est Imperatores qui Severum sequuti sunt, dissimulantes hanc præbitionem a Tripolitanis gratuito Severo fuisse oblatam, quasi debitam posthac exegerunt, multumque etiam adauxerunt.

40 *Alteros.*] Nicææ cives.

41 *Marcus Bojonius.*] Marcus Antoninus Philosophus.

SCHOTTUS.

41 *Cejonius* quidam malunt, non sequor.

42 *Hipparchus.*] Nicæus astrologus scripsit in Arati & Eudoxi Phænomena, & de syntaxi stellarum fixarum. vide Suidam & Servium in primum Georg. Virgilii. Laudat sæpe Plinius in Nat. hist.

ANNA.

42 Floruit sub Ptolemæo Philadelpho.

43 *Indigenam fuisse ignoravissent.*] Quis credat sævum adeo fuisse sapientissimum principum, ne dicam virorum, ut rei tam levis *ignorantiam*, tam gravi pœna castigaret? an M. Tullium quisquam laudasset, si reperto Syracusis monumento Archimedis, quod *indigenæ* pridem *ignorabant*, publice in eos propterea postulasset animadverti? Id vero non minus dictu ineptum, quam factu futurum fuisset iniquum. Censeo scribendum *fustibus necavissent*. Vel *fustigatum necavissent*; Ut vestigia literarum propius sequamur. Casaubonus.

GRUTERUS.

43 Ego propius characteres lectionis receptæ, *fuste ignominiavissent*. amat enim noster usurpare voces novas, & tamen admodum energeticas.

ANNA.

44 *Fiscales molestiæ.*] Sic vocat exactiones quibus *fiscus* principis augebatur. Sed vide Zozimum, qui contraria plane scribit.

SCHOTTUS.

45 *Pressæ.*] *Repressæ* repugnante libro

que divino ritui paria viderentur; [46] ni parum dignis
21 ad publica aditum concessisset. [47] Quæ quamquam
sæpius accidere; tamen *in summo ingenio* atque optimis Reipublicæ moribus, quamvis parva vitia, elucent magis; eoque notantur facile; quin etiam acrius sæpe officiunt; [48] cum ob auctoris decus in virtutes potissimum accipiuntur, atque ad imitandum invita-
22 mento sunt. Igitur confestim Dalmatius, [49] incertum quo suasore, interficitur: statimque [50] triennio post minimum maximumque, fatali bello Constan-
23 tinus [51] cadit. Qua Constans victoria tumidior; simul per ætatem cautus parum, atque animi vehemens: Adhuc ministrorum pravitate exsecrabilis, atque præceps in avaritiam, despectumque militarium, [52] anno post triumphum decimo, [53] Magnentii scelere circumventus est: externarum sane gentium com-
24 pressis motibus: [54] Quarum obsides pretio quæsitos pueros venustiores quod cultius habuerat; libidine hujus-

libro excudi jusseram si operæ imperium recepissent.

46 *Ni parum dignis.*) Constanti hoc tribuit vulgata Epitoma num. 63. non Constantino patri.

ANNA.

46 Sed in Constantinum competere patet ex Zozimo.

47 *Quæ quamquam sæpius accidere.*] Mihi hic aliquid deesse videtur, & sensus ridiculus efficitur. Lego: *Quæ quamquam haud sæpius accidere.* Sed forsan intelligit, *quæ quamquam* sub aliis principibus *sæpius accidere*, tamen magis elucent in principe summo ingenio & optimis moribus.

48 *Cum ob auctoris decus in virtutes potissimum.*] Ita est: vitia eorum quos extra peccandi aleam positos putamus, gravius offendunt, dum virtutes putamus, eaque etiam quasi virtutes amplectimur.

GRUTERUS.

48 Omnino; veluti non parce ostendimus ad Tacitum lib. I. Histor. cap. 5. f. *ut haud minus vitia Principum amarent, quam olim virtutes verebantur.*

ANNA.

49 *Incertum quo suasore.*] Imo *suasore* Eusebio Nicomediensi, qui Dalmatium ejusque patrem Anabalianum quasi Constantinum interfecissent, criminatus est.

50 *Triennio post.*) Post mortem Constantini patris & cædem Dalmatii.

51 *Cadit.*) Non longe ab Aquileja, & in fluvium Alsam projectus.

52 *Anno post triumphum decimo.*] Post triumphum de fratre Constantino relatum.

53 *Magnentii scelere.*) Vide Zozimum

54 *Quarum obsides pretio quæsitos pueros venustiores quod cultius habuerat.*) Obsides electos forma eleganti palam fecimus ad Livii lib. II. cap. 13. *Turnebus.*

55 *Ut*

hujusmodi arsisse pro certo habetur. Quæ tamen vi- 25
tia utinam mansissent: Namque Magnentii, [55] utpote gentis Barbaræ, diro atroque ingenio; [56] simul his quæ post accidere, adeo exstincta omnia sunt; ut
[57] illud imperium [58] haud injuria desideraretur. Tum 26
quia [59] Vetranio [60] literarum prorsus expers, & ingenio stolidior, idcircoque agresti vecordia pessimus, [61] cum per Illyrios peditum magisterio milites curaret; dominationem, ortus Mœsiæ superioris locis squalidioribus, improbe occupaverat.

55 *Utpote gentis Barbaræ.*) Utpote qui esset e *gente Barbara.* γένος μὲν ἕλκων ἀπὸ βαρβάρων. Zozimus. *Genus a barbaris ducens*, vide Epitomen.

56 *Simul his quæ post accidere.*] Magnentianorum cum Potentiano pugnas intellige, de quibus infra.

57 *Illud Imperium.*) Constantii scilicet. Ait diro atroque ingenio Magnentii utpote barbari, atque iis quæ post evenere, ita corrupta atque extincta omnia fuisse, ut non immerito Constantis Imperium, quamvis fœdum, desideraretur.

GRUTERUS.

58 *Haud injuria desideraretur.*) Nimirum nihil est quod comparatio non faciat bonum vel malum: uti non parca exemplorum farragine ostendimus ad illa Livii libro XXIV. cap. 5. *Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos succedenti, tanta caritate Hieronis. verum enimvero Hieronymus, veluti suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum*, &c, sed & de eadem re multa quoque coacervavimus ad ista Taciti: *Ne Tiberium quidem caritate, aut Reipublicæ cura successorem adscitum; sed quoniam arrogantiam sævitiamque ejus introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quæsivisse.* lib. I. Annal. c. 10. f.

SCHOTTUS.

59 *Vetranio.*) Vetus liber. Eutropio & Ammiano *Veteranio* pentasyllabus est: illum lib. x. extremo, hunc xv. lege.

ANNA.

60 *Literarum prorsus expers.*) Eutropius. *Virum probum ac morum veterum, ac jucundæ civilitatis; sed omnium liberalium artium expertem: adeo ut ne elementa quidem prima literarum, nisi grandævus, & jam Imperator acceperit.*

61 *Cum per Illyricos peditum magisterio.*] Pannoniorum exercituum ducem vocat Zozimus. *Peditum magister* qualis erat magister equitum.

CAPUT XLII.

ARGUMENTUM.

Vetranionem facundiæ vi imperio dejicit, Potentiano, Magnentio, Decentio, Patricio, Gallo, Silvano oppressis Julianum Cæsarem Transalpinis præficit, & imperium Augustum placidus, clemens, literarum prudens........ regit Julius Constantius.



1 EUM CONSTANTIUS cis menſem decimum, ∞XXCIX.
[1] facundiæ vi dejectum imperio in privatum o-
2 tium removit: Quæ gloria poſt natum imperium, ſoli
3 proceſſit eloquio, clementiaque. Nam cum magna
parte utrimque exercitus conveniſſent, habita ad ſpe-
ciem judicii concione; quod fere vix aut multo ſan-
4 guine obtinendum erat, eloquentia patravit. Quæ
res ſatis edocuit, *non modo domi*, verum militiæ quo-
que [2] dicendi copiam reſtare: qua demum vel ardua
proclivius eo conficiuntur, ſi modeſtia atque integri-
5 tate ſuperet. [3] Quod maxime cognitum e noſtro
Principe: Quem tamen quo minus ſtatim in hoſtes alios
ad Italiam contenderet, hiems aſpera, [4] clauſæque Alpes
tarda-

SCHOTTUS.

1 *Facundiæ vi.*] Ita ſcribendum. Vetus male *facundi ævi.*

ANNA.

1 Hæc aliter paullo Zozimus, qui ait Conſtantium, ne cum duobus ei dimicandum foret, ad Vetranionem legatos miſiſſe amicitiam petentes, ſimulque ut in unum copiæ cogerentur, & publicum de gerendo adverſus Magnentium bello conſilium caperent. His deceptus Vetranio ad Conſtantium venit, una in ſolium ad hoc paratum aſcendit: Conſtantius milites prior alloquitur, qui confeſtim exutum purpura Vetranionem ſolio deturbant, ut privatus viveret, eique Conſtantius in Bithynia viventi victum aſſignavit.

SCHOTTUS.

2 *Dicendi copiam reſtare.*] Vetus male. Nam *præſtare*, rectum eſt. Magna ſane laus eloquentiæ.

ANNA.

2 Pro *reſiſtere* ponitur, ut puto.

3 *Quod maxime cognitum e noſtro Principe.*] A quo tamen modeſtiam & integritatem longe abfuiſſe teſtatur Zozimus.

4 *Clauſæque Alpes.*] Nivibus ſcilicet.

GRUTERUS.

4 Pulcra figura: quemadmodum

tardavere. Interim Romæ corrupto vulgo; ſimul 6
Magnentii odio [5] Potentianus materna ſtirpe Flavio
propinquus, cæſo Urbi Præfecto, armataque gladia-
torum manu Imperator fit: Cujus ſtolidum ingenium 7
adeo plebi Romanæ, Patribuſque exitio fuit, uti paſſim
domus, fora, viæ, templaque cruore, ac cadaveribus
opplerentur, [6] buſtorum modo: Neque per eum 8
tantum, verum etiam advolantibus [7] Magnianis: qui
triceſimo die, triduo minus, hoſtem perculerant.
Sed jam antea cum externi motus ſuſpectarentur; 9
Magnentius fratri Decentio Gallias; Conſtantius
[8] Gallo, cujus nomen ſuo mutaverat, orientem,
Cæſaribus commiſerant. [9] Ipſi inter ſe acrioribus 10
præliis per triennium congreſſi; ad extremum Con-
ſtantius fugientem in Galliam perſequutus varie [10] am-
bos ſupplicio ſemet adegit interficere. Et interea 11
Judæorum ſeditio, qui Patricium nefarie [11] in regni
ſpecie ſuſtulerant, [12] oppreſſa. Neque multo poſt 12
[13] ob ſævitiam atque animum trucem, Gallus Augu-
ſti juſſu interiit. Ita longo intervallo [14] annum fere 13
poſt ſeptuageſimum, relata ad unum cura Reipublicæ.

Quæ

dum enim mare & aperitur ſuo tempore, & clauditur; ſic & Alpes; ſed alio tamen modo. Inde de Cimbris Florus libro II. cap. 3. *Hi jam (quis crederet?) per hiemem quæ altius Alpes levat, Tridentinis jugis in Italiam provoluti, ruina deſcenderant.*

ANNA.

5 *Potentianus.*] Aliis vocatur *Nepotianus*, Conſtantini ex ſorore Eutropia nepos fuit. Zozimus.

SCHOTTUS.

6 *Buſtorum modo.*] Lego. nam vitioſus etiam hac in parte liber calamo exaratus. Ad ſepulcra principum virorum gladiatorum paria a laniſtis committi & ad mutuam necem depugnare ſolere nemo ignorat, niſi hoſpes admodum in literis.

7 *Magnianis.*] Licet in MSS. compareat, repone *Magnentianis*: nec enim operæ dicto audientes ſunt.

ANNA.

8 *Gallo.*] Patrueli ſuo.

9 *Ipſi.*] Conſtantius & Magnentius.

10 *Ambos.*] Magnentium & Decentium. Vide infra in Epitome.

11 *In regni ſpecie.*] Melius *in regni ſpeciem.*

12 *Oppreſſa.*] Per Gallum Cæſarem.

13 *Ob ſævitiam atque animum trucem.*] Eutropius de Gallo: *Vir natura ferus & ad tyrannidem pronior ſi ſuo jure imperare licuiſſet.*

SCHOTTUS.

13 *Scenicum atque animum trucem* erat in vet. cod. quod ſequetur qui probabit.

ANNA.

14 *Annum fere poſt ſeptuageſimum.*] Ab exceſſu Cari Imperatoris

14 Quæ [15] recens quieta a civili trepidatione, [16] Silva-
15 no in Imperium coacto, tentari rursus occœperat. Is namque Silvanus in Gallia ortus Barbaris parentibus, ordine militiæ simul a Magnentio ad Constantium transgressu, [17] pedestre ad magisterium adolescentior
16 meruerat. E quo dum altius per metum, seu dementiam conscendisset; legionum, a quis præsidium speraverat, tumultu; octavum circa ac vicesimum
17 diem trucidatus est: Qua causa ne quid apud [18] Gallos natura præcipites novaretur, præsertim Germa-



nis pleraque earum partium populantibus; [19] JULIANUM Cæsarem, cognatione acceptum sibi, Transalpinis

ris usque ad mortem Magnentii, hoc est per annos 69. fere semper penes duos Imperatores potestas fuit.

15 *Recens.*] Adverbialiter.

16 *Silvano.*] Vide Ammianum lib. xv.

SCHOTTUS.

17 *Pedestre ad magisterium.*] Supra paullo *Vetranio pedestri magisterio milites curat.* Is erat qui *pedestris* militiæ rector & magister peditum. Quali olim erat & Magister equitum.

GRUTERUS.

[illegible] idetur abundare præpositio *ad*, ut & Sylburgius prodidit.

ANNA.

17 Vel subintelligendum *admoveri*, vel simile quid.

SCHOTTUS.

18 *Gallos natura præcipites.*] Gentem inquietam, quæque constantem Principem requirat, notat Vopiscus Saturnino & Caro. Trebellius Pollio initio Gallienorum. Objectam Gallis levitatem refellere conatur Johannes Bodinus Methodi histor. cap. 5.

ANNA.

19 *Julianum.*] Galli fratrem, patruelem suum.

alpinis [20] præfecit : Isque [21] nationes feras brevi subegit, captis [22] famosis regibus : [23] Quæ quamquam 18 in ejus fortuna, Principis tamen & consilio accidere. [24] Quod adeo præstat, ut Tiberius, Galeriusque subjecti 19 aliis egregia pleraque; suo autem ductu atque auspicio minus paria experti sint. At Julius Constantius [25] annos 20 tres atque viginti Augustum imperium regens, [26] cum externis motibus, modo civilibus exercetur, [27] ægre ab armis

20 *Præfecit.*] An. U. C. 1108. post C. 356.

21 *Nationes feras brevi subegit.*] Eutropius. *A quo modicis copiis apud Argentoratum Galliæ Urbem ingentes Alamannorum copiæ extinctæ sunt, Rex nobilissimus captus.*

22 *Famosis.*] Nobilibus, inclytis. Chonodamarium & Vadomarium intelligit. Vide Ammianum.

GRUTERUS.

23 *Quæ quamquam in ejus fortuna, Principis tamen & consilio accidere.*] Putat idem noster amicus ante *& consilio*, deesse *auspicio*, vel simile quodpiam nomen. at ego potius adhuc expunxerim voculam *in*, ut *fortunam* accipiat pro *ductu*, *consilium* autem pro *auspiciis*. nam alioquin *consilium* complectitur etiam *auspicia*. Tacitus lib. III. Annal. cap. 47. p. *Tum demum Tiberius ortum patratumque bellum Senatui scripsit; neque dempsit aut addidit vero: sed fide ac virtute legatos, se consiliis superfuisse*, &c. Interim, peculiariter heic accipit *fortunam* auctor noster. Vulgo enim obtinebat ut ejusdem esset *fortuna*, cujus erat & auspicium. Unde Justinus libro II. cap. 21. *Ibique prælium commissum : sed fortuna Regis cum duce mutata non est*, &c. & apud Curtium lib. V. cap. 46. Nabarzanes : *Diis adversis bellum inimus, & pertinax fortuna Persas urgere non desinit. novis initiis & ominibus opus est. auspicium & imperium alii trade interim*, &c. de qua re nos plura ad Taciti librum II. Histor. cap. 33. p. Cæterum & Ducibus subalternis suam etiam *fortunam* adscribebant nonnulli. Hinc Darii illud apud eundem Curtium libro III. cap. 6. *Quippe quæ per duces suos acta erant cuncta damnabat; ratus pluribus curam, omnibus abfuisse fortunam.* quæ ipsa verba excussimus ad illa Taciti libro I. Histor. cap. 79. f. *Læto Othone, & gloriam in se trahente, tanquam & ipse felix bello, & suis ducibus, suisque exercitibus Rempublicam auxisset.*

ANNA.

23 Nihil mutandum. Ait hæc omnia etsi in *fortuna* Juliani acciderint, tamen & consilio Principis Constantii accidisse.

24 *Quod.*] Consilium. Ut ostendat consilium fortunam antecellere, Tiberii & Galerii exempla proponit, qui dum aliorum consiliis paruerunt, egregia pleraque moliti sunt, suo autem ductu multo minora. Tiberius quidem privatus Augusti auspiciis Rhæticum Vindelicumque bellum, Pannonicum, Germanicumque aliaque felicissime gessit. Galerius autem Cæsar Diocletiani auspiciis Achilleum vicit, Alexandriam cepit, Narsen fugavit, bellum Persicum confecit.

25 *Annos tres atque viginti.*] Post mortem patris, nam duodecim cum patre imperaverat.

GRUTERUS.

26 *Cum externis motibus, modo civilibus exercetur*, &c.] Bis ponenda videtur vox una, *cum externis motibus modo, modo civilibus exercetur.*

ANNA.

27 *Ægre.*] Vix. Et revera nun-

quo

21 armis abeſt: Quis tyrannide tantorum depulſa, ſuſtentoque interim Perſarum impetu, genti Sarmatarum, [28] magno decore, conſidens apud eos Regem dedit.
22 [29] Quod Cnæum Pompejum in Tigrane [30] reſtituiſſe,
23 [31] vixque paucos majorum feciſſe comperimus. Placidus, clemenſque pro negotio: literarum ad elegantiam prudens; atque [32] orandi genere leni jucundoque: laboris patiens ac deſtinandi ſagittas mire promptus: Cibi omnis, libidinis, atque omnium cupidinum victor; cultu genitoris ſatis pius, ſuique nimis cuſtos: [33] gnarus vitæ bonorum Principum Reipublicæ

quam ab armis quietus fuit Conſtantius.

SCHOTTUS.

28 *Magno decore.*] Locus poſtulat *dedecore*, niſi aliter interpungas.

GRUTERUS.

28 Minime heic locum poteſt habere aliorum *dedecore*; quocunque etiam modo interpungatur verſus; ut pluribus exemplis oſtendimus ad Taciti lib. XIII. Annal. cap. 34. *Et Corbulo dignum magnitudine populi Romani rebatur, parta olim a Lucullo Pompejoque recipere*, &c.

ANNA.

28 Aperte contra mentem Auctoris, qui ait magno *decore* a Conſtantino Regem Sarmatis impoſitum.

29 *Quod Cnæum Pompejum in Tigrane.*] Florus, lib. III. cap. 5. *Cnæus interim Magnus rebelles Aſiæ reliquias ſequens, per diverſa gentium terrarumque volitabat. Nam ſub orientem ſequutus Armenios, captis ipſo capite gentis Artaxatis, ſupplicem juſſit regnare Tigranem.*

SCHOTTUS.

30 *Reſtituiſſe.*] *Præſtitiſſe*, vel potius *reſtituendo* legendum.

GRUTERUS.

30 Vel ſupervacua eſt vox *reſtituiſſe*, vel mutanda in aliam. non male Sc tus *præſtitiſſe*. ſed magis inclino, t putem totam vocem manaſſe a ingenio librarii.

ANNA.

Vixque paucos majorum.] De Auguſto vide Sueton. cap. 21. & Tiberio eundem cap. 9. *Ducto ad orientem exercitu regnum Armeniæ Tigrani reſtituit, ac pro tribunali diadema impoſuit.* De Nerone qui Tiridati diadema impoſuit Sueton. cap. 13.

SCHOTTUS.

32 *Ornandi genere.*] Scriptum depravate, pro *orandi*, Ammiano auctore & Epitoma.

GRUTERUS.

33 *Gnarus vitæ bonorum Principum Reipublicæ quietem regi.*] Omnino vere. Mutatione enim Principis cujuſque; non extranei tantum, ſed & domeſtici noſtri rebus ſtudent novis; adeo ut ex vero dici queat; mutato Principe, omnia domi mutari, omnia foris. Polybius poſt regum aliquot mortes, infit lib. IV. Hiſtoriarum capite altero: Οὕτω δὲ τοιαύτης περὶ πάσας τὰς δυναστείας καινοποιίας οὔσης, ἔμελλε πραγμάτων ἔσεσθαι καινῶν ἀρχή. τοῦτο γὰρ δὴ πέφυκε καὶ φιλεῖ συμβαίνειν κατὰ φύσιν· ὃ καὶ τότε συνέβη γενέσθαι: *Hoc igitur modo innovatis ubique locorum poteſtatibus, quin novandarum quoque rerum principia naſcerentur, nullum erat dubium: quippe ita natura comparatum eſt: neque aliter tunc evenit.* Ea de cauſſa, tanquam inſolens quid, ſcribit Athalaricus Rex apud Caſſiodorum libro VIII. Variarum, Epiſtola 16. *Innovatio Regis, ſine aliqua confuſione tranſivit.*

 ut

cæ quietem regi. Hæc tanta, tamque inclyta, tenue 24
ſtudium probandis provinciarum ac militiæ rectoribus, ſimul miniſtrorum parte maxima abſurdi mores: adhuc 34 neglectus boni cujuſque fœdavere. Atque uti ve- 25
rum abſolvam brevi, ut Imperatore ipſo 35 clarius; ita 36 apparitorum pleriſque magis atrox nihil.

ut & antea Claudianus lib. I. de laudibus Stiliconis, verſu 158.

Nil ibi barbariæ motus, nil turbida rupto
Ordine tentavit novitas; tantoque remoto
Principe, mutatas orbis non ſenſit habenas.

Sed hæc reſervanda erant nobis, ad illa Livii libro XXVIII. cap. 24. *Scipio ipſe gravi morbo implicitus, graviore tamen fama; cum ad id quiſque quod audierat (inſita hominibus libidine alendi de induſtria rumores,) adjiceret aliquid, provinciam omnem, ac maxime longinqua ejus turbavit: apparuitque quantam excitura molem vera fuiſſet clades, cum vanus rumor tantas procellas exciviſſet. non ſocii in fide, non exercitus in officio manſit. &c.* ad eum quippe non abſurda forſan collegimus ex Græcorum Latinorumque hiſtoricorum memoriis.

34 *Neglectus boni cujuſque.*] Id ipſum, ad faſtidium uſque, ſæpe deplorat Ammianus Marcellinus, qui legatur. Et vero, qua ratione ulla res ibi bene geri poteſt, ubi virtutis præmia poſſidet ambitio? ubi mali præferuntur bonis? Quomodo autem pœna ac præmio belliſſime omnia adminiſtrentur; petendum a Polybio lib. VI. cap. 12. aliiſque, quorum verba ſparſim operi ſuo intermiſcuit Stobæus.

SCHOTTUS.

35 *Clarius.*] Ita vetus liber. quid ſi *præclarius*, quod τῷ *atrox* opponi queat? ſed illa non inuſitata id ætatis ſcriptoribus loquendi forma, pro, melius, humanius.

ANNA.

36 *Apparitorum.*] Hic *apparitores* dicit quos ſupra miniſtros vocavit.

GRUTERUS.

36 At quidquid ii peccant, peccat ipſe Princeps. itaque qui laudare potes eum cui mali adminiſtri? In eum enim competunt illa P. Syri:

Niſi vindices delicta, improbitatem adjuves.

Item:

Injuriam ipſe facias ubi non vindices.

Nec non:

Qui culpæ ignoſcit uni, ſuadet pluribus, &c.





SAMUELIS PITISCI INDICES IN SEXTUM AURELIUM VICTOREM,

QUORUM

primus editiones, *secundus* Viros Illustres & Imperatores Romanos *ipsos*, *tertius* auctores laudatos, vindicatos, *obiter* explicitos & notatos, *quartus* res & antiquitates *exhibet. In tertio* Vind. *vindicatorum*, Ex. *explicitorum*, Em. *emendatorum*, N. *notatorum auctorum nota est. In quarto* O. *Originem gentis Romanæ*, V. J. *Viros Illustres*, C. *Cæsares* : *numerus prior caput, posterior capitis sectiunculam notat.*

INDEX I. EDITIONUM.

SEXTUS AURELIUS VICTOR DE ORIGINE GENTIS ROMANÆ *PRODIIT*

ANtverpiæ cum commentario Andreæ Schotti ex *officina Christophori Plantini* 1579 *in* 8.

Francofurti ad Mœnum Dionysii Halicarnassensis operibus insertus 1586 *in fol.*

Parisiis Onuphrii Panvini de Republica Romana commentariis subjunctus 1588 *in* 8.

Francofurti ad Mœnum cum Friderici Sylburgii diversis locorum scripturis tomo primo historiæ Romanæ scriptorum 1588 *in fol.*

Lugduni inter antiquæ historiæ auctores, quos Dionysius Gohofredus conjunxit 1591 *in* 16.

Ee 2 *Fran-*

Francofurti ad Mœnum cum commentario Andreæ Schotti, Cornelio Nepoti ſubjunctus, apud Claudium Marnium & hæredes Johannis Aubrii 1608 in fol.

Hanoviæ cum Jani Gruteri notis tomo ſecundo hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptorum 1610 in fol.

Lugduni Batavorum & Amſtelodami cum commentario Andreæ Schotti apud Danielem, Abrahamum, & Adrianum a Gaasbeek 1670 in 8.

Pariſiis cum interpretatione & notis Annæ Tanaquili Fabri filiæ in uſum Delphini 1681 in 4.

SEXTUS AURELIUS VICTOR DE VIRIS ILLUSTRIBUS

PRODIIT

Mediolani 1509.

Lipſiæ cum ſcholiis Dominici Machanæi 1516 in 4.

Baſileæ a multis mendis repurgatus, & novis commentariis illuſtratus ſub Plinii minoris nomine, per Conradum Lycoſthenem 1547 in 8 & 1563 in fol.

Antverpiæ 1579 in 8.

Francofurti ad Mœnum cum Friderici Sylburgii diverſis locorum ſcripturis, tomo primo hiſtoriæ Romanæ ſcriptorum 1588 in fol.

Francofurti ad Mœnum cum commentario Andreæ Schotti Cornelio Nepoti, ſub ejuſdem nomine ſubjunctus apud Claudium Marnium & hæredes Johannis Aubrii 1608 in fol.

Hanoviæ cum Jani Gruteri notis tomo ſecundo hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptorum 1610 in fol.

Pariſiis Floro & Rufi breviario junctus apud Johannem Libert 1626 in 24.

Lugduni Batavorum & Amſtelodami cum commentariis

Andreæ Schotti, Dominici Machanæi, & Jani Gruteri apud Danielem, Abrahamum, & Adrianum a Gaasbeek 1670 in 8.

Parisiis cum interpretatione & notis Annæ Tanaquili Fabri filiæ in usum Delphini 1681 in 4.

SEXTUS AURELIUS VICTOR DE CÆSARIBUS

PRODIIT

ANtverpiæ cum commentario Andreæ Schotti ex officina Christophori Plantini 1579 in 8.

Francofurti ad Mœnum cum Friderici Sylburgii diversis locorum scripturis tomo primo historiæ Romanæ scriptorum 1588 in fol.

Hanoviæ cum Jani Gruteri notis tomo secundo historiæ Augustæ scriptorum 1610 in fol.

Lugduni Batavorum & Amstelodami cum commentariis Andreæ Schotti, & Jani Gruteri apud Danielem, Abrahamum, & Adrianum a Gaasbeek 1670 in 8.

Parisiis cum interpretatione & notis Annæ Tanaquili Fabri filiæ in usum Delphini 1681 in 4.

INDEX II.

VIRORUM ILLUSTRIUM.

 L. Tar-

INDEX II.

IMPERATORUM ROMANORUM.

Anno a Nato CHRISTO			*Annos,*	*Menses*
			Fastos hic sequor non Victorem.	
	1	Imp. Cæsar Octavianus Augustus.	LVI.	
15	2	Tib. Julius Cæsar.	XXIII.	
38	3	C. Julius Cæsar Caligula.	IIII.	
42	4	Ti. Claudius Cæsar.	XIV.	
55	5	Nero Claudius Cæsar.	XIV	
69	6	Servius Sulpicius Galba Imp. Cæs.		VII.
70	7	Imp. M. Salvius Otho Cæsar.		III.
70	8	A. Vitellius Imp.		VIII.
70	9	Vespasianus.	X.	
80	10	Titus Vespasianus.	II.	
82	11	Fl. Domitianus.	XV.	
97	12	Nerva.	II.	
99	13	Nerva Trajanus.	XX.	
118	14	Trajanus Hadrianus.	XXI.	
139	15	T. Ælius Hadr. Antonius Pius.	XXIII.	
(162	16	M. Aurelius Antoninus &	XIX.	
(162		L. Aurelius Verus.	IX.	
1[illegible]	17	M. Aurelius Commodus.	XII.	
194	18	P. Helvius Pertinax.		III.
194	19	M. (Didius vel) (Salvius ·) Julianus.		II.
194	20	L. Septimius Severus.	XVIII.	
212	21	M. Aurelius Antoninus Caracallus.	VI.	
218		M. Opilius Macrinus.	I.	
2[illegible]	23	M. Aurelius Antoninus Elagabalus.	III.	

INDEX IMPERATORUM ROMANORUM.

		IMPERAT. CÆSAR	AUGUSTUS. Imperavit	
223	24	M. Aurelius Alexander.	XIII.	
236	25	C. Julius Maximinus.	III.	
238	26	M. Antoninus Gordianus.	I.	
239	27	M. Antonius Gord. filius.	VI.	
245	28	M. Julius Philippus.	V.	
250	29	Cn. Messius Q. Trajanus Decius.	II.	
252		C. Vibius Trebonianus Gallus &	II.	
	30	C. Vibius Hostilianus.	II.	
252		C. Julius Æmilianus.		IIII.
254	31	P. Licinius Valerianus.	VI.	
254	32	P. Licinius Gallienus.	XV.	
269	33	Hoc tempore xxx. Tyranni.		
271	33	Fl. Claudius.	II.	
276	35	L. Domitius Aurelianus.	V.	
	36	M. Flavius Tacitus &		VI.
		M. Annius Florianus frater.		III.
277	37	M. Aurelius Probus.	V.	
(282	38	M. Aurelius Carus, &	II.	
(283		Carinus, & Numerianus filii.	III.	
(284	39	C. Valerius Diocletianus &	XX.	
(286		M. Aurelius Maximianus.	XVIII.	
(304	40	Fl Valerius Constantinus &	II.	
(304		C. Galerius Maximianus.	VIII.	
306	41	Fl. Valerius Constantinus Maximus.	XXXI.	
(337	42	Fl. Julius Constantius &	XXV.	
(337		Fl. Valerius Constans.	XIII.	
361	43	Fl. Claudius Julianus.	II.	
362	44	Fl. Jovianus.		VIII.

Hinc Imperium dividi cœptum in Orientale & Occidentale, & Constantinopolim sedes translata.

INDEX III. AUCTORUM

ℵ laudatorum α ab *Aurelio Victore*.

Marcus

INDEX III. AUCTORUM

ℵ laudatorum β a *Commentatoribus*.

Divi-

Robor-

INDEX

INDEX III. AUCTORUM

ℶ obiter explicitorum α ab *Aurelio Victore.*

INDEX III. AUCTORUM,

ℶ obiter vindicatorum, explicitorum, emendatorum & notatorum β a *Commentatoribus.*

rof

INDEX IV.

RERUM ET ANTIQUITATUM.

A.

An

Ascanio

Conju-

adver-

in *Cu-*

E.

Ephe-

H.

 Helia-

Impe-

vehi

K.

L.

Laur-

M.

O.

Pauli

Pome-

Prolapsi

Q

R.

Rebus

Repe-

Tha-

V.



DE VITA ET MORIBUS IMPERATORUM ROMANORUM EXCERPTA

EX LIBRIS

SEXTI AURELII VICTORIS,

A

CÆSARE AUGUSTO

USQUE AD

THEODOSIUM IMPERATOREM,

ILLUSTRATA

Quatuor Virorum Celeberrimorum,

ANDREÆ SCHOTTI, ÆLIÆ VINETI, JANI GRUTERI, MERICI CASAUBONI,


Et Feminæ Eruditissimæ,

ANNÆ TANAQUILI FABRI FILIÆ

Commentariis integris.

Contextum recensuit, commentarios suis locis disposuit, & editionum, auctorum laudatorum, explicitorum, emendatorum, notatorum, antiquitatumque & rerum indices copiosissimos & certissimos adjecit

SAMUEL PITISCUS.



TRAJECTI AD RHENUM,

Ex Officina GUILIELMI VANDE WATER.

CIƆ IƆƆ XCVI.



AMPLISSIMO VIRO,

AUGERIO BUSBEQUIO,

Ex-Legato Byzantino, & ſupremo Curiæ Iſabellæ Reginæ Præfecto,

ANDREAS SCHOTTUS, LIB. MER. D. D.

VETUS ea doctiſſimorum hominum querela eſt, ampliſſime Busbequi, Hiſtoricorum veterum & quidem majorum gentium cladem calamitatemque non aliunde invectam, quam ab Epitomarum ſcriptoribus: qui dum ſe compendio & temporis & rei familiaris ſtudere Lectori credulo pollicentur, næ illi majus ſe diſpendium facere non vident. Hinc enim factum, ut de Græcis Polybii prudentiſſimi, me hercle, ſcriptoris, Diodori atque Dionis; de Latinis vero T. Livii multo maxima pars interciderit: idque Xiphilinis & Floris aliiſque ἀνωνύμοις acceptum eſſe referendum: adeoque Juſtini opera Trogum integrum amiſſum, fruſtraque hactenus exſpectari, cum ſex M. Tullii de Republica libris, neſcio in quo infelici terrarum angulo deliteſcentibus. Nec ab hac ſtrage immunis AURELIUS VICTOR fuit, qui partim divulſus,

 alteri,

alteri, tamquam alienus partus ſuppoſitus; puta Viri illuſtres: partim in tenebris deſpectus jacuit, hiſtoria nimirum Auguſta, quam primi nos, quod præfiſcinè dixerim, in lucem erui mus, & cum judicio emendavimus, hortatu tuo, & auſpiciis Iſabellæ Reginæ Galliæ: cujus rebus cum tu in Gallia impoſitus eſſes; Epitomam tibi me debere exiſtimavi, quæ inde exſcripta hactenus circumferretur; antiquorum librorum & M. SS. ope non emendatiorem tantum factam, ſed & ſtudio induſtriaque noſtra illuſtriorem: id operam dando, ut ex quibus potiſſimum auctoribus deſumpta ea eſſet, cognoſci queat. Nec enim cui potius deberem occurrebat, qui me nondum de facie notum, ſtudiorum cauſa, civiliſque tumultus patriæ, Galliam luſtrantem; & Lutetiæ in doctorum hominum ingeniorumque celebritate atque frequentia verſantem, indeque in Italiam diſciplinarum omnium antiquitatiſque parentem cogitantem, ut Plauti noſtri uſurpem,

Dum illæ conſileſcunt turbæ, atque iræ leniunt;

in familiam tuam, honoris mei gratia, quod felix fauſtumque ſit, invitaſti, qui cum de ſtudiis colloqui, dum à publicis negotiis integrum eſſet, liceret; atque ex literis, ut hactenus ſemper, voluptatem oblectationemque caperes. Merebatur & virtus tua; qui octennali legatione Byzantina apud Turcarum Imperatorem Solimanum cognitus probatuſque Ferdinando Cæſari, deinde Maximiliano II. carus acceptuſque liberis ejus præfectus: mox in Galliam Orator miſſus

es.

es. quæ omnia præclare obita nomen & decus cum omni posteritate adæquarunt. Deinde quia Bibliothecam tuam patere mihi, libris meis domi relictis, voluisti; omniaque quæ ex longa & diutina peregrinatione collegisses, magnisque sumptibus parasses, libenter communicasti; monumenta rarissima, numismata & inscriptiones. Quis enim nescit studium in raris & exoticis conquirendis tuum? quibus spoliis Christianum orbem ditasti, collectis herbis peregrinis, medicis ipsis nomine usuque incognitis, quibus Matthiolum medicorum coryphæum ad Dioscoridem illustrandum mire juvisti. Taceo amplius ducenta exemplaria Græca calamo exarata, summa diligentia, industria atque impensis in Græcia collecta: quorum bona pars aut nunquam aut non integre antehac edita. quæ in Augusta Bibliotheca Viennæ, dum in Galliam iter adornares, tamquam tuæ in R. P. literariam voluntatis monumentum sempiternum, exstare voluisti. Qua in re cum Fuggeris, Mendozis atque Sambucis contendisse videris. Nihil dicam de tuo in literatos studio, quorum conatus re consilioque juvas, & qua potes, promoves: ut certatim tibi lucubrationes merito offerant homini undequaque doctissimo. Quare spes habet animum fore, ut nostros labores boni consulas, atque si tantum ab re tua otii tibi est, recenseas politissimo judicio tuo: denique ab invidorum calumniis tuearis atque defendas. Vale.

IDEM AD LIBRUM.

CÆSAREOS proceres, & quis concuſſa tyrannis
Concidit Imperii divina potentia; quando
In pejus ruere occœpit, retroque referri,
VICTOR habes, tandem fato meliore renaſcens,
Quiſquis es: ambigua nam nomina voce recluſit
Ille mihi nuper Delphis conſultus Apollo:
VICTOR ERIT DOMINIS MONSTRIS SEU VICTORINUS.
Quare age, ne dubita victor volitare per ora
Docta virum, auſpiciis *Augerî* nobilis: hujus
Inclyta fama vehet penna metuente reſolvi:
Jam levior, mendis craſſiſque erroribus actis,
Æthera fer ſuper in dias te luminis oras:
Viciſti: indomitum jacet alto vulnere monſtrum.

GERARDUS JOHANNES VOSSIUS

De Historicis Latinis Lib. II. Cap. 15.

Aurelii Victoris junioris ætas, & unde sua excerpserit. Gesneri παρέργαμα. Victoris hujus lapis vetus: nisi historico potius Victorio, aut Victorino, nomen fuit.

SEXTUS AURELIUS VICTOR itidem vixit temporibus Arcadii, & Honorii, ac de vitis Imperatorum Romanorum epitomen fecit: eamque ad Theodosii usque excessum perduxit. Contexta hæc epitome est, cum ex Tranquillo, Eutropio, Ammiano, aliis: tum etiam Sexto illo Aurelio Victore, de quo superius dictum. At non audiendus doctissimus Gesnerus, cum in priori Bibliothecæ suæ tomo ait, Eutropium ex hoc scriptore potissimum hausisse, quæ refert. Nam Eutropius claruit tempore Juliani; ut Victore hoc sit vetustior. Suspicor autem historicum nostrum eum esse, cujus inter inscriptiones veteres hoc fragmentum habemus:

---- JERUM. PRINCIPUM. CLEMENTIAM.
---- ANCTITUDINEM. MUNIFICENTIAM.
SUPERGRESSO.
D. N. FLAVIO THEODOSIO PIO. VICTORI.
SEMPER AUGUSTO.
SEXT. AURELIUS VICTOR V. C. URBI PRÆF.
JUDEX SACRARUM COGNITIONUM.
D. N. M. Q. E.

Sane tempora conveniunt; cum Theodosii ætate vixerit; nec multo post Theodosium & ipse vita excesserit; ut qui in Theodosii morte desinat, ut diximus. Alius tamen fuerit, si historicus noster non Victor dicebatur: sed Victorius, aut Victorinus. Quod posterius in tribus Aurelii hujus codicibus MSSis se reperisse scribit V. Cl.

Andreas Schottus. Sane in Aurelia gente fuiſſe non Victores modo, ſed & Victorios, liquet ex antiquo lapide, quem Romæ I. Lipſius exſcripſit, ubi legas, M. AURELIUS VICTORI V.... Mentio hujus hiſtorici fit apud Paullum Diaconum de geſtis Longobardorum lib. II. cap. 18. his verbis: *Sunt qui Alpes Cottias & Apenninas, unam dicunt eſſe provinciam: ſed hos Victoris revincit Hiſtoria, quæ Alpes Cottias per ſe provinciam appellat.* Locus Victoris, quem ſignat, eſt iſte in Nerone: *Pontum in jus provinciæ, Polemonis Reguli permiſſu, redegit, a quo Polemoniacus Pontus appellatus eſt: itemque Cottias Alpes, Cottio rege mortuo.* Sed veteres editiones in Paulli loco pro *Victoris*, ut eſt in MSSis habent *Victorini.* Ut nec ex hoc loco liqueat de vero ejus Hiſtorici nomine.

MARTINUS HANKIUS,

De Romanarum rerum ſcriptoribus II. 5.

I. SEXTUM AURELIUM VICTOREM, cujus epitomen de vitis Imperatorum habemus, non eundem eſſe, de quo parte priori, cap. 29. egimus, ſatis liquet. Nam & diſpari ſcripſerunt ſtylo, & contrariis interdum ſententiis pugnant.

II. Præterea noſter Aurelius, utrum *Victor*, an *Victorius*, an *Victorinus* cognomine audiat, eſt cur dubitetur. Ejus enim *de Imperatorum vitis* opuſculum, epigraphe in Petri Pithæi MSC. quod Andreas Schottus habuit, non expreſſis ultimis literis, *Sex. Aur. Victor.* at Petri Danielis & Jacobi Cujacii codices, *Sex. Aur. Victorini*, docuerunt eſſe.

III. Imo quid ſi prorſus alii, quam aut *Victori*, aut *Victorio*, aut *Victorino*, ſuam debeat originem? Inſcriptio eſt: *De vita & moribus Imperatorum Romanorum, excerpta ex libris Sexti Aurelii Victoris, a Cæſare Auguſto uſque ad Theodoſium Imperatorem.* Suſpicari poſſis, reliquorum Auctorum Suetonii, Eutropii, aliorumque (forſan

san signo quodam addito) omissis nominibus innui *Sextum Aurelium Victorem*, non per quem sed ex cujus aliorumque libris excerpta sint, quæ subsequuntur. Nam hunc *Victorem* ex illo, de quo supra diximus, plurima desumpsisse, conferentibus inter se libros utriusque patet: ita, ut huic conjecturæ nihil obstent, quæ ex hoc scriptore, sub *Victoris* nomine ab antiquioribus quidem citata inveniuntur, quando in altero etiam *Victore* leguntur.

IV. Quemadmodum vero istius epitomes auctor incertus est: sic, qua vixerit ætate, non repertum nobis, quo demonstremus. Gerardo Johanni Vossio ad Theodosii, Arcadii & Honorii tempora, lib. II. de Historicis Latinis, cap. 15. refertur. Nos eundem propterea, quod historiam suam in Theodosii morte finiat, sub eodem ejusque successoribus filiis, Arcadio & Honorio, vixisse, (alio argumento destituti) non sustinemus asserere.

V. Sæpius commemoratus liber incipit a Cæsare Octaviano Augusto, cujus principatum ad annum Urbis 722. qui est Mundi 3919. ante C. N. 29. refert: desinit in Theodosii I. excessu, qui in annum Urbis 1145. Christi 394. incidit.



1 DE VITA ET MORIBUS IMPERATORUM ROMANORUM,

Excerpta ex Libris

2 SEXTI AURELII VICTORIS,

A Cæsare Augusto usque ad Theodosium Imperatorem.

CAPUT I.

ARGUMENTUM.

Octavio patre genitus Cajus Cæsar, deinde Augustus cognominatur, Tribuniciam potestatem exercet, Ægyptum in provinciæ formam redigit, ejusque fossas labore militum patefacit, Cantabros, Aquitanos.... superat, trans Rhenum vastatum Romanum exercitum perdolet, erga cives clemens, in amicos fidus, studiis liberalibus incumbit, leges alias fert, alias corrigit, ædificiis Romam auget, toto corpore, sed oculis magis pulcer, in vitiis, quibus ipse indulget, ulciscendis acer est, Nolæ interit, & multis novisque honoribus decoratur Octavianus.



1 ANNO Urbis conditæ septingentesimo vicesimo secundo; ab exactis vero Regibus quadringentesimo octogesimoque, mos Romæ

SCHOTTUS.

DE *vita.*] Vulgatam libri inscriptionem retinui: non celabo tamen lectorem quam in MS. Petri Pithoei viri doctissimi ἐπιγραφὴν reperi: *Incipit libellus de vita &*

Romæ repetitus uni prorsus parendi, pro Rege Imperatori

& moribus Imperatorum, breviatus ex libris Sex. Aur. Victor. a Cæsare Augusto usque ad Theodosium. A quo vetus codex Floriacensis, qui est Petri Danielis, non admodum variat.

VINETUS.

2 *Sexti Aurelii Victoris.*] Historiam Augustam, aut ejus saltem Epitomen, eodem tempore cum Eutropii breviario, inter conferendos scriptores varios diversaque exemplaria, Burdigalæ emendavimus. anni sunt jam plus undeviginti. Eam nunc tandem in lucem emittere visum est, & in ejus editione hæc paucula monere. Exemplaria nostra fuerunt impressa omnia præter unum membraneum: quod nobis commodavit Josephus Cassianus, regius consiliarius. De auctore istius Breviarii nihil comperi: neque satis scio quis iste *Victor*, qui Romanam historiam ab Octaviano Augusto ad Theodosium Magnum sit persequutus. Julius Capitolinus *Aurelii Victoris* cognomento *Primi* in Opilio Macrino meminit. *Verba denique* (inquit) *Aurelii Victoris, cui Primo cognomen erat, hæc fuerunt: Macrinum, libertinum hominem, prostibulum,* &c. sed *Victor* hic Primus, & Julius Capitolinus Theodosium illum multis sæculis antecesserunt. Alius floruit sub Juliano Augusto *Victor* historicus; quem sic celebrat Ammianus Marcellinus libro vicesimo primo: *Imperator revertitur Nessum, copiosum oppidum: quo inde expedite cuncta disponeret suis utilitatibus profutura. Ubi Victorem apud Sirmium visum, scriptorem historicum, exinde venire præceptum, Pannoniæ secundæ consularem præfecit: & honoravit ænea statua, virum sobrietatis gratia multilaudum, multo post Urbi præfectum.* Inter cujus Juliani principatum, & ejusdem Theodosii mortem, quia non sunt anni plures, quam triginta duo, potest, qui a Juliano sit ita honoratus, post Theodosium vixisse, atque de rebus scripsisse Theodosii.

SCHOTTUS.

2 Petri Danielis codex *Victorini* pro *Victoris* integre scribit. Quomodo & Elgaldus cœnobii Floriacensis monachus, in vita Roberti Regis appellat: Sed is bibliothecæ suæ librum MSC. religiose sequutus est. Depravatum hoc nomen in Paulli Diaconi vulgatis editionibus, qui libro de gestis Longobardorum secundo, Apenninas Alpes describens, *Sunt*, inquit, *qui Alpes Cotias & Apenninas unam dicant esse provinciam: sed hos Victoris* (excusi quidam *dictores*, male, meliores libri *Victorini*) *revincit historia, quæ Alpes Cotias per se provinciam appellat.* Quæ hodieque in Nerone exstant novæ veterisque editionis *Aurelii Victoris*: de quo quidem auctore plura in Prolegomenis dicere memini. Cæterum antiquissimum exemplum, quod nuper Jacobus Cujacius Jurisconsultus nostri temporis facile princeps Biturigibus ad me misit, *Sex. Aur. Victorini* disertim præfert: ut forte Racemator hic a Victore, cujus quædam exscribebat, Victorinum sese appellarit: quo de alii judicabunt. Mihi certe studio fuit, indicare quam feliciter Lavernæ litasset, & unde potissimum uvas decerpsisset; a Tranquillo nimirum, Victore, Ammiano, Eutropio, cæteris. Hinc factum, ut major quam vellem, hic Commentarius appareat.

VINETUS.

3 *Anno urbis conditæ septingentesimo vicesimo secundo, ab exactis vero Regibus quadringentesimo octogesimoque, mos Romæ repetitus uni prorsus parendi, pro Rege Imperatori, vel sanctiori nomine, Augusto appellato.*] Hæc non sunt in Cassiani vetusto codice: qui sic incipit; *Octavianus patre Octavio senatore*, &c. Quot autem annis regnatum sit initio Romæ, discrepant auctores. Titus Livius annos putat ducentos & quadraginta quatuor. Quem numerum si ex septingentis & viginti duobus subducas, reliqui fient quadrin-

ratori vel [4] sanctiori nomine AUGUSTO appellato.
2 OCTAVIANUS igitur patre Octavio senatore genitus, maternum genus [5] ab Ænea per Juliam familiam sortitus, adoptione vero CAJI Cæsaris [6] majoris a-



vunculi, Cajus Cæsar dictus, deinde ob victoriam
3 AUGUSTUS cognominatus est. Iste in imperio positus,

dringenti & septuaginta octo anni ab exactis regibus ad monarchiam Augusti.

ANNA.

3 Desunt circiter anni duo. Reges exacti anno mundi 3442. Augustus pugnavit ad Actium an. 3919. & ab Actiaca victoria Augusti imperium orditur Epitomista Victorem sequutus.

SCHOTTUS.

4 *Sanctiori nomine.*] Editio Laurentii Abstemii, quæ est Augustæ edita, habet, *severiori*: vulgata tamen lectio magis placet ex Sueton. cap. 7. sic enim dicis causa appello. Nam Suetonius scriptus, libris fere, non capitibus, numerisque divisus est.

ANNA.

5 *Ab Ænea per Juliam familiam.*] Nam Augustus matrem habuit Attiam filiam *Juliæ* sororis C. Cæsaris, & sic maternum genus ad *Æneam* referebat.

VINETUS.

5 *Juliam* vulgo appellant: sed vetus liber *Julam*, quot syllabis ille cognominatus fertur apud Virgilium, unde gens hæc appellata.

6 *Majoris avunculi.*] Sic apud Suetonium Tranquillum, sed hoc aliquando puto me didicisse ex Paullo libro tricesimo octavo Digestorum, titulo decimo, & lege decima ejus tituli. quod matris meæ frater meus est *avunculus*: & *avunculi* mei *avunculus*, meus est *magnus avunculus*: & mei *magni avunculi avunculus*, meus *major avunculus*. Octavianus autem, id est Octavii filius naturalis, in alienam familiam inductus, Augustus cognominatus, matrem habuit naturalem, Attiam, filiam Juliæ sororis Caji Julii Cæsaris a Bruto & Cassio interfecti: quemadmodum docuimus in iis quæ in Eutropii breviarium scripsimus. Interfectus ergo ille Cæsar Julius, Octaviani Augusti fuit non *avunculus major*,

situs, TRIBUNICIAM potestatem [7] per se exer-
cuit. [8] Regionem Ægypti, inundatione Nili acces- 4
su difficilem, inviamque paludibus, in provinciæ for-
mam redegit. Quam ut [9] annonæ Urbis copiosam 5
efficeret, fossas incuria vetustatis limo clausas, [10] la-
bore militum patefecit. Hujus tempore ex Ægypto 6
Urbi annua [11] ducenties centena millia frumenti infe-
rebantur. Iste [12] Cantabros & [13] Aquitanos, [14] Rhæ- 7
tos, [15] Vindelicos, [16] Delmatas [17] numero provinciarum
Populi Romani conjunxit. [18] Suevos, Cattosque [19] dele-
vit,

jor, sed *magnus* tantum *avunculus*.

ANNA.

7 *Per se.*] Collegam tamen semel atque iterum sumpsit. Supra in Cæsaribus.

SCHOTTUS.

8 *Regionem Ægypti.*] Perturbatus locus; quem si libri MSS. paterentur, sic reponerem ex 18. Suetonii, unde, ut plerique, transcriptus est. *in provinciæ formam redactam, ut annonæ*, &c. vel illa: *inundatione Nili accessu difficilem inviamque paludibus*, sic collocanda: *quam inundatione Nili accessu difficilem inviamque paludibus ut annonæ*. De *Ægypto* Romanorum horreo multa Geographi.

ANNA.

9 *Annonæ Urbis.*] *Annonæ* in dandi casu, id est, ad *annonam*. De hoc Sueton. cap, 18. *Ægyptum in provinciæ formam redactam, ut feraciorem habilioremque annonæ urbicæ redderet, fossas omnes in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.*

GRUTERUS.

10 *Labore militum patefecit.*] Scilicet *miles* Romanus nunquam erat otiosus: legimusque passim per ipsum quævis structa. Certe impensos ædificando theatro, templo, classi: imo oleas, vineasque plantasse; fluviosque nunc derivasse, nunc detersisse, nunc muniisse; nec minus exstruxisse pontes, siccasse paludes, fossas duxisse, scrutatosque auri argentique venas: denique vias stravisse, colonias exustas restaurasse, urbesque magnas ædificasse, exemplo plus uno ostendi ad Livii librum XI. ubi epitome habet: *Lucius Postumius Consularis, quoniam cum exercitui præesset, opera militum in agro suo usus esset, damnatus est.*

ANNA.

11 *Ducenties centena millia.*] Modiorum scilicet. Modius autem paullo plus minusve Romanis pendit 25. libras.

12 *Cantabros.*] In Hispania.

13 *Aquitanos.*] Aquitania Galliæ pars, *Guyenne.*

SCHOTTUS.

14 *Ratos.*] Alii *Rhætos*, Pithoei codex *Rethos* scribit: Floriacensis *Rhetos.*

ANNA.

14 *Rhæti* ad Alpes degunt.

15 *Vindelici.*] Rhætis vicini etiam ad Alpes degunt.

16 *Dalmatæ.*] In Illyrico ad mare Adriaticum.

SCHOTTUS.

17 *Numero provinciarum populi Romani.*] Floriacensis scribit *provinciarum numero populo Romano*. Lege Sueton. cap. 21.

ANNA.

18 *Suevi.*] Et *Catti* Germaniæ populi.

SCHOTTUS.

19 *Delevit.*] Delet Augustana editio. Recte. aliter enim Suetonius. *Suevos & Sicambros deditos in Galliam*

vit, [20] Sucambros in Galliam transtulit. [21] Pannonios [22] stipendiariis adjecit. [23] Getarum populos, [24] Basternasque lacessitos bellis ad concordiam com-
8 pulit. Huic [25] Persæ obsides obtulerunt: [26] creandique
9 Regis arbitrium permiserunt. Ad hunc Indi, Scythæ, Garamantes, Æthiopes legatos cum donis miserunt.
10 [27] Adeo namque turbas, bella, simultates exsecratus est, [28] ut nisi justis de causis numquam genti [29] cuiquam bellum intulerit. JACTANTISQUE ESSE INGENII ET LEVISSIMI dicebat, ardore triumphandi,

liam traduxisse, atque in proximis Rheno agris collocasse cap. 21.

GRUTERUS.

19 Est hæc Laurentii Abstemii editio. quod, si ei accedunt MSS. codices, approbo.

ANNA.

19 Loco hoc deceptus vir doctissimus putavit delendam superiorem vocem *delevit*, & *Suevos* ad *transtulit* referendam. Apud Suetonium enim pro *Suevos* legendum esse *Ubios*, jam diu est cum probavit doctissimus Casaubonus, neque Suevos in Galliam translatos apud ullum veterum vel geographorum, vel historicorum leges. Sed Sicambros & Ubios, qui ambo ad latus Rheni Teutonicum olim siti, perpetuisque Suevorum incursionibus vexati, transduci faciles fuere. *Delevit* vero illos per privignum suum Claudium Drusum. Vide *Florum* lib. IV. cap. 7.

SCHOTTUS.

20 *Sucambros.*] In MSS. libris lapidibusque antiquis *Sygambri* appellantur, ut & Συγάμβροι a Strabone lib. VII. cui nostrum, *u*, respondet.

ANNA.

21 *Pannonios.*] *Pannonii* in Illyria. Eos Augustus per Tiberium subegit.

SCHOTTUS.

22 *Stipendiariis.*] *Stipendiarios* MSS. nostri præferunt, accusandi casu ut & Veronensis editio longe optima, quam ego omnium primam typis editam fuisse opinor, a Joh. Jucundo, cujus & in Cæsaris Commentarios industria exstat, erutam. Hic mihi quarti manuscripti instar est, ita præclara veteris scripturæ vestigia retinet, nihil pæne ab illis evarians.

ANNA.

23 *Getarum populos.*] Supra Dalmatiam, in his Daci.

24 *Basternas.*] Supra Dacos degunt.

25 *Persæ obsides obtulerunt.*] De Parthis Sueton. cap. 21. *Obsidesque insuper obtulerunt: denique pluribus quondam de regno concertantibus, non nisi ab ipso electum comprobaverunt.*

26 *Creandi Regis.*] Tacit. Annal. XII. *Experimento cognitum est Barbaros malle Roma petere Reges quam habere.*

SCHOTTUS.

26 Eidem MSS. & Veronensis editio præferunt *creandi Reges.*

GRUTERUS.

27 *Adeo namque turbas.*] Revocanda editio MSS. olimque excusorum, *Adeo denique turbas.*

ANNA.

28 *Ut nisi justis de causis.*] Suetonius 21. *Nec ulli genti sine justis & necessariis causis bellum intulit.*

GRUTERUS.

29 *Cuiquam bellum intulerit.*] Restituenda iterum eorundem codicum scriptura, *indixerit.*

30 Fe-

phandi, & ob lauream coronam, id eſt, [30] folia in-
fructuoſa in diſcrimen per incertos eventus certami-
num, ſecuritatem civium præcipitare. [31] Neque im- 11
peratori bono quicquam minus quam TEMERITA-
TEM congruere. SATIS CELERITER FIERI,
[32] QUIDQUID COMMODE [33] GERITUR. [34] AR- 12
MAQUE niſi majoris emolumenti [35] cauſa, nequa-
quam movenda eſſe: ne compendio tenui, jactura
gravi, petita victoria, ſimilis ſit [36] hamo aureo pi-
ſcantibus: cujus abrupti, amiſſique detrimentum,
nullo capturæ lucro penſari poteſt. [37] Hujus tem- 13
pore [38] trans Rhenum vaſtatus eſt [39] Romanus exer-
citus, atque tribuni [40] & proprætor cæſus. [41] Quod
in

SCHOTTUS.

30 *Folia infructuoſa.*] In eandem ſententiam apud Macrobium Cicero VI. de Repub. *Quamquam ſapientibus conſcientia ipſa factorum egregiorum ampliſſimum virtutis præmium eſt; tamen illa divina virtus non ſtatuas plumbo inhærentes, nec triumphos areſcentibus laureis; ſed ſtabiliora quædam & viridiora præmiorum genera deſiderat.* Eidem lib. II. ad Attic. *Cato pro centum millibus eſt,* qui currum triumphantis ſequebantur.

ANNA.

31 *Neque Imperatori bono...*] Sueton. 25. *Nihil autem minus in perfecto duce quam feſtinationem, temeritatemque convenire, arbitrabatur, crebro itaque illa jactabat,*

Σπεῦδε βραδέως;
Ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

Et, ſat celeriter fieri quidquid fiat ſatis bene.

SCHOTTUS.

32 *Quidquid.*] Auguſtana editio *quod.*

33 *Geritur.*] MSS. *gereretur.*

ANNA.

34 *Armaque.*] Suetonius. Ibidem. *Prælium quidem aut bellum ſuſcipiendum omnino negabat, niſi cum major emolumenti ſpes, quam damni metus oſtenderetur. Nam minima commoda non minimo ſectantes diſcrimine, ſimiles ajebat eſſe aureo hamo piſcantibus: cujus abrupti damnum nulla captura penſari poſſet.*

SCHOTTUS.

35 *Cauſa.*] Iidem MSS. *ſpei* ut & Veronenſis editio *ſpes.*

36 *Hamo aureo piſcantibus.*] *Reti aurato, purpura coccoque funibus nexis piſcatum* Neronem auctor Sueton. Ner. cap. 30. & Oroſius lib. VII. cap. 7. Eutropius vero lib. VII. *blatteos funes* vocat, quod illi *purpureos.*

ANNA.

37 *Hujus tempore.*] An. U.C. 762. Imperii ſui 40.

38 *Trans Rhenum.*] In Germania.

39 *Romanus exercitus.*] Cui præerat Quintilius Varus.

SCHOTTUS.

40 *Et Proprætor cæſus.*] *Cæſus* afuit a MSS. *Tres legiones cum duce Quinctilio Varo, legatiſque, & auxiliis omnibus cæſa.* Tranquillus cap. 23. & Tiberio 17. Tacitus de moribus Germanorum Q. Sulpicio Camerino, C. Poppejo Sabino Coſſ. a. d. IV. Non. Sextiles, quo & Cannenſis clades accepta. Dio lib. LVI. L. Annæus Florus lib. IV. Paterculus

in tantum perdoluit, ut cerebri valido [42] incussu pa-
rietem pulsaret, veste capilloque, ac reliquis lugen-
1 tium indiciis deformis. [43] Avunculi quoque inven-
tum vehementer arguebat, qui [44] milites commilito-
nes, novo blandoque more appellans, dum affectat
15 carior fieri, auctoritatem principis emolliverat. De-
16 nique erga cives clementissime versatus est. In ami-
cos fidus exstitit. Quorum præcipui erant [45] ob ta-
citurnitatem Mæcenas, ob patientiam laboris, mode-
stiamque Agrippa. Diligebat præterea Virgilium.
[46] Rarus quidem ad recipiendas amicitias, ad retinen-
das

terculus lib. II. præter tres legiones totidemque alas, etiam sex cohortes numerat.

ANNA.

41 *Quod in tantum perdoluit.*] Nota Latinitatem, *in tantum* pro *adeo*. Sueton. 23. *Adeo namque consternatum ferunt, ut per continuos menses barba capilloque summisso, caput interdum foribus illideret, vociferans: Quintili Vare! redde legiones, diemque cladis quotannis mœstum habuerit ac lugubrem.*

SCHOTTUS.

41 MSS. *In tantum accidisse perdoluit.*

42 *Incussu.*] MSS. *incursu*, quomodo & Basilienses editiones Frobenii, & Andreæ Cratandri.

ANNA.

43 *Avunculi.*] Cæsaris.

SCHOTTUS.

44 *Milites commilitones.*] Tranquillus Cæs. 67. Augusto 25. cap. Cæsar ipse III. Commentar. belli civilis. Missionem vero cum urbis periculo flagitantes, *Quirites* appellabat. Idem Sueton. Cæsare 70. cap. Quæ sequuntur petenda ex cap. 57. & 66. ejusdem.

45 *Ob taciturnitatem Mæcenas, ob patientiam.... Agrippa.*] Ἀνιστο-ρήτως hæc dicit, nisi a Suetonio. unde exscripta sunt, dissenserit. *Desideravit* (inquit Tranq. c. 66.) *nonnunquam & M. Agrippæ patientiam, & Mæcenatis taciturnitatem* &c. fefellit forte Racematorem vocis *desideravit* ἀμφιβολία. Usitatius enim ille dixisset: *Desideravit in Agrippa patientiam, & Mæcenate taciturnitatem.* Desideramus enim quibus alii præditi, ipsi caremus: & milites aliquot desideratos dicimus. Desideramus vero in aliquo, quæ deficiunt eum. Flaccus tamen nobiscum facit, qui in reticendis gravioribus *Mæcenatis* prudentiam laudat lib. II. Satyra VI.

Et quæ rimosa bene deponuntur in aure.

Ea, inquit, credebat, quæ homini pleno rimarum, hac illac perfluenti, credi tuto possent. Tacitus etiam III. Annali *Mæcenati* secreta Augusti innixa fuisse scribit: *Agrippam* vero fortem vocat idem Venusinus Pindarus Od. I. 6. & Paterculus virtute, labore, vigilia, periculo invictum. Verum ita ego Suetonium explicandum puto, taciturnum quidem *Mæcenatem*, & constantem *Agrippam* fuisse; eas tamen virtutes nonnunquam, quod ab iis recessissent, desiderasse; hoc enim vult, cum *nonnumquam* dicit: quomodo gemina scripserint auctores.

GRUTERUS.

46 *Rarus quidem ad recipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus.*] Ad illud etiam exemplum amores suos direxit Propertius, ubi inquit:

Nec

das constantissimus. Liberalibus studiis, præsertim 17
eloquentiæ in tantum incumbens, ut [47] nullus, [48] ne
in procinctu quidem, laberetur dies, quin [49] legeret,
scriberet, declamaret. [50] Leges alias novas, [51] alias 18
correctas protulit suo nomine. Auxit, ornavitque 19
Romam [52] ædificiis multis, isto glorians dicto, [53] Ur-
bem lateritiam reperi, relinquo marmoream. Fuit 20
mitis, gratus, [54] civilis animi, lepidi, corpore toto
pulcer,

Nec cito desisto; nec temere incipio.

Interim tyro notet, Imperatoribus etiam suos fuisse amicos; sed bonis duntaxat. nam sequiores profecto tale quid infra fastigium suum putabant. Pacatus Paneg. ad Theodosium, cap. 16. *Ecquis Imperatorum unquam putavit amicitiæ cultum in regia laude ponendum? humilis hæc virtus, dubiumque an virtus, judicabatur; nec palatiis digna sed periculis habebatur.*

ANNA.

46 Sueton. cap. 66. *Amicitias neque facile admisit, & constantissime retinuit.*

VINETUS.

47 *Nullus.*] Non habet vetus codex.

ANNA.

48 *Ne in procinctu quidem.*] Hoc est cum militaribus negotiis intentus. *In procinctu* esse dicuntur qui ad pugnam parati & cincti sunt. Sueton. 84. *Mutinensi bello, in tanta mole rerum & legisse & scripsisse, & declamasse quotidie traditur.*

SCHOTTUS.

48 *In procinctum* legit Augustanus codex. Vide Festum Pompejum.

VINETUS.

49 *Legeret, scriberet, declamaret.*] Eadem eodem ordine verba apud Suetonium: sed in veteri tamen codice, *dictaret* pro *declamaret.*

GRUTERUS.

49 *Quin legeret, scriberet, declamaret,* Hæc si legunt nostri ævi potentatus; necesse est plerosque eorum aut erubescere, aut arbitrari animam fuisse Augusto plusquam scholasticam, hoc est, eo morbo laborantem, ne abstinere posset studiis imperium regenti prorsus supervacuis.

SCHOTTUS.

50 *Leges alias novas.*] Ut de adulteriis & pudicitia: quæ inde Julia dicta. Sueton. 34. J. Cons. lib. XLVIII. Digest. tit. V. & de famosis libellis, cap. LV. Tranq. l. XVI. D. de pœnis. & tit. lib. IX. Cod.

51 *Alias correctas.*] Ut sumptuariam, & de maritandis ordinibus: quæ post retractata Papia Poppæa dicta. Tacitus III. Annali. Ulp. Institut. tit. XI. & XIV. videndus Horat. lib. III. Oda 6. & lib. IV. Oda 5. & 15. & carmine sæculari.

52 *Ædificiis multis.*] Suetonius 28. 29. & 30. de Urbis pomœrio prolato. Tacit. XII. Annali & Vopiscus in Aureliani vita.

ANNA.

53 *Urbem lateritiam.*] Vide Suet. 29. allusit Augustus ad antiquissima Romanorum ædificia, de quibus Varro ταφῇ Μενίππου. *Antiqui nostri domibus lateritiis paullum modo lapidibus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant.* Et hoc Augusti dictum Dio non ad urbis ornatum; sed ad imperii firmitatem trahit.

SCHOTTUS.

54 *Civilis animi, lepidi.*] Male vulgo distingunt, *Civilis, animi lepidi: Civilis animi, & lepidi* libri veteres.

55 A-

pulcer, ſed oculis magis. Quorum [55] aciem clariſſimorum ſiderum modo vibrans, libenter accipiebat cedi [56] ab intendentibus tamquam [57] ſolis radiis aſpectui ſuo. A cujus facie cum quidam miles [58] oculos averteret, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, reſpondit: Quia fulmen oculorum tuorum ferre non
21 poſſum. [59] Nec tamen vir tantus vitiis caruit. Fuit enim paullulum impatiens, [60] leviter iracundus, occulte invidus, palam factioſus: porro autem [61] dominandi, ſupra quam æſtimari poteſt, avidiſſimus,
22 [62] ſtudioſiſſimus aleæ luſor. Cumque eſſet cibi ac vini [63] mul-

55 *Aciem.*] Floriacenſis *acies* numero multitudinis. Lege Sueton. 79. Plinius vero lib. VII. cap. 37. Nat. hiſt. *glaucos oculos* illi tribuit, *quos diligentius ſpectari iracunde ferebat.* Ibidem de Tiberii oculis quibus noctu in tenebris cernebat, & Suet. Tib. c. 68. & Sextus Chæronenſis Philoſophus lib. I. Pyrrhoniarum hypotheſeων cap. 14.

56 *Ab intendentibus.*] Veronenſis codex *ab intuentibus tamquam ſolis radiis aſpectu ſuo.*

ANNA.

56 *Gaudebatque ſi quis ſibi acrius contuenti, quaſi ad fulgorem ſolis vultum ſummitteret.* Sueton. 79.

SCHOTTUS.

57 *Solis radiis.*] Vidi qui Horatiana illa de ſole ad Auguſti oculos referrent, Oda II. & V. lib. IV.

58 *τὸ oculos.*] afuit ab omnibus impreſſis, pro quo Gryphii editio *ſe* habet.

GRUTERUS.

59 *Nec tamen vir tantus vitiis caruit.*] At quis caruit? *Optimus ille eſt, qui minimis urgetur,* inquit ex vero Horatius. Unde & Seneca libro III. de Ira cap. 24. *Pro quocunque reſpondeamus nobis; ſapientiſſimos quoque viros multa delinquere: neminem eſſe tam circumſpectum cujus non diligentia aliquando ſibi excidat; neminem tam maturum, cujus non gravitatem in aliquod fervidius factum caſus impingat; neminem tam timidum offenſurum, qui non in illas, dum vitat, incidit.*

SCHOTTUS.

59 Pro *vir tantus*, Auguſtanus codex habet, *nec tamen virtus vitiis caruit.*

60 *Leviter iracundus.*] MSS. duo & Veronenſes *leniter*, rectius. Vide infra in Theodoſio & quæ illic annotavi. Horatius quoque

Iraſci facilis, tamen ut placabilis eſſet.

ut ſolent præſtantiſſima ingenia: *bonum* enim *apud virum*, inquit Mimus, *cito moritur iracundia.*

ANNA.

60 *Leniter iracundus*, probat vir doctiſſimus. Sed ego malim *leviter*: *leviter* enim iraſcitur, qui cito placabilis, neque tamen *leniter.*

61 *Dominandi avidiſſimus.*] Hæc non pugnant cum ſuperioribus ubi Auguſtum ambitione vacuum innuit, & de Auguſto quaſi privato intelligenda ſunt, qui ſic regnandi avidiſſimus fuit, idemque imperio parto ab omni ambitione alienus. Et huc referenda iſta Sueton. cap. 21. *Tantum abfuit a cupiditate quoquomodo imperium vel bellicam gloriam augendi ut quorumdam barbarorum principes in Æde Martis Ultoris jurare coëgerit manſuros ſe in fide ac pace quam peterent.*

62 *Studioſiſſimus aleæ luſor.*] Et hoc nomine male audiebat. Sed hunc

[63] multum, aliquatenus vero [64] ſomni abſtinens, ſer-
viebat tamen libidini uſque ad probrum [65] vulgaris
famæ. Nam [66] inter duodecim [67] catamitos, totidem-
que puellas [68] accumbere ſolitus erat. Abjecta quo- 23
que uxore Scribonia, [69] amore alienæ conjugis poſſeſ-
ſus, Liviam [70] quaſi marito concedente ſibi conjun-
xit. [71] Cujus Liviæ jam erant filii Tiberius & Dru-
ſus. Cumque eſſet [72] luxuriæ ſerviens, erat tamen 24
ejuſ-

hunc *rumorem nullo modo expavit*, *luſitque ſimpliciter & palam oblectamenti cauſa, etiam ſenex.* Sueton. 71.

SCHOTTUS.

62 *Studioſis* Pithœi codex, & quatuor vulgati quibus uſus ſum, Auguſtanus, Baſilienſes duo, & Gryphii: quod inciſum addant, non placet. jam enim de diſcendi ſtudio etiam in caſtris dixerat. Sueton. lege cap. 71. & 83. Cui etiam repugnant cap. 76. & 77. quæ ſequuntur.

63 *Multum.*] MSS. non *multi*: præclare, ſi recte interpungas, & cum *abſtinens* conjungas. Hoc enim vult: mirandum magis hominem ſobrium libidini addictum fuiſſe. Non infiteor eleganter dici Horatio, *multi Damalim meri*, Oda 1. 36. & Ciceroni, *hoſpitem multi cibi & joci*: ſed noſter alio reſpicit.

64 *Somni abſtinens ſerviebat libidini.*] Tranquill. 78. vide & 68. & deinceps capita aliquot de libidinis infamia.

65 *τὸ vulgaris.*] In Veronenſi editione afuit. recte.

GRUTERUS.

65 Si vox *vulgaris* conſpicitur in MSS. exemplaribus, non eſt profecto exterminanda, quia ea deſtituitur editio Veronenſis. aliud enim eſt male audire, aliud male audire vulgo & paſſim.

SCHOTTUS.

66 *Inter duodecim catamitos.*] Malim *ſex*, ſi libri ſuffragarentur, auctoritate Tranquilli qui cap. 70. cœnam ejus δωδεκάθεον dictam ait, *in qua deorum dearumque habitu diſcubuerint convivæ: ipſe pro Apolline fuerit ornatus.* Forte ex numerorum compendiis, unde infinita in optimos auctores menda irrepſerunt, corruptum.

ANNA.

67 *Catamitos.*] *Catamitus* pro *Ganymedes* veteres dicebant. Et inde *catamiti* ſimiles Ganymedi pueri dicti ſunt.

SCHOTTUS.

68 *Accumbere.*] MSS. *accubare* legunt.

ANNA.

69 *Amore alienæ conjugis.*] Idem Dio. Suetonius refert Auguſtum ſcripſiſſe *ſe cum Scribonia divortium feciſſe morum ejus perverſitatem pertæſum.*

GRUTERUS.

70 *Quaſi marito concedente.*] Bene *quaſi.* invito enim marito abductam diſerte meminit Tacitus lib. v. Annal. cap. 1. 3. interim miſer ille, maluit videri ultro *cedere*, quam periclitari ſalutis. Conſulantur Diſcurſus noſtri, quos Tacito accommodavi lib. VI. Annal. capitis primi fine.

ANNA.

70 Sueton. 62. *Ac ſtatim Liviam Druſillam matrimonio Tiberii Neronis, & quidem prægnantem abduxit.* Ubi *abduxit* proprie vim notat.

SCHOTTUS.

71 *Cujus Liviæ.*] *Cui Liviæ* Veronenſis codex. Sueton. de his 62. & 63.

72 *Luxuriæ ſerviens.*] Familiari ſequioris ævi ſcriptoribus notione utitur, pro *libidini*. *Sine Cerere* enim *& Li-*

ejusdem [73] vitii severissimus ultor, [74] MORE HOMINUM QUI IN ULCISCENDIS vitiis, quibus ipsi vehementer indulgent, acres sunt. Nam & poëtam Ovidium, qui & Naso, pro eo, quod tres libellos [75] amatoriæ artis conscripserat, exsilio damnavit. Quodque est læti animi, vel amœni, oblectabatur omni genere spectaculorum, [76] præcipue ferarum incognita specie

& Libero friget Venus. Supra *libidini serviisse* dixit; hic *luxuriæ*.

ANNA.

72 Hæc probant quæ supra in Cæsaribus dicta sunt in Augusto. *Flagrante haud modice luxuria.*

SCHOTTUS.

73 *Vitii severissimus ultor.*] Intellige legem de adult. & pudicit. quo respexit Lyricus:

Nullis polluitur casta domus stupris.

Oda 5. & 15. lib. IV. Eleganter Tacit. III. Ann. de Silani exsilio: *Adulteros*, inquit, *filiæ & neptis morte ac fuga punivit Augustus: nam culpam inter viros ac feminas vulgatam gravi nomine læsarum religionum ac violatæ majestatis appellando, clementiam majorum suasque ipse leges egrediebatur.* Vide Suet. Calig. cap. 23. Adulatur enim familiæ Augustæ Val. Maximus lib. VI. cap. I.

ANNA.

74 *More hominum qui.*] Plin. lib. 8. Epist. 22. *Nostine hos qui omnium libidinum servi, sic aliorum vitiis irascuntur, quasi invideant, & gravissime puniunt, quos maxime imitantur?*

GRUTERUS.

74 Inde acute Publius Syrus, *Plerique ubi aliis maledicunt faciunt convitium sibi.* ac rotunde Dio Cassius libro 36. Πολλοὶ γάρ τοι ῥᾷον ἄλλοις ἐπιτιμῶσι τινες, ἢ ἑαυτοῖς παραινοῦσι καὶ προχειρότατά γε ἐφ' οἷς τιμωρίας ἀξίους τοὺς πέλας εἶναι νομίζουσιν, αὐτοὶ ποιοῦσιν. ὥστε μηδεμίαν πίστιν, ἐξ ὧν ἑτέροις ἐγκαλοῦσιν, ὅτι καὶ μισοῦσιν αὐτὰ λαμβάνειν. *Longe proclivius alios quidam reprehendant, quam seipsos admoneant; facillimeque fit, ut quarum rerum causa pœna dignos alios judicant, has ipsi easdem admittant: ut argumento non sit, propter quas alios accusant, has ipsos odisse.* addatur Aristoteles fine capitis 12. Rhetorices ad Alexandrum.

SCHOTTUS.

75 *Amatoriæ artis conscripserat, exsilio damnavit.*] Hæc absunt a tribus MSS. & lacunam reliquerant librarii, dubitantes forte de rei veritate, aut verecundiæ causa. Disputant etiam docti. Duæ enim exsilii causæ, libri de Arte, & error quem ipse Naso studio supprimit II. Trist.

Perdiderint cum me duo crimina, carmen & error:
Alterius facti culpa silenda mihi est.

Et alibi:

Et quid præterea peccarim quærere noli:
Ut pateat sola culpa sub Arte mea.

Veronensis editio, *quod tres libellos de Arte amandi ediderat: quodque esset læti animi vel amœni, in exsilium misit. Oblectabatur omnium generum spectaculis, præcipue*, &c. Nihil tamen demuto. Sidon. Apollin. Car. IX. 262.

Non qui tempore Cæsaris secundi
Æterno incolui Tomos reatu.

Et carmine XXIII. 157.

Et te carmina per libidinosa
Notum Naso tener, Tomosque missum,
Quondam Cæsareæ nimis puellæ
Ficto nomine subditum puellæ.

Exsulatum abiit anno imperii Augusti secundo & quinquagesimo: obiit vero quinto Tiberii, juxta Tomos sepultus. Euseb. Chronicis.

76 *Præcipue ferarum.*] Sueton. cap. 43. & 45.

ſpecie, & infinito numero. [77] Annos ſeptem & ſe- 26
ptuaginta ingreſſus, [78] Nolæ morbo interiit. Quam- 27
quam alii ſcribant [79] dolo Liviæ extinctum, metuen-
tis, ne, quia [80] privignæ filium Agrippam, quem
odio novercali [81] in inſulam relegaverat, reduci com-
pererat, eo ſummam rerum adepto, pœnas daret.
Igitur mortuum, ſeu necatum, multis noviſque ho- 28
noribus ſenatus cenſuit [82] decorandum. Nam præter
id quod antea [83] PATREM PATRIÆ dixerat, tem-
pla [84] tam Romæ, quam per urbes celeberrimas ei
conſecravit, cunctis vulgo jactantibus, [85] UTINAM
AUT NON [86] NASCERETUR, AUT NON MO-
RERETUR. Alterum [enim] peſſimi incepti, exi- 29
tus præclari alterum. Nam & in adipiſcendo princi-
patu oppreſſor libertatis eſt habitus, & in gerendo,
cives ſic amavit, ut tridui frumento in horreis quon-
dam viſo ſtatuiſſet veneno mori, ſi e provinciis claſ-
ſes interea non venirent. Quibus advectis, [87] felici-
tati

ANNA.

77 *Annos ſeptem & ſeptuaginta.*] *Septuageſimo & ſexto ætatis anno, diebus quinque & triginta minus.* Suetonius.

SCHOTTUS.

78 *Nolæ interiit.*] Sueton. 98. & Paterc. lib. II. extremo. ubi etiam templum ei ædificatum, Sueton. Tiberio cap. 40. & 47. Eutropius Atellæ opido Campaniæ mortuum ait, lib. VII.

79 *Dolo Liviæ.*] Ficu veneno infecta. Dio.

ANNA.

80 *Privignæ.*] Juliæ, Scriboniæ & Auguſti filiæ. Sueton. 63.

81 *In inſulam relegaverat.*] Suetonius tamen eum ab Auguſto, non a Livia *in inſulam* tranſportatum dicit cap. 65.

SCHOTTUS.

82 *Decorandum.*] *Honorandum* codex Auguſtanus.

83 *Patrem patriæ dixerat.*] Per Valerium Meſſallam. Formulam vide apud Sueton. 58. Infra de Trajano. Tiberius hoc nomen detrectavit. Suet. Tib. c. 27. Tacitus II. Annali.

84 *Tam Romæ quam per urbes.*] De honoribus vivo mortuoque habitis Sueton. 52. 57. 59. &c. Quin etiam urbes ei Cæſareæ nomine ab exteris gentibus conditæ. Plinius, Stephanus, Tranquillus, Joſephus & Eutropius.

85 *Utinam aut non.*] Non exſtat locus in Sueton. niſi quod de Sextili & Septembri, illo funeſto, hoc vero natali menſe, Auguſti nomine appellando contenderint cives: capite penultimo. Nova Victoris editio Septimio Severo elogium hoc tribuit, ut & Spartianus. *Quamquam,* inquit, *exacta ætate mortuum, juſtitio elogioque lugendum Patres ſanxere: aſtruentes illum juſtum naſci, aut emori minime convenisse.*

ANNA.

86 *Naſceretur.*] Pro *natus eſſet, moreretur* pro *mortuus eſſet.*

SCHOTTUS.

87 *Felicitati ejus.*] Rectius MSS.
&

30 tati ejus, salus patriæ est attributa. Imperavit [88] annos quinquaginta sex, duodecim cum Antonio
31 quadraginta & quatuor solus. Qui certe numquam aut Reipublicæ ad se potentiam traxisset, aut tamdiu ea [89] potiretur, [90] nisi magnis naturæ & studiorum bonis abundasset.

C A-

& Veronensis auferendi casu *felicitate ejus salus patriæ.*

GRUTERUS.

87 Si hoc exstat in omnibus MSS. & exoletis editionibus, id sequamur sane, quamvis vulgatæ nihilominus sua est vis & venustas, sed alio sensu; ut velit nimirum vitam Augusto in tuto positam, advecto illo frumento. sed malim tamen scripturam priorem; ut innuat fato Augusti debitum frumenti tam tempestivi adventum.

VINETUS.

88 *Annos quinquaginta & sex.*] Sine conjunctione numerum hunc notat vetus codex.

ANNA.

88 *Ex eo Rempub. per* XLIV. *annos solus obtinuit, ante enim* XII. *annis cum Antonio & Lepido tenuerat. Ita ab initio principatus ejus usque ad finem* LVI. *anni fuerunt.* Eutropius.

SCHOTTUS.

88 Plutarchus lib. de fortuna Romanorum LIV. tantum numerat.

ANNA.

89 *Potiretur.*] Pro *potitus esset.*

GRUTERUS.

90 *Nisi magnis naturæ & studiorum bonis abundasset.*] Sic est, ut inquit Horatius libro IV. oda 4.

Doctrina sed vim promovet insitam;
Rectique cultus pectora roborant.

Et Victor in Cæsaribus capite 40. *Quare compertum est eruditionem, elegantiam, comitatem præsertim, Principibus necessarias esse: cum sine his naturæ bona quasi incompta, aut etiam horrida despectui sint,* &c.

SCHOTTUS.

90 De præstanti indole morumque integritate Augusti Sueton. c. 28. & 72. & alibi.

Tantum de Augusto: In quo eo prolixiores fuimus, quod nova editio breviter perstringat. Adhæc digitos in fontes, unde vulgata non satis pure hausta, intendere placuit. Nunc pretium operæ fore credidi, si fragmentum Breviarii imperii Augusti, a nemine, quod sciam, editum, publici usus facerem: quod Augerius Busbequius, V. C. in Byzantina legatione Ancyræ in lapides incisum, quantum a Turcica vastatione reliquum factum est, describendum curavit; & nobiscum humaniter communicavit. Ejus sic meminit extremo Augusto Tranquillus: *De tribus voluminibus, uno mandata de funere suo complexus est: altero indicem rerum a se gestarum, quem vellet incidi in æneis tabulis, quæ ante Mausoleum statuerentur: tertio breviarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique esset; quantum pecuniæ in ærario, in fiscis & vectigaliorum residuis. Adjecit & libertorum servorumque nomina a quibus ratio exigi posset.* Meminit ejusdem, si ita placet, formulæ imperii cap. 28. vocatque Rationarium. Et in Caligula c. 16. *Rationes imperii ab Augusto proponi solitas, sed a Tiberio intermissas publicavit.* Tacitus quoque I. Annali de Tiberio loquens: *Proferri libellum recitarique jussit. Opes publicæ continebantur, quantum civium sociorumque in armis, quot classes, regna, provinciæ, tributa aut vectigalia, & necessitates, & largitiones: Quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus; addideratque consilium coërcendi inter terminos imperii, incertum metu an per invidiam.* Hæc in

foro proposita fuisse verisimile est: post Gothica direptione urbis Romæ alio translata. M. Vellejus Paterculus lib. II. *Divus Augustus præter Hispanias aliasque genteis, quarum titulis forum ejus prænitet, pæne idem, facta Ægypto stipendiaria, quantum pater ejus Gallia, in ærarium reditus contulit.* Quare quantum quantum id est, Busbequio acceptum referatur.

Ancyræ in suburbio.

SERIES I.

RERVM GESTARVM DIVI AVGVSTI QVIBVS ORBEM TERRARVM IMPERIO POPVLI ROMANI SVBJECIT ET IMPENSARVM QVAS IN REMPVBLICAM POPVLVMQVE ROMANVM FECIT INCISARVM IN DVABVS AHAENEIS PILIS QVÆ SVNT ROMÆ POSITÆ EXEMPLAR SVBJECTVM.

ANNOS. VNDEVIGINTI. NATVS. EXERCITVM. PRIVATO. CONSILIO ET PRIVATA IMPENSA COMPARAVI (1) TERQVE. M..... FACTIONIS. OPPRESSAM. IN LIBERTATEM (2) VINDICAVI.... DECRETIS. HONORIFICIS. ORDINEM. (3) SVVM. . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

LIPSIUS.

1 *Terque. M.......* Palam est eum loqui de primo exercitu comparato. Igitur expleam, *perque. M. Antoni. factionis.* quod valet Factiones, ut lapide hoc plerumque scriptum. Si placet ternarius numerus: possis legere, *terque. meam. patriam. factionib.* id est Factionibus. *Ter* autem, nempe primo Antoniano bello, Philippico, Actiaco.

2 *Vindicavi .....* Expleo, si prior nostra conjectura sedet, *remp.*

3 *Suum.* Puto fuisse, *summum. Summus* ordo, senatus est.

CASAUBONUS.

Vivo Augusto aras & templa fuisse in provinciis posita testantur & historici & alia prisci ævi monumenta. Primus ipse hoc in honorem patris sui vel imperaverat, vel petentibus concesserat, ut est apud Dionem lib. LI. Quod postquam semel institutum est, pleræque provinciæ exemplum sequutæ, pro magno beneficio postularunt sibi jus dari aræ ponendæ, aut templi, in aliqua suarum urbium, ubi communi nomine populi totius provinciæ honoris ejus causa, & sacra facerent & ludos ederent: talis in Gallia Lugdunensis ara, ad quam sexaginta populos convenire solitos refert Strabo: talis in altera Galliæ parte ara Narbonensis, & in aliis provinciis aliæ, tum Augusto, tum Julio Cæsari positæ: tanto quidem studio & adulatione, ut earum urbium incolæ quæ hujusmodi templa apud se haberent, non alio magis nomine superbirent, quam quod essent istorum νεοφύτων numinum æditui: quemadmodum olim in senatu Romano Lætorium esse loquutum refert Suetonius lib. II. capite 5. Sic interpretor veteres

res illos nummos, in quibus extat vox ΝΕΩΚΟΡΩΝ. cujusmodi sunt cum alii, tum isti ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ ΣΕΒΑΣΤΑ. ΝΕΩΚΟΡ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΘΕΟϹ & ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Antiquarii, quorum diligentiæ & industriæ plurimum debemus, falso existimant, in hujusmodi nummis vocem νεωκόρος idem significare ac νεώκτιστος: quæ Græci sermonis imperitia pluribus arguenda non est. Sunt etiam nummi in quibus adjecta particula δὶς. ut ΚΝΩΣΙΕΩΝ, ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, & ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ea vocula putem (si ullus in re perobscura conjecturæ locus) geminum templum notari, alterum D. Julio, alterum D. Augusto sacrum. Porro inter alias urbes quæ mature templum Augusto extruxerunt, urbs Ancyra fuit. Nam ibi divinos honores Augusto vivo fuisse exhibitos, testis ipse in edicto, quod refert Josephus in Originum lib. XVI. cap. 10. verba edicti sunt, τότε ψήφισμα τὸ δοθέν μοι ὑπ' αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας ἧς ἔχω πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ ὑπὲρ Καίου Μαρκίου Κηνσωρίνου, καὶ τοῦτο τὸ διάταγμα κελεύω ἀνατεθῆναι ἐν ἐπισημωτάτῳ τόπῳ γεννηθέντι μοι (malim ἀνατεθέντι μοι) ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας ἐν Ἀγκύρῃ· ἐὰν δέ τις παραβῇ τι τῶν προειρημένων, δώσει δίκην οὐ μετρίαν. ἐστηλογραφήθη ἐν τῷ Καίσαρος ναῷ. Vulgo legitur in Josephi codd. ἐν ἀργύρῃ: nullo sensu. Quare etiam Rufinus Josephi vetus interpres ea verba omisit. Sed docuit nos in magno opere de emend. temporum Josephus Scaliger, unicum literarum decus, legendum esse Ἀγκύρῃ. qua conjectura meo judicio nihil certius. Etsi subit mirari, cur commune Asiæ ei potius civitati illum honorem habuerit, quam Epheso, quæ erat per illa tempora πρόσχημα & velut metropolis Asiæ. At Ancyra non Asiæ sed Galatiæ tantum metropolis erat. Sed caussa fortasse fuit, quod Augustus peculiari cura & amore hanc urbem prosequeretur. Reperio enim etiam conditorem Ancyræ Augustum fuisse: cujus rei auctorem habeo Johannem Tzetzem, qui id narrat chiliade prima, capite de Mida. Olim non totius Galatiæ, sed partis tantum Tectosagum metropolis ea urbs fuit. verum postquam tota Galatia per Augustum in unam provinciam est redacta, totius Galatiæ caput esse cœpit: quod non ex *Strabone* discas, quem mirari satis non possum, tam levem harum rerum fecisse mentionem: sed ex ista veteri inscriptione quam Romæ extare testimonio doctorum virorum discimus.

Λ. ΦΑΒΙΟΝ.
ΚΕΙΛΩΝΑ
ΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΕΠΑΡΧΟΝ ΡΩΜΗϹ.
ΥΠΑΤΟΝ. ΤΟ Β.
Η. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ.
ΤΗϹ. ΓΑΛΑΤΙΑϹ.
ΑΝΚΥΡΑ.
ΤΟΝ ΕΑΥΤΗϹ.
ΠΡΟϹΤΑΤΗΝ.

Hinc est quod legimus apud Suidam, *Ancyranos* dictos esse, qui olim appellabantur Ἑλληνογαλάται. Auctor Itinerarii antiquissimi a Petro Pithœo editi, hanc urbem nunquam Ancyram simpliciter: sed semper cum adjectione Ancyram Galatiam aut Galatiæ nominat. Similiter & Græci, Ἄγκυραν τῆς Γαλατίας, ut apud Epiphanium lib. III, in Marcello Ancyrano. vel una voce Ἀγκυρογαλατίαν, ut apud Athanasium in epistola quadam patrum Sardicensium. ortuo Augusto quin multa ambitiose decreta in ejus honorem fuerint & Ancyræ & in aliis plerisque provinciarum nemo dubitabit qui eorum temporum adulationes noverit. Tunc temporis videntur Ancyrani, & petiisse & impetrasse a senatu facultatem transferendi in templum Augusti quod in ipsorum urbe erat, hunc rerum gestarum ejus indicem, quem manu Græcorum linguæ Latinæ prorsus imperitorum fuisse vel Romæ descriptum, vel postea sculptum, res clamat ipsa: adeo multa sunt perperam & contra omnem Latinitatem expressa. Multa in hoc nobilissimo

lissimo vetustatis monumento nuper erudite animadversa sunt ab eruditissimo clarissimoque viro Justo Lipsio; conabimur & nos aliquam illi lucem ex historia adferre.

Et impensarum quas in rempubl. populumque Romanum fecit.] Non parum gloriari solitus fuit hoc nomine Augustus, ut refert Dio non uno loco: & in testamento quoque suo fecerat idem harum impensarum mentionem. Breviter indicant illa apud Suetonium in compendio earum tabularum, *Quod pene omne cum duobus paternis patrimoniis cæterisque hæreditatibus in Rempubl. absumpsisset.*

Annos undeviginti natus.] Vellejus Paterculus lib. II. 61. *C. Cæsar XIX. annum ingressus, mira ausus, ac summa consecutus, privato consilio, majorem senatu pro Republ. animum habuit.* Ubi vides adulationem hominis: ambitiose enim usus est voce *ingressus.* Melius Augustus, *natus*: nam anno qui præcessit cædem Julii, nono Kal. Octob. ingressus annum XIX. erat, ac jam totum ferme confecerat, quando contra Antonium pro optimatibus bellum primum suscepit. Atque hæc Octavii ætas in equestri statua fuerat notata, quam ei senatus in Rostris posuerat, teste eodem Vellejo. Florus qui Octavium quando furori Antonii cœpit resistere, ait fuisse *intra decem & octo annos tenerum*, ad calculum Octavii annos parum exegerat.

Exercitum privato consilio & privata impensa comparavi.] Florus de Octavio: *revocatis ad arma veteranis, privatus, quis crederet? consulem aggreditur.* Idem elogium ab historicis etiam Pompejo non multo natu grandiori tribuitur. Vellejus, II. 20. *Cn. Pompejus XXIII. annos natus, abhinc annos* CXIII. *privatis ut opibus, ita consiliis magna ausus, magnificeque conata exsecutus ad vindicandam, restituendamque dignitatem patriæ, firmum ex agro Piceno, qui totus paternis ejus clientelis refertus erat, contraxit exercitum.*

Ordinem suum.] Nihil putem mutandum in his verbis, sed sententiam aperte mutilam ita explendam. *senatus decretis honorificis ordinem suum mihi communicavit*, vel *in ordinem suum me adscivit.* Decreta quæ ait, nota sunt ex Cicerone & historicis. Dio inter alia istud fuisse ait, τὸ ἐκκλεύειν Καίσαρα ἐν τοῖς τεταμιευκόσι. quo dicendæ sententiæ jus inter quæstorios Octavio tributum.

II. PA-

II.

PATRICIORVM. NVMERVM. AVXI. CONSVL. QVINTVM.
IVSSV. POPVLI. ET. SENATVS. SENATVM. TER. LEGI. ET.
IN. CONSVLATV. SEXTO. CENSVM. POPVLI. COLLEGA. M.
AGRIPPA. EGI. LVSTRVM. POST. ANNVM. ALTERVM. ET.
QVADRAGESIMVM. FECI. (LEGI) QVO. LVSTRO. CIVIVM.
ROMANORVM. CENSITA. SVNT. CAPITA. QVADRAGIENS.
CENTVM. MILLIA. ET. SEXAGINTA. TRIA....... CVM.
NVPER. LVSTRVM. SOLVS. FECI. LEGI. (1) CENSORVM.... SINIO.
COS. QVO. LVSTRO. CENSA. SVNT. CIVIVM. (2) ROMANORVM...
QVADRAGENS. CENTVM. MILLIA. ET. DVCENTA. TRIGINTA.
TRIA....... IN. CONSVLATV. FI...... CVM. NVPERRIME.
LVSTRVM. (3) CVM. LEGA. TIBERIO. SEXTO. POMPEIO. ET. SEXT.
APVLEIO. COS. QVO. LVSTRO (4) ROM. CAPITVM. QVADRAGENS.
CENTVM. MIL...... IGINTA. ET. SEPTEM. MIL. LEGI. PNO.
..... EXEMPLA. MAIORVM. EXOLESCENTIA. IAM. EX. NOS........
MVLTARVM. RERVM. EXEMPLA. IMITANDA ....

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

LIPSIUS.

1 *Censorum.* Puto ſic: *Cenſorino. & Aſinio.* qui *Coss.* fuere anno DCCXLVII. Quod Dio ſolitarium hunc cenſum referre videtur ad annum DCCLVII. de recenſu Italico tantum agit.

2 *Romanorum* .... In hiatu ſcribe, *Capita.*

3 *Cum lega.* Facito *Conlega.*

4 Exple, *cenſa ſunt.*

CASAUBONUS.

Patriciorum numerum auxi conſul quintum.] Poſtrema verba non carent difficultate, ſive illa cum præcedentibus conjungas, ſive cum ſequentibus: ſæpius enim Auguſtus & patriciorum numerum auxit, & ſenatum legit. Vide Dionem in ſecundo ejus conſulatu lib. XLIX. & lib. LII. ſub finem in actis anni DCCXXV. qui Coss. habuit Cæſarem V. & Sex. Apulejum. De eo anno loquitur hic Auguſtus: nam eodem & ſenatum ordinavit, & patricias gentes ſupplevit.

Conſulatu. ſexto. cenſum. populi. collega. M. Agrippa. egi.] Huc refer notam Euſebii in Chronico ad numerum MDCCCCLXXXIX. *cenſu Romæ agitato inventa ſunt civium Romanorum* XLI. *centena &* LXIIII. *millia.*

Juſſu pop.li & ſenatus.] Dio lib.

XLIX. ψηφισαμένης τῆ βουλῆς. & lib. LII. τῆ βουλῆς οἱ δῆθεν ἐπιτρεψάσης. de populo altum silentium: Tacitus contra, lege Sænia hoc negotium Augusto fuisse mandatum scribit. Vere igitur Augustus jussum se ait a populo & senatu.

In consulatu sexto censum populi collega M. Agrippa egi.] Anno priore consul quintum censuram sive regimen morum susceperat Augustus: sed census eo anno non est actus: cum maximam ejus partem Roma afuerit.

Lustrum post annum alterum & quadragesimum feci.] Tot anni sunt a novissimis censoribus Cn. Lentulo & L. Gellio, qui lustrum condiderunt anno DCLXXXIV. ad hoc lustrum Augusti anno DCCXXVI. factum.

Feci legi.] *Facere lustrum & condere lustrum* Latina sunt. *Lustrum legere* quid sit nescio. Ita tamen mox iterum sculptum: meo judicio latet mendum.

Cum nuper lu ... solus feci.] Si ita scripsit, *nup* ... posuit pro postea.

Asinio Cos.] Anno vigesimo post lustrum superius U. C. DCCXLVI

In consulatu fi.] Hæc verba nihil hic significant: prorsusque erratum lapicidæ esse videntur.

Cum nuperrime.] Anno uno & vigesimo post proximum lustrum U. C. DCCLXVII. Ex hoc loco apparet paucis diebus ante suum ex Urbe novissimum discessum, scriptum hoc ab Augusto breviarium. Suetonius lib. II. cap. 97.

Cum lega Tiberio.] Suetonius lib. III. cap. 21.

Mil.... iginta & septem mil.] Scr. *millia triginta & septem millia.* Postrema vox vacat: non enim solet addi a Latine loquentibus: tamen ferri potest: & fortasse ita paullo ante expleri debent lacunæ post vocem tria, duobus locis. Ad hunc porro censum pertinent Eusebii verba in Chronico ad numerum MMXXVIII: *Augustus cum Tiberio filio suo censum Romæ agitans invenit hominum nonagesies tercentena millia*, cujus loci immanissimum numerum, ex hoc lapide corrigendum esse recte observat Josephus Scaliger.

Legi Pno....... exempla majorum.] *Legi* ad superiora referri non potest. Scribo, *lectus Pontifex Max.* Suetonius lib. II. de Augusto Pontifice maximo: *nonnulla etiam ex antiquis ceremoniis abolita restituit, ut Salutis Augurium, Diale Flaminium, Sacrum Lupercale, ludos seculares & compitalitios.* De eodem studio Augusti imitandi exempla majorum vide cap. 89. Horatius de eodem;

Et veteres revocavit artes,
Per quas Latinum nomen & Italæ
Crevere vires, famaque & imperii
Porrecta majestas ad ortum
Solis ab Hesperio cubili.

Ex nos.] Scribo *ex nostra Rep.*

Multarum rerum exempla imitanda.] Sententia tale quid postulat, *multarum rerum imitanda proposui*, aut sic potius *multa restitui, aliaque exempla imitanda proposui.* Videtur enim duplicem laudem sibi tribuere, quod fugientia majorum instituta revocaverit, quodque multa ipse egregia instituerit, quæ futura sint exempla posteris ad imitandum proposita.

III. Ho-

III.

HONORIS. MEI. CAVSA. SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS. ANNVM. QVINTVM. ET. DECIMVM (1) AGENTIS. CONSVLIS. DESIGNAVIT. VT. (2) CVM. MAGISTRATVM. INIRENT. POST. QVINQVENNIVM. EX. EO. DIE. (3) DEDVCTI. IN. (4) EORVMVE. INTERESSENT. CONSILIIS. PVBLICIS. DECREVIT. SENATVS. EQVITES. AVTEM. ROMANI. VNIVERSI. PRINCIPEM. (5) .... HASTIS. ARGENTEIS. DONATVM. APPELLAVERVNT. LIBRI ROMANI. VIRITIM. (6) ..CENOS. NVMERAVI EX TESTAMENTO. PATRIS. MEI. ET. (7) NOMINI. MEO. (8) .... DRINGENOS. EX. BELLORVM. MANVBIIS. CONSVL. QVINTVM. DEDI. ITERVM. AVTEM. IN. CONSVLATV. DECIMO. EX. PATRIMONIO. MEO. HS. QVADRINGENOS. CONGIARI. VIRITIM. ITERVM. ÆRE. MERVI. ET. CONSVL. VNDECIMVM. DVODECIM. FRVMENTATIONES. FRVMENTO. PRIVATIM. (9) COLVMEIO. EMENSVS. SVM. ET. TRIBVNICIA. POTESTATE. DVODECIMVM QVADRINGENOS. NVMMOS. TERTIVM. VIRITIM. DEDI. (10) QVALIMEA. CONGIARIA. FRVMENTI. (11) ....NVM. NVNQVAM. MINVS. QVINQVAGINTA. ET. DVCENTA ....SIA. (12) DVODEVIGINTESIMVM. CONSVL. TRECENTIS. ET VIGINTI. MILLIBVS. PLEBIS. VRBANÆ. SEXAGENOS. SEXAGENOS. DENARIOS. VIRITIM. DEDI. ET. QVINIS. MILITVM. MEORVM. CONSVL. QVINTVM. EX. MANIBIIS. VIRITIM. MILLIA. NVMMVM. SINGVLA. DEDI. ACCEPERVNT. ID. TRIVMPHALE. CONGIARIVM, IN. COLONIAS. HOMINVM. CIRCITER, CENTVM. ET. VIGINTI. MILLIA. CONSVL. TERTIVM. DECIMVM. SEXAGENOS. DENARIOS. PLEBI. QVÆ. TVM. FRVMENTVM. PVBLICVM. (13) ACCE. DEDI.

LIPSII.

1 Valet, Agentes Consules: estque sermo de L. & C. Cæsaribus.

2 Puto, *eum*.

3 Puto, *quo*.

4 Facio, *Forum*. & divido, *ut intereßent*, sententia longe alia.

5 Explerem *Juv. c.* id est, principem juventutis Cajum.

6 Substituo, *centenos*, *vicenos*. ex Dionis XLIV. qui diserte scribit Octavianum ipsum ita tradidisse (hic nimirum) etsi alii (inter quos Suetonius) trecenos scribant.

7 Valet, Nomine.

8 Scribe *quadringenos*. ex Dionis LI. qui exprimit hanc ipsam summam congiarii, in eodem V. consulatu.

9 Fac *coempto*.

10 Puto, *qualia*.

11 Expleo, *medimnum*.

12 Erravit sculptor largiter, faciendumque *duodecimum*.

13 Facio, *accepit*.

CASAUBONUS.

Annum quintum & decimum.] Hoc fortasse verum de Lucio: nam Cajum XIV. natum annos creatum fuisse consulem ex historia Dionis & veteri lapide, qui hoc diserte continet, notum est. Quod igitur in altero verum erat, utrique Συλληπτικῶς Augustus tribuit.

Agentis.] Scribe *agentes filios.*

Consules designavit.] Suetonius cap. 64. Sed vide historiam Dionis in anno DCCXLVIII. libro LV.

Intereßent consiliis publicis.] Vide supra ad cap. 38.

Principem .... hastis argenteis donatum appellaverunt.] Mirum ita Augustum loqui, quasi alter tantum filiorum eo honore fuerit affectus: nam certum est, ambos *principes juventutis* esse appellatos. etiam de hastis argenteis dissentit Dio, qui aureas vult fuisse lib. LV.

Libri Romani viritim,] *Pro liberis Romani viritim.* sed, illud *liberis* emblema est ascititium: nunquam enim Augustus ita loquutus: verum, civibus Romanis, aut *tribubus Romanis.*

Cenos numeravi ex testamento patris mei.] Lego, *Trecenos nummos* (vel *sestertios*) *num. Suetonius in Julio Cæsare cap.* 83. *Populo hortos circa Tiberim publice & viritim trecenos sestertios legavit.* Sed notamus ad hæc verba Suetonii Dionem, qui ipsum Octavium laudat, in numero dissentire, & pro trecenis ponere *centenos vicenos.* quare ita potius hoc quoque loco rescribendum fortasse fuerit.

Consul quintum.] Post triumphum Actiacum. vide Dionem lib. LI.

In consulatu decimo.] Reversus ex bello Cantabrico. Dio lib. LIII.

Bis quadringenos congiarii viritim.] Dio, τῷ δήμῳ καθ' ἕκατον δραχμὰς δώσειν ὑπέσχετο, id est, *populo viritim quadringenos nummos daturum se promisit.* Quare *bis* hoc loco, si ita scripsit Augustus, valet, iterum, πάλιν.

Iterum. are. merui. et. Consul. und.] Assentior viris eruditis, qui corrigendum putant, *iterum are meo viritim consul undecimum.*

Duodecim frumentationes.] Videtur dicere toto illo anno se privatis sumptibus aluisse turbam frumentantium: nam in anno duodecim frumentationes, id est, frumenti largitiones fiebant. Vide cap. II. De his gratuitis frumentationibus intelligit Suetonius cap. 41.

Emensus sum.] Suetonius dict. cap. *viritim admensus est.*

Tribunitia potestate duodecimum.] Is fuit annus U. C. DCCLI. quo rediit Augustus Romam ex itinere Gallico, triennio ante suscepto. Eodem anno ludi votivi pro reditu Augusti a Tiberio Nerone Cos. sunt editi, & Augustus in locum Lepidi demortui Pont. Max. creatus, ludos Pontificales ut videtur edidit. Hæ fuere causæ liberalitatis hoc tempore collatæ. Vide Dionem lib. LIV.

Qualimea congiaria frumenti.... num.] Conclamatus per me locus, ad cujus lucem, neque nos olim, neque alii post nos efferre quicquam potuimus quod videatur vel mediocriter probandum. Omnino apparet Ancyranos usos esse in monumento hoc in saxum incidendo opera lapicidæ & negligentissimi & linguæ Latinæ ignarissimi: quod in urbe Asiæ ita accidisse, ubi nulla admodum Latinæ linguæ notitia erat, mirari nemo debet: quum etiam Romæ & in Italia ab id genus hominibus similia persæpe peccarentur. Hæc sunt quæ Cicero appellat *errata fabrilia* ad Atticum lib. VI. epistola prima.

Frumenti..... num.] Lego cum Lipsio, *frumenti medimnum:* sed hæc verba importune huc intrusa sunt: nam oratio ita fuerat continuanda, *Qualia mea congiaria nunquam minus quinquaginta & duo.*

Duodecimum Consul.] Hoc anno Cajum filium Augustus die tirocinii in forum sollemni cum pompa deduxit: quæ fortasse occasio fuit hujus liberalitatis: nam ita solitum

tum fieri, sequentium principum historiæ docent. Suetonius cap. 27.

Trecentis & viginti millibus plebis urbanæ.] Hæc fuit frumentantium turba ante Julii Cæsaris recensum & ordinationem, qui ad centum quinquaginta millia eam redegit, ut narrat Sueton. lib. I. cap. 41. Augustus, ut mox sequitur, & Dio testatur, τὸ σιτοδοτέμενον πλῆθος εἰς εἴκοσι μυριάδας κατέκλειστε. Verum ad congiarium accipiendum quam ad frumentationes major, uti videtur, numerus admittebatur. Fortasse tamen etiam frumentum accipientium ante Augusti constitutionem hic numerus fuit, estque hoc illud πλῆθος ἀόριστον quod vocat Dio lib. LV.

Sexagenos sexagenos denarios viritim dedit.] Tolle alterum *sexagenos*, vel fac *sexagenos senos*, aut *septenos*. Sic Claudius congiarium dedit, τοῖς σιτοδοτεμένοις denarios septuagenos quinos: Dio lib. LVIII.

Et quivis militum meorum consul quintum.] Intelligit donativum quod dedit post illos tres triumphos, quos egit anno U. C. DCCXXV. Vox *quivis* sine dubio corrupta ex numero militum qui congiarium acceperunt: qui cum expressus non sit ab historicis, jure tantum arbitrario constitui hujus loci lectio potest. Lego autem, *Et quinquag. mill. militum meorum.*

In colonias hominum circiter centum & viginti millia.] Deest verbum. Scribo *millia misi.* vide supra, cap. 46. non solum autem numerum deductarum coloniarum annotabant: sed etiam civium qui id beneficium acceperant. Sic in Julio Suetonius: *Octoginta civium millibus in colonias distributis.*

Consul tertium decimum.] Eo anno Lucium filium in forum deduxit, ut biennio ante Cajum, sicut modo diximus.

III. Seriei

III. Seriei continuatio.

EA. MILLIA. HOMINVM PAVLLO. PLVRA. QVAM. DVCENTA. FVERVNT. (1) AGRIS. QVOS. IN CONSVLATV. MEO. QVARTO. ET. POSTEA. CONSVLIBVS (2) MARCO. ET. CN. LENTVLO. AVGVRE. ADSIGNAVI. MILITIBVS. SOLVI. MVNICIPIIS. PA..... (3) ERTIVM. CIRCITER. SEXGENSIM. ITINERIS. EMIT. QVAM. ROMANIS. (4) ERÆ...,. NVMERAVI..... QVOD. PRO. AGRIS. PROVINCIALIBVS. SOLVI. VNVS. ET. SOLVS. OMNIVM. QVI. DEDVXERVNT. COLONIAS. MILITVM. IN. PROVINCIIS. AD. MEMORIAM. ÆTATIS. MEÆ. FECI. POSTEA. NERONE. ET. CN. PISONE. CONSVLIBVS. ITEMQVE. (5) GANTISSIMO. ET. D. LELIO. CONSVLIBVS. ET. (6) L. CANINIO. ET. Q. FABRICIO. CONSVLIBVS. (7) QVOS. EMERITIS. STIPENDIIS. IN. SVA. MVNICIPIA. (8) PRÆM. ... PERSOLVI. QVAM. (9) .... INSESTO MILI. .... IMPENDI.

QVATER. (10) AVI. ÆRARIVM. ITA. VT. SESTERTIVM. MILLIA. .... QVINGENTA. DED....... RAVI. ÆRARIO. DETVLI...... QVOD. EX. CONSILIO. . . . . MILITIBVS. QVIN. . . . . MERVISSENT. HS. MIL. . . . . O. DETVLI. . . . . (11) CN. P. LENTVLO. . . VLES. FVERVNT. CVM. D. . . . . . . CERENT. . . . . . CENTVM. MILLIBVS HOMINVM. . . . . O. . FRV. . . . .

. . . .

LIPSII.

1 Videtur legendum, *Pro. agris.*

2 Intelligit M. Licinium Crassum.

3 Fuit, *sestertium.*

4 *Prætoribus*, exple. Nam hi tunc Ærario præerant.

5 C. *Antistio.* reponito.

6 Horum alter hodie non in Fastis, & male hunc C. prænominant.

7 Expleam *militibus.*

8 Malim *remisi.*

9 Fuit, *quam. in. rem.*

10 Anne *administravi?*

11 Intelligit duos Lentulos una consules, an. DCCXXXVI.

CASAUBONI.

In consulatu meo quarto.] Videtur

tur referendum ad historiam quam refert Suetonius cap. 17. cum Augustus Brundusium venire coactus est, & desideria militum tumultuantium ordinare.

Consulibus Marco & Cn. Lentulo.] Male sculptum pro *M. Crasso & Cn.* non enim ita scripserat Augustus, ut est expressum. Horum consulatus incidit in annum DCCXI. Vide Dionem lib. LIV. In cujus verbis obscuram harum impensarum Augusti mentionem reperio: ὁ Αὔγουστος, inquit, πολλὰ μὲν ἀναλώσας ὡς ἑκάστοις, πολλὰ δὲ παρ' ἑτέρων λαβὼν ἀνεκομίσθη.

Circiter sexgensim.] Scribe *circiter sexagiens Im.* hoc est, sexagies & semel centum millibus. *Sexagiens* pro *sexagies*, ea consuetudine scribendi qua *totiens*, *quotiens*. Quia tamen hic numerus videtur infra modum pecuniæ expensæ in emptionem agrorum, fortasse scribendum *sexcenties*, aut *septingenties* I.

Itineris emit.] Nihil hic video quod ad verborum restitutionem: sententiam quidem satis certo assequi mihi videor. commemorat enim agros a se militibus suis emptos, partim de municipiis, partim de ipso pop. Rom. qui, ut videtur, agros publicos nondum divisos aliquos habuit. Hos Augustus veteranis & legionariis suis divisit, & pretium illorum prætoribus qui ærarium administrabant numeravit. Hoc ni fallor Augustus voluit: sed videntur omissa quædam verba. *Emi* saltem legendum, non *emit*.

Romanis. . . . . era.] Aliorum descriptio habet, *præ.* quod firmat emendationem Lipsii *prætoribus.* Sed an ita loquutus Augustus *Romanis prætoribus?* non videtur, potius *Romæ* scripsisse eum putem.

Qui deduxerunt colonias militum.] Ut Sulla, Julius Cæsar, & triumviri. coloniarum militarium meminit Vellejus lib. priore.

Quater. . . . . avi ærarium.] Lego, *Quater levavi ærarium*, aut *sustentavi.* vult dicere quod Dio in actis anni DCCXXVI. initio libri LIII. ἐπειδὴ χρημάτων τῷ δημοσίῳ ἐδέησεν, ἐδανείσατό τινα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ. *Levare ærarium*, pro inopiam ærarii levare, breviter & eleganter dictum.

Sestertium millia. . . . . . quingenta.] Scripserat fortasse, *millies & quingenties.*

Opposito

Opposito latere.

SERIES I.

CVRIAM. ET CONTINENS. ET. (1) CHALCIDICVM. TEMPLVMQVE. APOLLINIS. IN. PALATIO. CVM. PORTICIBVS. ÆDEM. DIVI. IVLII. LVPERCAL. PORTICVM. AD. CIRCVM. FLAMINIVM. QVEM. SVM. APPELLARI. PASSVS. EX. NOMINE. EIVS. QVI. PRIOREM. EODEM. IN. SOLO. FECERAT. OCTAVIANI. PVLVINAR. AD. CIRCVM. MAXIMVM. ÆDES. IN. CAPITOLIO. IOVIS. FERETRII. ET. IOVIS. TONANTIS. ÆDEM. QVIRINIS. ÆDES. MVNDO. ET. IVNONIS. (2) ..... ET. IOVIS. LIBERTATIS. IN. AVENTINO. ÆDEM. LARVM. IN. SVMMA. SACRA. VIA. ÆDEM. DEVM. PENATIVM. IN. VELIA. ÆDEM. IVVENTATIS. ÆDEM. MATRIS. MAG. DEIÆ. IN. PALACIO. FECI. (3) SERTORIVM. ET. POMPEIVM. THEATRVM. VTRVMQVE. OPVS. IMPENSA. GRANDI. REFECI. SINE. VLLA. INSCRIPTIONE. NOMINIS. MEI. RIVOS. AQVARVM. COMPLVRIBVS. LOCIS. VETVSTATE. LABENTES. REFECI. ET. AQVAM. QVÆ. (4) MARIA. APPELLATVR. DVPLICAVI. PONTE. NOVO. IN. RIVVM. EIVS. IMMISSO. FORVM. IVLIVM. ET. BASILICAM. QVÆ. FVIT. INTER. ÆDEM. CASTORIS. ET. ÆDEM. SATVRNI. CÆPTA. PROFLIGATAQVE. OPERA. A. PATRE. MEO. PERFECI. ET. EANDEM. BASILICAM. (5) CONSVMATAM. IN. .... AMPLIATO. EIVS. SOLO. SVB. TITVLO. .... (6) NOMINIS. FILIORVM. (7) .... VIVVS. NON. PERFECISSEM. PERFECI. AB. HÆREDIBVS (8) ..... VIRGINE. EXEMPLVM. DEVM. IN. VRBE. CONSV... FECI. FLVVIO. PRÆTERMISSO. QVOD. TEMP...... ET.........

LIPSIUS.

1 *Dionem* vide LI. in actis anni DCCXXV.

2 Forte *Minerva*, quia jungi hæc tria numina Romanis solita.

3 Plane non capio.

4 *Martia.*

5 Esse debeat *consumptam incendio. ampl.*

6 Puto, C. & L.

7 *Cum.*

8 *Aqua.*

CASAUBONUS.

Curiam. et. continens. et. Chalcidicum.] Dio in quinto Augusti consulatu lib. LI. ἐπειδὴ ταῦτα διετέλεσε, τό, τε Ἀθήναιον, καὶ τὸ Χαλκιδικὸν ὠνομασμένον καθιέρωσε. hoc ædificium postea Domitianus refecit, ut est auctor Eusebius in Chronico, ad numerum MMCV. ubi de Chalcidico plura beatæ memoriæ vir, Josephus Scaliger, πάνσοφος.

Cum porticibus.] Ex isto loco scribimus apud Suetonium cap. 29. quod fugit nos monere, *Addit porticus cum bibliotheca Latina Græcaque.* sic codd. Memmianus, Viterb. & Groslotii, non ut vulgo, *Addita porticus.*

Porticum ad circum Flaminium, quem

quem ſum app. p.] Leve mendum falſi notam Auguſto inurit. Lege *quam*. & de porticu CN. Octavii accipe, quam refeciſſe ait, & ſiviſſe appellari veteri nomine. Ea fuit regione urbis nona ad Circum Flaminium, ut hic Auguſtus narrat. & confirmat P. Victoris deſcriptio. Scribo deinde *Octaviam*, non *Octaviani*. pulvinar Octaviani nuſquam legi: nec puto ſic accipiendum.

Ædes in Capitolio Jovis Feretrii & Jovis Tonantis.] Hanc fecit primus: Suetonius, Dio. illam vetuſtate dilapſam refecit. Livius libro quarto.

Ædem quirinis.] Barbare, pro *Quirini*. Dio in actis anni DCCXXXIX. τὸν τοῦ Κυρίνου ναὸν καθιέρωσεν ἐκ καινῆς οἰκοδομήσας.

Ædem Deum Penatium in Velia.] Hanc quoque refecit non fecit. Dionyſ. Hal. lib. I. loquens de penatibus, νεὼς ἐν Ῥώμῃ δείκνυται τῆς ἀγορᾶς οὐ πόρρω, κατὰ τὴν ἐπὶ Καρίνας φέρουσαν ἐπίτομον ὁδὸν ἱδρυμένος, ὑπεροχῇ σκοτεινὸς, οὐ μέγας. λέγεται δὲ κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν Οὐέλιαι τὸ χωρίον: ita ſcribi debet hic locus: nam olim falſus ſum, cum ex vulgata lectione corrupta ὑπελαίαις, emendabam ὑποπαλαίαις. nihil quidem inepti continet ea conjectura, ut illa fatua quorundam & veſana hariolatio, quam refutabamus: vera tamen non eſt. Varro, de vita populi Rom. lib. 13. *Tullium Hoſtilium in Veleis, ubi nunc eſt ædes Deum Penatum.* Meminit etiam Feſtus, in voce *Mutium*.

Sertorium.] Lego *Diribitorium*. quod mirandum ædificium ab Agrippa inchoatum, perfecit poſt illius obitum Auguſtus, & publicavit, ſine ulla nominis ſui inſcriptione: Lege Dionem in anno DCCLVII. lib. LV. Hoc niſi eſt, putem intelligi aliquam ex aſtructis ædibus Pompejano theatro, de quibus fecimus mentionem ad caput 31. Ea ædificia ſæpe incenſa, ſæpe reſtituta. Vellejus de Tiberio; *Quam magnifico animi temperamento, Cn. quoque Pompeji munera abſumpta igni reſtituit.*

Duplicavi, fonte novo in rivum ejus immiſſo.] Julius Frontinus de aquæ ductibus Urbis Romæ. *Auguſtus in ſupplementum Martiæ quoties ſiccitates agerent, auxilio aliam aquam ejuſdem bonitatis opere ſubterraneo perduxit uſque ad Martiæ rivum, quæ ab inventore appellatur Auguſta.*

Conti-

Continuatio I. Serici,

Opposito latere.

VLTORIS. TEMPLVM. (1) QVORVMQVE. AVGVSTVM. ET. TEMPLVM.
APOLLINIS. IN. SOLO. MAGNAM. PARTEM. (2)... EMTO. FECI.
QVOD. (3) SVO NOMINE. M. MARCELLI. (4) VENERI .... MANIBVS.
IN CAPITOLIO. ET. IN. AEDE. DIVI. IVLII. ET. IN AEDE.
APOLLINIS. ET. IN. AEDE. VESTAE. ET. IN. TEMPLO. MARTIS.
(5) VICTORIS. CONSECRAVI. QVAE. MIHI. CONSTITERVNT. CIRCITER.
MILLENIS. AVRI. CORONARI. PONDO. TRIGINTAQVINQVE.
MILLIVM. MVNICIPIIS. ET. COLONIIS. ITALIAE. CONFERENTIBVS.
(6) AC. TRIVMPHOS. MEOS. QVINTVM. CONSVL. (7) REMISI. ET. POSTEA.
QVOTIESCVNQVE. IMPERATOR. M.... AVRI. CORONARIVM.
NON. ACCEPI. DECERNENTIBVS. MVNICIPIIS... QVAE. ANTE. DECREVERAM.
TEMPVS. DEFVNCTARVM. AFRICANARVM.
MEO. NOMINE. AVT. FILIORVM. MEORVM.
ET. NEPOTVM. IN. CIRCO.... AVT. IN. FORO. AVT. IN.
AMPHITHEATRIS. POPVL..., QVIBVS. CONFECTA. SVNT. BESTIARVM.
CIRCITER. TRIVM. MILLIVM. ET. QVINGENTA. NAVALIS. PRAELII.
SPECTACVLVM. (8) POPVL.... LIBERVM. IN. QVO. LOCO. NVNC.
NEMVS. EST. CAESARVM. CAVATO. (9.) .... LONGITVDINE. MILLE.
ET. OCTINGENTOS. PEDES. IN. LATITVDINE. PEDES. DVCENTI.
IN. QVO. TRIGINTA. ROSTRATAE. NAVES. TRIREMESQVE. PLVRIMAE.
(10.) ...RVMORES. INTER. SE. CONFLIXERVNT. (11) ....RVNT.
PRAETER. REMIGES. MILLIA.... CIRCITER.....
IN. TEMPLIS. OMNIVM. CIVITATVM. (12) P...... ET. ASIAE. VICTOR.
ORNAMENTA. REPOSVI. QVAE. SPOLIATIS. TEMPLIS. (13) ....PRIVATIM.
POSSEDERAT. STATVAE. (14) .... QVADRAGENIS. ARGENTEIS.
STETERVNT. IN. VRBE. AC. CIRCITER. QVAS. IPSE. SVSTVLI. EX.
QVA. DE. PECVNIA. DONA. AVREA. IN. AEDEM. APOLLINIS. MEO.
NOMINE. ET. (15) FILIORVM. QVAE. MIHI. STATVERVNT. HONOREM.
HABVERVNT. POSVI.

LIPSIUS.

1 *Forumque.*
2 *A. me.*
3 *Sub.*
4 Restituo hæc : *generi. dedicavi. e. manibiis.*
5 *Ultoris.*
6 An.
7 Hoc ipsum Dio notat in isto ipso consulatu, LI.
8 E Suetonio legam *Populo. exhibui. ad. Tiberim. in. quo. loco.*
9 *Solo. in.*
10 Lego : *Præter. minores. inter.*
11 *Ceciderunt :* vel *occubuerunt.*
12 *T. . . . . et.*] Anne fuit, *Peloponnesi. & ?* credo. Ea enim loca maxime vastavit Antonius.
13 *Templis. . . . . .* Expleo, *Antonius.* furta enim eius & sacrilegia notat.
14 Hæc legam, *Plures. quadringentis. Argenteæ.*
15 Lego : *illorum. qui.*

CASAUBONUS.

Quod suo nomine.] Quo refertur istud *quod?* manifestissime deest in fine superioris versus aliquid. Lego totam sententiam hoc modo, *Theatrum quoque sub nomine M. Marcelli generi ex manubiis.* Suetonius : *Quadam opera sub nomine alieno fecit, ut theatrum Marcelli.* repete ex proximo, *feci.* nam ut alii describunt nobis hoc marmor, minimum intervallum relictum est vacuum ante vocem *manibus.* quod eo libentius amplector, quia necessario post hanc dictionem apponenda alia est : aperte enim sequentia manca sunt & claudicant.

In Capitolio.] Scribe *dona in Capitolio.*

Quæ mihi constiterunt circiter millenis auri coronari pondo, triginta quinque millium.] Donaria Augusti partim ex auro conflata erant, partim margaritis gemmisque maximæ indicaturæ ornata. Utrumque hic ab eo fuerat expressum : & auri inquam, pondus, quod in ἀναθήματα impendisset, & pecunia qua constarent, tum manupretium, tum ornamenta alia. Auri ait fuisse circiter mille pondo : reliquam impensam triginta quinque millium : hæc vero summa depravatissime & ineptissime notata est. taceo quod Latinitas eam lectionem non patitur. Omnino scripserat Augustus, XXXV. *HS.* quod est *tricies quinquies HS.* faber sculptor, vel is potius qui Romæ descripsit, & in numerorum interpretatione peccavit insulse, & in nota *HS.* quam putavit millenarii numeri esse indicem. Stabilimus hanc nostram & emendationem & interpretationem auctoritate Suetoniani loci, qui isti plane geminus est, cap. 30. *Ædes sacras opulentissimis donis adornavit : utpote qui in cellam Capitolini Jovis sedecim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingenties HS. una donatione contulerit.*

Quotiescunque Imperator M. . . . . auri coronarium non accepi.] Lego, *quotiescunque Imperator sum appellatus, aurum coronarium non accepi.* Moris veteris fuit, ut quotiescunque duces exercituum re feliciter gesta Imperatores salutarentur a suis, provinciæ & sociæ civitates ac reges dono darent illis coronas aureas, vel auri tot pondo : quod appellatum est *aurum coronarium.* Sub Impp. retenta est consuetudo : nam illi toties salutabantur Imperatores quoties ipsorum auspiciis hostis insigni clade afficiebatur : vide quæ notamus ad lib. I. cap. 76. & salutato aurum coronarium ex ritu offerebatur, non solum a provincialibus, sed etiam ab Italiæ coloniis & municipiis : a quibus se non accepisse gloriatur Augustus. Dio in quinto consulatu Augusti, lib. LI. παρὰ τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις προσῆκον οὐκ ἐδέξατο. Simile est quod narrat Spartianus de Hadriano : *Aurum coronarium Italiæ remisit, in provinciis minuit.* idem esse factum aliquando a Juliano testis Ammianus Marcellinus.

Tempus defunctarum Africanarum.] Non solum corrupta sunt ista, sed etiam mutila, & perturbata. sententia tamen non obscura : narrat enim magnificentiam suam in venationibus exhibendis. qua de re

libro singulari plura, ubi hunc locum tractamus. Fortasse autem scripserat Octavius: *Spectacula amplius mille ducentarum Africanarum.* ut in unam summam contrahatur numerus Africanarum, ad populi voluptatem exhibitarum. quem quidem numerum vereor ne justo minorem longe faciam. quum certum sit, unis aliquando ludis sexcentas Africanas Augustum exhibuisse: ut in commissione ludorum quibus Marcelli theatrum dedicabat. Dio lib. LIV. κἀν τῇ πανηγύρει τῇ διὰ τοῦτο γινομένῃ, καὶ θηρία Λιβυκὰ ἑξακόσια ἀπεσφάγη.

In Templis.] Pridem quo ista pertinerent indicavimus ad lib. XIII. Strabonis. notat diligentissimus ille scriptor de quibusdam signis furto Antonii sublatis, ab Augusto restitutis. Plinius quoque lib. XXXIV. cap. 8. *Fecit Myro & Apollinem, quem a Triumviro Antonio sublatum restituit Ephesiis divus Augustus, admonitus in quiete.* Exemplum hujus æquitatis a P. Scipione, quem Siculis ablata signa & Romam illata restituisse Plutarchus scribit in Apophthegmatis: εὑρὼν ait, τὴν πόλιν ἀνδριάντων Ἑλληνικῶν καὶ ἀναθημάτων ἀπὸ Σικελίας μεστὴν οὖσαν ἐκήρυξε τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παρόντας ἐπιγινώσκειν καὶ κομίζεσθαι.

Statuæ.] Adi caput 52. de iis enim statuis intelligit Augustus, de quibus ibi Tranquillus.

II.

MARE PACAVI. A. PRÆDONIBUS. . . . . . . DOMIBUS. . . .
. . . . SUIS. . . . . . (1) CONTRA. REM. . . .
. . . . DOMINI. . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

LIPSIUS.

1 Puto hæc fuisse de servis, quos coërcuit, ne contra rem famamve domini venirent, ut audirentur.

CASAUBONUS.

Mare pacavi a prædonibus.] Vide ad illa cap. 98. *per illum se vivere: per illum navigare.*

III.

REGIS. PARTHORVM. . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

A. ME. GENTES. P. . . . . . THORVM. ET. MEDORVM. . . . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

IN. CONSVLATV. . . . .

Cætera quoque corrosa & corrupta.

CASAUBONUS.

Regis Parthorum.] Pertinet ad missos obsides, & reddita signa a Parthis, quæ M. Crasso & M. Antonio ademerant. Nota historia: supra cap. 21.

A me gentes . . . . thorum & Medorum.] *Parthorum & Med.* loquebatur de Parthis & Medis qui regem ab ipso petierunt. Strabo, Tacitus, Suetonius, Dio, alii.

Clusius amicus noster de hoc lapide sic ad me scripsit.


Antonii Verantii, Archiepiscopi Strigoniensis exemplar (quod, dum Cæsarei Legati munere apud Turc. Imp. fungeretur descripsit) sequutus sum, uti ab ejus nepote Fausto Verantio (qui nunc supremus Ungariæ Secretarius est) accepi anno 1576. *propterea versuum in singulis paginis numerum, characterum formam, vocabulorum divisiones, atque interdum repetitiones, ut in ipsius exemplari erant, observavi, existimans expressum esse ad normam Tabularum quæ Ancyræ sunt. Verum alterum exemplar quod apud D. I. Sambucum postea vidi, nullum versuum numerum, nihil quidquam simile observatum habere deprehendi. Anno autem* 1584 *proficiscenti Constantinopolim, V. C. Lewenclawio cum Mag. D. Henrico de Liechtenstain Cæsareo Legato, Verantii exemplar dedi, ipsum pro nostra amicitia obnixe orans, ut si per occasionem Ancyram proficisceretur, diligenter cum Tabulis illis conferret, & an per omnia responderet, observaret. Ille quidem, ob gravem Legati morbum, quo etiam istic extinctus est, id præstare non potuit: sed binos Nobiles Germanos Byzantii invenit, qui superiore hyeme Ancyræ fuerant, & quæ in Tabulis incisa diligenter exceperant. Cum iis contulit Verantianum exemplar, per omnia respondere deprehendit, nisi quod pro* collega. *serie.* II. *versu* 3. conlega *habuerunt, & in continuatione* I. *series opposito latere versu* 10. quotiescumque *pro* quociescumque. *Alioqui eorum exemplar minus integrum fuit Verantiano: corrumpuntur enim quotidie Tabularum characteres Turcarum militum insolentia; præsertim cum Christianos eas inscriptiones excipere conspiciunt, quod binis illis nobilibus Germanis describentibus accidit.*

Cum illustris Heros Augerius Busbequius Viennæ ageret, meo rogatu omnes schedarum fasciculos evolvit, ut Ancyranarum Tabularum exemplar ab ipso, dum Cæs. Legatus ad Turc. Imp. esset, exceptum, inveniret, quod mihi traderet, sed frustra: postea enim succurrit, id alicui, cujus nomen excidisset, mutuo datum, & non restitutum. Illius sane exemplar eo libentius habuissem, quoniam minus mendosum existimassem quam reliqua.

CAPUT II.

ARGUMENTUM.

Annos viginti tres imperat, Caldius Biberius Mero nominatur, in armis prudens, eloquio clarus, quæ nollet, velle se simulat, principatum delatum ficte abnuit, Cappadocas in provinciam redigit, Getulos reprimit, Maraboduum circumvenit, insontes suos pariter externosque punit, militiæ artes solvi sinit, & Caligulæ insidiis exstinguitur Claudius Tiberius.



CLAUDIUS TIBERIUS Liviæ filius, Cæsaris 1
Octaviani privignus imperavit [1] annos viginti
tres. Iste, [2] quia Claudius Tiberius Nero dicebatur, 2
eleganter a jocularibus, [3] Caldius Biberius Mero ob vino-

ANNA.

1 *Annos viginti tres.*] Mortuus est anno imperii vigesimo tertio nondum exacto, deerant menses sex & dies viginti sex.

SCHOTTUS.

1 Suet. Tib. c. 73. Tacit. VI. Annal. extremo: ubi & de Tiberio summatim quædam.

VINETUS.

1 Alii *viginti quatuor* numerant. Vide Eutropium nostrum de his temporibus, sicubi hæres.

SCHOTTUS.

2 *Quia Claudius Nero.*] Ita excusi omnes: adde ex MSS. & Veronensi *Tiberius*: cui *Biberius* altera ex parte respondeat. Nero autem lingua Sabina fortem significat. Suet. cap. 1. & Agellius lib. XIII. cap. 21. Noct. Attic.

ANNA.

3 *Caldius Biberius Mero.*] Sueton. cap. 42. *In castris tyro etiam tum propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio* Biberius, *pro Claudio* Caldius, pro *Nerone*, Mero *vocabatur.* In eo autem est joci elegantia quod per *Caldius* ad potiones calidas, quibus Romani delectabantur, allusum. *Mero* ad merum. *Biberius* ad bibere. præterea quod primæ literæ nominis *Tiberius*

3 vinolentiam nominatus eſt. [4] Satis prudens in armis, ſatiſque fortunatus ante ſumptum imperium ſub Auguſto fuit: ut non immerito Reipublicæ dominatus ei
4 committeretur. [5] Inerat ei ſcientia literarum [6] multa. Eloquio clarior; ſed [7] ingenio peſſimo, truci, avaro, inſidioſo, [8] ſimulans ea ſe velle, quæ nollet: his quaſi infenſus, quibus conſultum cupiebat: his vere,
5 quos oderat, quaſi benivolus apparens. [9] Repentinis reſponſionibus aut conſiliis melior, quam meditatis.
6 Denique [10] delatum a patribus principatum (quod quidem aſtu [11] fecerat) ficte abnuere, quid ſinguli dicerent, vel ſentirent atrociter explorans: quæ res
7 [12] bonos quoſque peſſum dedit. Æſtimantes enim ex animo eum longa oratione imperialis moleſtiæ magnitudinem declinare, cum ſententias ad ejus volun-
8 tatem promunt, [13] inceſſere exitia poſtrema. Iſte [14] Cappadocas in provinciam, remoto [15] Archelao Rege eorum, redegit. Getulorum latrocinia repreſſit. [16] Ma-

rius Nero, *T.* & *N.* facile in *B.* & *M.* commutantur.

4 *Satis prudens in armis.*] Nam & Rhæticum, Vindelicum, Pannonicum & Germanicum bellum geſſit: Vide Suet. cap. 9.

SCHOTTUS.

5 *Inerat ſcientia literarum.*] Tranquillus 70. & 71. Mathematicæ quoque addictus c. 69. De eloquentia Tacitus Annal. XIII. *Tiberius artem quoque callebat, qua verba expenderet tam validis ſenſibus, aut conſulto ambiguus: Clarior tamen eloquio Germanicus, Tiberii adoptione filius, Claudii Imp. frater.* Idem Tacit. Annal. II. extremo, & Suet. initio Caligulæ.

6 *τὸ Multa.*] Afuit ab editis libris omnibus dempto Veronenſi.

7 *Ingenio peſſimo, truci.*] Sueton. cap. 46. & deinceps. rurſum 57. & 61. Eutrop. & Oroſ. lib. VII.

ANNA.

8 *Simulans ea ſe velle quæ nollet.*] Vide ſupra in Cæſaribus.

SCHOTTUS.

9 *Repentinis reſponſionibus.*] Etiam in ſtylo *ex tempore quam a cura præſtantior habebatur.* Sueton. c. 70. Moriens tamen Auguſtus dicebat *miſerum populum Romanum, qui ſub tam lentis maxillis eſſet futurus.*

10 *Delatum a patribus.*] Tranquillus 24. & 25.

11 *Fecerat.*] Vulgati legunt *perfecerat.*

12 *Bonos quoſque.*] *Bonos quoque* Veronenſis præfert.

13 *Inceſſere.*] Veronenſis præfert *incidere.* Quæ & ſcripta lectio eſt & Auguſtani codicis

ANNA.

13 Poſſet etiam legi *arceſſere.* Sed nil temere innovandum.

SCHOTTUS.

14 *Cappadocas.*] Sueton. c. 37. extremo.

15 *Archelao Rege.*] Tacit. Annali II. *Archelaum* quinquaginta jam annos in Cappadocia regnaſſe ſcribit.

 16 *Ma-*

[16] Maraboduum Suevorum Regem [17] callide [18] cir-
cumvenit. Cum immani furore insontes, [19] [no- 9
xios] suos pariter externosque puniret, [20] resolutis
militiæ artibus, Armenia per Parthos, Mœsia a Da-
cis, Pannonia a Sarmatis, Gallia a [21] finitimis gen-
tibus direptæ sunt. Iste post [22] septuagesimum octa- 10
vum annum, & mensem quartum, [23] insidiis Cali-
gulæ [24] exstinctus est.

C A-

VINETUS.

16 *Maraboduum.*] Et apud Suetonium & Cornelium Tacitum libro secundo, *Maraboduum* & *Maroboduum* imprimunt, quem quatuor tantum syllabis *Marobodum* vetus liber appellat. Originis autem non diversæ, ut suspicor, fuit *Merobaudes*, nomen ejus magistri militum, qui Gratianum Augustum prodidit apud Parisios.

ANNA.

17 *Callide.*] Per blanditias atque promissa ad se pertractum non dimisit.

SCHOTTUS.

18 *Circumvenit.*] Accidere hæc an. U. C. IↃCCLXX.

19 *Noxios suos.*] τὸ *noxios* redundat, & abest a MSS. & nova editione: recte. Veronensis vero *& noxios.* De crudelitate Tiberii Sueton. cap. 50. usque ad 68.

GRUTERUS.

19 Haud temere abjecerim illud *noxios*, uti aliis placet. ita enim videtur dictum, quemadmodum Sallustio Catilinæ cap. 51. §. 3. *Post ubi paullatim licentia crevit, juxta bonos & malos libidinose interficere.* Ita & noster infra capite 13. *Is dum persequitur pecuniosos, insontes pariter noxiosque,* &c.

SCHOTTUS.

20 *Resolutis.*] Melius *solutis* nova editio; Augustana *relictis.* Corrupta autem disciplina militaris per Pisonem largitione, ambitu, licentia, absente Germanico. Tacitus II. & III. Annali sæpius. Lege Sueton. c. 41.

ANNA.

21 *Finitimis gentibus.*] Germanis.

SCHOTTUS.

22 *Septuagesimum octavum.*] Sic Tacitus extremo VI. Annali, & Sueton. 73. cap. sine mensibus. MSS. duo & Veronensis legunt, *post octogesimum octavum annum.* Cujacii vero scriptus codex *post octogesimum annum.* Novus Victor, vel potius Vetus verusque *octogesimum uno minus* illi tribuit. Eutropius Eliæ Vineti LXXXIII. nisi mendum est typographi. Nata varietas ex notis quibus numeri exprimuntur. quæ res infinitis auctorum veterum locis corrumpendis ansam dedit. Mortuus autem *tertio & vicesimo Imperii anno, decimo septimo Kal. April. Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigrino Coss.* qui est, ut puto, U. C. IↃCCXC. Tacitus Annali VI. & Sueton. 73. cap. ubi Coss. nomina, quia corrupte leguntur, ita ex antiquis inspectionibus, Corn. Tacito, & Fastis Capitolinis restituenda.

23 *Insidiis Caligulæ.*] *Dato a Cajo lento ac tabifico veneno.* Suet. ibidem & Calig. cap. 12. Tacitus VI. Annali extremo: *Interclusa anima traditus est mortalitatem explevisse.*

ANNA.

23 *Alii in remissione fortuitæ febris cibum desideranti, negatum. nonnulli pulvinum injectum, cum extractum sibi deficienti anulum mox resipiscens requisisset.* Sueton. 73.

SCHOTTUS.

24 *Exstinctus est.*] Miseni *in villa Luculliana.* Sueton. 39. 73. & 75. & Tacit. VI. Annali. In *Campania, omnium gaudio,* Eutropius lib. VII.

I An-

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Annos quatuor imperat, Caligulæ cognomentum sortitur, sorores stupro maculat, Jovem & Liberum se asserit, dominum se appellari jubet, in sinu Puteolano curru bijugi decurrit, & interit Cajus Cæsar.



1·2 CALIGULA imperavit [1] annos quatuor. [2] Iste filius Germanici, quia natus in exercitu fuerat, cognomentum calciamenti militaris, [3] id est CALI-
3 GULÆ sortitus est. [4] Ante principatum omnibus carus, acceptusque fuit: in principatu vero talis, ut non immerito vulgaretur, atrociorem illo [5] dominum
4 non fuisse. Denique [6] tres sorores suas stupro maculavit.

SCHOTTUS.

1 *Annos quatuor.*] *Vixit annos viginti novem, imperavit triennio & decem mensibus, diebusque octo.* Sueton. cap. 59. *Natus annis quinque & viginti mensibus quinque & diebus quatuor exceptis, imperium arripuit.* Xiphilinus ex Dione.

2 *Iste filius Germanici.*] Ita vulg. MSS. & Veronensis excusus. *Iste filius fuit Germanici, & quia.*

3 *Id est, Caligulæ sortitus est.*] Τεχνικῶς, ut dialecticorum filii loquuntur. De cujus nominis causa Tacitus I. Annali. Sueton. cap. 8. 9. & 22. initio, & 52. Caligam Dio lib. XLVIII. στρατιωτικὸν ὑπόδημα, vocat, unde *Caligatus* militis epitheton factum Jur. Consf. & Suetonio Augusto c. 25. Vitellio 7. extremo. Vespasiano 8.

4 *Ante principatum.*] Lege Sueton. c. 13. 14. & 15,

5 *Dominum.*] Nam se *Dominum* inviso ea tempestate nomine, jusserat appellari, ut & consulari dominatione Regis nomen odiosissimum Pop. Rom. fuit. Tranq. 10. sic jactatum fuisse ait; *nec servum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse.*

6 *Tres sorores.*] *Agrippina, Drusilla,*

culavit. Incedebat [7] habitu deorum suorum. Jo- 5
vem [8] ob incestum, [9] e choro autem bacchanali Li-
berum se asserebat. De quo nescio an decuerit me- 6
moriæ prodi, nisi forte [10] quia juvat de principibus
nosse omnia, ut improbi saltem famæ metu talia de-
clinent. In palatio [11] matronas nobiles publicæ li- 7
bidini subjecit. [12] Primus diademate capiti imposito, 8
Dominum se jussit appellari. [13] In spatio trium mil- 9
lium,

filla, Livilla, Sueton. c. 7. & 24. *ex una etiam filia* incestu *nata est*. Eutrop. lib. 7.

7 *Habitu Deorum.*] *Jovis, Veneris, Neptuni, Mercurii, Bacchi, Herculis.* Sueton. 22. & 52. cap. & Dio.

ANNA.

8 *Ob incestum.*] Sororum.

VINETUS.

8 Vetus codex, *Jovem ob incestum inter matronas, choro autem.*

SCHOTTUS.

9 *E choro autem.*] In scripto Cujacii præpositio afuit. Alii codices, *E thoro autem Bacchanali.* Choros vocat Sueton. 37. Veronensis vero sic totum hunc locum legit: *Induens se habitu Deorum suorum Jovem ob incestum, choro bacchantium Liberum se asseruit.* Porro autem Xiphilinus auctor est finxisse, rem secum Luna habuisse.

10 *Quia juvat.*] Tacitum III. Annali est imitatus: *Præcipuum*, inquit, *munus annalium reor, ne virtutes sileantur: utque pravis dictis factisque ex posteritate & infamia metus sit.* Et sane is est Historiæ fructus uberrimus, ut ex aliorum erratis discamus in melius vitam meresque ad bene beateque vivendum componere. Lege elegantissimam epistolam Plinii lib. 9. quæ est 27.

11 *Matronas nobiles.*] Sueton. 41. & Xiphilinus.

12 *Primus diademate capiti.*] τὸ *capiti* afuit a libris calamo exaratis, & qui cum his fere conspirat, Veronensi codice optimo. Atqui Suetonius imposuisse negat, sed amicorum suasu deterritum; Dei tamen Dominique nomen assumpsisse. cap. 22. & Vitellio cap. 2. Eusebius vero Chronicis Domitianum Domini Deique nomen primum vindicasse affirmat. Vide infra numerum 23. & 50. Ubi sui oblitus auctor Aurelianum Imperatorem primum apud Romanos diadema capiti innexuisse scribit.

13 *In spatio.*] A Suetonio est, ex quo locus hic quia laborat, medica manu persanari potest. Natum autem mendum conjicio, quod scripserit Racemator, *insignis quercea*: Imperitus librarius fecit *insignisque area*. hic igitur, si meo arbitratu res agatur, legendum hunc locum paucis additis immutatisque censeo: *solidatam. Primo die phalerato equo insignis quercea corona quasi triumphans: Postridie indutus aureo paludamento curru bijugi decurrit.* Sic fere Sueton. cap. 19. Xiphilinus ex Dione: *in mari*, inquit, *equitare cupiebat ponte inter Puteolos & Baulos facto, qui locus oppositus civitati distat ab ea amplius tria milia pass.* Tranquill. vero sinum Puteolanum trium millium & sexcentorum fere passuum intervallo patuisse: non ut Dio, ab Urbe quem ponte, Xerxis exemplo, straverit. Assentior itaque Lævino Torrentio viro doctissimo, qui *ad Puteolanas moles* legendum censet potius, quam *& Puteolanas moles.* Quem autem *aggerem terrenum* Suetonius vocat, noster *arenæ aggestum*: quare tentanda lectio non est. Hunc vide & cap. 32. Calig. Rursum 52. cap. de Alexandri thorace, quem Xiphilinus in hoc specioso triumpho induere

lium, quod in ſinu Puteolano inter moles jacet, duplici ordine naves contexens, arenæ aggeſtu ad terræ speciem viam ſolidatam, phalerato equo inſignis quercea corona, quaſi triumphans indutus aureo paludamento, curru bijugi decucurrit. dehinc [14] a militibus confoſſus interiit.

induere ſolitum refert. Non celabo Veronenſem editionem, *curuli jugo decucurrit*, & Auguſtanum cod. *quaſi triumphantis* legere, & ſupra *arenæ adgeſtæ, terræ ſpeciem*. Seneca videndus lib. de brevitate vitæ cap. 18. quo loco & ægre illi eſt quod vidit & Torrentius: cui medicinam facere poſſe videor, ſi, quod eſt in vulgatis etiam optimis, *gratiſſime* in *graviſſime* commutem, & pro *potens pontes* reponam. MS. tamen qui apud me eſt *potens navibus jugis* diſertim ſcribit. Cum dicit *quod decedebat populo Romano ſuperſtite*, alludit ad illam vocem Tyrannicam, *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet*. Sueton. cap. 30. Non diſſimilis eſt illa Neronis, nec minus exſecranda, apud Sueton, cap. 38. Neron. & Senecam quoque lib. 11. de clementia, ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρὶ, *me mortuo vel terra igni conflagret*.


ANNA.

14 *A militibus.*] Duce Chærea.

CAPUT IV.

ARGUMENTUM.

Annos quatuordecim imperat, imperator fit, libertorum & conjugis imperiis ſubjectus eſt, Scribonianum Camillum occidit, Mauros provinciis addit, Muſulamios cædit, libertos ad ſummos honores producit, Agrippinam fratris filiam uxorem ducit, & ab illa veneno tollitur Claudius Tiberius.



[1] CLAUDIUS TIBERIUS, [2] Drusi, Tiberii 1
fratris, filius, [3] Caligulæ patruus, imperavit
[4] annos quatuordecim. Iste, cum senatus censuisset, 2
gentem Cæsarum [5] exterminari, [6] deformi latebra
latens, repertus a militibus, quia vecors erat, [[7] &]
mitissimus videbatur imprudentibus, imperator effe-
ctus est. Hic [8] ventri, vino, libidini [9] fœdæ obe- 3
diens, vecors & [10] prope hebes, [11] ignavus ac pa-
vidus, [12] libertorum & conjugis imperiis subjectus
fuit.

SCHOTTUS.

1 *Claudius Tiberius.*] Cujacii, Pithœi & Danielis MSS. & de vulgatis Veronensis & Augustanus *Claudius Titus* integre præferunt, forte quod *Ti.* compendio scriptum reperissent, quod tamen *Tiberius* valet.

2 *Drusi.*] *Decimi* pro *Drusi* Gryphii & Basiliensis editiones. Non placet, nec me librorum consensus deterret, quod forte ex eodem exscripti sint.

ANNA.

3 *Caligulæ patruus.*] Quia *Caligula* filius fuit Germanici, qui Claudii frater fuit. Vide Sueton. cap. 7.

4 *Annos quatuordecim.*] Vide supra in Cæsaribus.

SCHOTTUS.

5 *Exterminari, deformi latebra latens.*] MSS. legunt *gentem Cæsarum exterminare, deformi latebra latere repertus*: non *exterminari* & *latens*.

ANNA.

6 *Deformi latebra.*] Sueton. cap. 10. & supra in Cæsaribus.

SCHOTTUS.

7 *Et mitissimus.*] Conjunctio redundat in iisdem scriptis libris, & sane abesse potest, si commode interpungatur.

ANNA.

7 Neque supra apparet in Cæsaribus. Tamen retineri potest pro *etiam*.

SCHOTTUS.

8 *Ventri, vino.*] Tranquillus Claudio cap. 32. & 33.

9 *Fœdæ.*] *Fœde* in vulgatis legitur, non generandi casu.

10 *Prope hebes.*] De ingenii *hebetudine* animique consternatione cap. 36. & deinceps usque ad 41. Mirandum tamen, licet tardi ingenii esset, *neque infacundum, neque indoctum fuisse, pertinaciter liberalibus studiis deditum.* Idem cap. 40. & sequentibus. Tacitus XIII. Annali, *Nec in Claudio*, inquit, *quoties meditata dissereret, elegantiam requireres.*

11 *Ignavus.*] Tacit. XII. Annali de Julio Peligno ob *ignaviam* animi Claudio Imperatori caro acceptoque. *Erat Claudio perquam familiaris cum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret.* Quem locum eo profero, quod hactenus mutilum recte amicissimus Lipsius restituerit.

ANNA.

12 *Libertorum & conjugis imperiis.*] Supra in Cæsaribus. *Ast ubi Messallinæ conjugis, simulque libertorum delinimentis quibus semet dediderat, in pravum abstractus*, &c. Tacit. XIII. annal. *Claudius libertos quos rei familiari præfecerat, sibique & legibus adæquavit.*

SCHOTTUS.

12 Vidi qui *libertorum conjuges* impressit. Nihil muto. vide Tranqu. Vitellio cap. 2.

13 *Scri-*

4 fuit. Hujus tempore [13] Scribonianus Camillus intra Delmatias imperator creatus, continuo occiditur. [14] Mauri provinciis accessere. [15] Cæsa Musulamiorum
5 manus est. [16] Aqua Claudia Romæ [17] inducta. Hujus uxor Messallina primo [18] [clam, mox] passim, quasi jure, [19] adulteriis utebatur. Ex quo facto plures metu abstinentes, exstincti sunt. Dehinc atrocius accensa, nobiliores quasque nuptas & virgines, scortorum modo secum proposuerat: coactique mares, ut [20] ad-

ANNA.

13 *Scribonianus Camillus.*] Sueton. 13. *Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, verum intra quintum diem oppressus est.*

SCHOTTUS.

13 Tacit. 1. Histor. extremo: *Scriboniani contra Claudium incepta simul audita & coërcita.* De pseudo-*Camillo* idem lib. 11. histor.

14 *Mauri provinciis accessere.*] Basilienses duo & Gryphii *Mauri provinciis a Cæsare pulsi: cæsa Musulamiorum manus est.* Augustanus codex, *Mauri provinciis a Cæsare cæsa insulanorum manus est:* verum corrupte, & Veronensis: *Mauri provinciis acressere. Cæsa usu laniorum manus.* Cujacii scriptus liber *Musulamiorum* per *n.* habet & *accessere*, unde vulgati *a Cæsare.*

ANNA.

15 *Cæsa Musulamiorum.*] Vide in Cæsaribus.

VINETUS.

15 De vocabuli *Musulaniorum* corruptione monuimus in commentario Flori.

ANNA.

16 *Aqua Claudia Romæ inducta.*] Sueton. 20. *Claudiæ aquæ gelidos & uberes fontes, quorum alteri Cæruleo, alteri Curtio & Albudino nomen est, simulque rivum Anienis novi lapideo opere in Urbem perduxit.*

SCHOTTUS.

17 *Inducta.*] Malim *introducta*, quod in MSS. reperi & aliis. A. U. C. IↃCCC. Sulla & Tutiano Coss. *Claudius consummavit duos aquaductus a Caligula inchoatos; Unum vocavit Anionem novum; alterum aquam Claudiam.* Julius Frontinus de aquæ ductibus. Lege Sueton. c. 20. & quæ annotavi ad Victorem de viris illustribus in Appio Claudio & Curio Dentato: nam Victoris esse dubitent alii, equidem ambigere desino auctoritate librorum MSS.

18 *Clam mox.*] Has duas voces, quæ in vulgatis sunt, eo sustuli, quod neque erant in ullo vetere libro, & historiæ veritati repugnent: neque certe in Victore ipso comparent.

GRUTERUS.

18 Indicat Schottus noster, duas illas voces, *clam, mox*, in nullo inveniri MSS. suorum, & historiæ veritati repugnare. at enim optime conveniunt filo sententiæ; neque contradicunt ulli scriptores. etsi enim haud etiam a venere Messallinæ clandestina exorsi sunt, tamen natura rerum tale quid requirit. itaque, tantum abest, uti alteram editionem Victoris heic sequendam putem, ut pronuntiem, & vitium ibi hærere. nam si palam utebatur adulteris; quomodo potuit eos accusare qui ei obsequi non audebant, tanquam ipsam se petiissent? quod statim post ibidem narratur.

SCHOTTUS.

19 *Adulteriis.*] Veteres libri omnes *adulteris* legunt, non *adulteriis.* De Valeriæ autem Messallinæ inexplebili libidine copiose Taci-

[20] adessent. Quod siquis [21] talia horruerat, adficto
crimine, in ipsum, omnemque familiam ejus [22] sæ-
viebatur: [23] ut magis videretur [24] sub Imperatore,
viro quam Imperatori, nupta esse. Ita liberti ejus 6
[25] potestatem adepti, stupris, exsilio, cæde, pro-
scriptionibus, omnia fœdabant. Ex quibus [26] Feli- 7
cem legionibus [27] Judææ præfecit: [28] POSIDIO
eunucho post triumphum Britannicum, inter milita-
rium fortissimos, [29] arma insignia tamquam participi
victoriæ dono dedit. [30] POLYBUM inter consules me-
dium

Tacitus XI. Ann. Dio. lib. LVIII. Sueton. 26. alibi. & Juven. Satyr. VI.

20 *Adessent.*] Pro *adessent* nescio cur *adissent* MSS. tres scripserint.

21 *Talia.*] *Talia* afuit a Veronensi.

22 *Sæviebatur.*] Quidam & *sæviebat* excuderunt.

ANNA.

23 *Ut magis videretur.*] Hinc certe aliquid excidit: vide supra in Cæsaribus: inde facile supplebis.

SCHOTTUS.

24 *Sub Imperatore viro quam.*] Alii sic interpungunt: *sub Imperatore vir, quam.* Frobenii editio, *ut magis videretur ipsa imperare viro, quam imp. nupta esse:* nec desunt qui legant: *sub Imperatore vir quam sub Imperatore nupta esse.* Editio nova: *Et hinc notior, dum mirum videtur apud Imperatorem virum, viro quam Imperatori nupta esse.*

25 *Potestatem adepti.*] *Potestatem summam adepti*, MSS. & Veronensis.

26 *Felicem.*] Qui Pallantis viri antiquæ parsimoniæ & moderationis frater, dissimilis ingenii, *Judaæ impositus cuncta malefacta impune sibi ratus est, tanta potentia subnixo.* Tacit. XII. Annal. Porro *Antonius Felix* appellatus. Huic Hierosolymæ præfecto stitit se Divus Paullus de hæresi accusatus. D. Lucas Actorum Apost. cap. 24. ubi & Drusillam uxorem ejus nominat.

27 *Judaæ præfecit.*] Quam cum Ventidio Cumano (qui Galilæam curabat, ut Samaritani Felici parebant) orta inter eos contentione, turbavit: damnatusque pro utriusque flagitio Cumanus, opera Quadrati Syriæ Rectoris: qui belli incendium, quod pæne eruperat, restinxit. quietemque provinciæ reddidit. vide Josephum & Tacit. XII. Ann. extr. Tumultuata quoque Judæa sub Caligula est. auctor Dio lib. IX. Tacitus V. Hist.

28 *Posidio Eunucho.*] *Possidonio* inflectunt MSS. omnes. *Possidioni* codex Veronensis. *Possidio* Basiliensis. *Possidæ post triumphum* Augustanus absque *eunuchum.* Cæterum *Posidem* spadonem vocat Tranqu. c. 28. & Juvenalis Satyr. XIV.

Ut spado vincebat Capitolia nostra
Posides.

Verum a *Posidio Posidianæ* aquæ dictæ in sinu Bajano sunt, Plinio lib. 30. c. 2.

29 *Arma insignia.*] *Hastam puram* idem vocat Suetonius.

30 *Polybum.*] A studiis. *Polybium* MSS. & Veronensis præferunt geminata jota; cum y in secunda syllaba Dio. Ad hunc exstat hodieque Senecæ consolatio in morte fratris. Habuit & Augustus libertum cognominem. meminit Sueton. Octavio cap. 101.

31 *Nar-*

8 dium incedere fecit. Hos omnes anteibat [31] NARCISSUS ab epiſtolis, dominum ſe gerens ipſius domini, PALLASQUE [32] prætoriis ornamentis [33] ſublimatus, adeo [34] divites, ut cauſante eo inopiam fiſci, lepidiſſime famoſo [35] elogio vulgatum ſit, Abunde ei pecuniam fore,
9 ſi a duobus libertis in ſocietatem reciperetur. Hujus temporibus viſus eſt apud Ægyptum PHOENIX, quam ferunt volucrem anno [36] quingenteſimo ex [37] Arabia memoratos locos advolare. atque in Ægæo
10 mari repente [38] inſula emerſit. [39] Hic [40] Agrippinam

31 *Narciſſus : Pallas.*] Hic a rationibus; ille ab epiſtolis: hic cum Agrippina, tanquam nuptiarum cum patruo conciliator; ille cum Meſſallina, quam tandem interficiendam curavit, conſueverat. Tacit. XI. XII. & XIV. Annali, & Juvenalis Sat. 14. Huic prætoria; illi quæſtoria inſignia, S. C. decerni paſſus. Tacit. XI. Ann. extr. & Tranqu. 28. De his ornamentis erit, cum dicere licebit copioſe. De Pallante lege ſi vacat, Plinii epiſt. 29. libri VII. & ſextam libri VIII.

ANNA.

32 *Prætoriis ornamentis.*] Prætexta toga, ſella curuli, lictoribus, faſcibus.

33 *Sublimatus.*] Id eſt, elatus, evectus. Feſtus. *Sublimavit, dixit Cato, id eſt in altum extulit, Originum lib.* II. *In Maximum decus atque in excelſiſſimam claritudinem ſublimavit. Id autem dicitur a limine ſuperiori, quia ſupra nos eſt.*

SCHOTTUS.

33 *Limen* etiam *ſuperum* dicitur Plauto Bacchidibus, Sce. Atridæ, & Mercatore:

Limen ſuperum inferumque ſalve, ſimul autem vale.

Factum id autem A. poſt U. C. IↃCCV. Tacit. XII. Ann.

34 *Dives*] Scriptum forte erat *dites*, unde inepti librarii audacter ſuo more *dives* fecerunt: ſic enim contaminare tamquam Harpyis unguibus optimos libros ſolent. Jac. Cujacii & Pithœi codex diſertim, cum quo & Veronenſis facit, *divites*: probe: infra enim, dicto famoſo ſparſum de duobus libertis: & horum *divitiæ* adagioni locum fecerunt. Ad hæc Tranquillus, unde fere ſumpta hæc quæ de XII. Cæſaribus referuntur, hos ut in præmiis ingentibus ornamentiſque; ita & in fortunis quo jure, quaque injuria quæſitis conjungit, *ut querente*, inquit, *eo quondam de fiſci exiguitate, non abſurde ſit dictum, abundaturum ſi a duobus libertis in conſortium reciperetur.* Porro de fiſco inf. cap. 42. num. 19.

ANNA.

35 *Elogio.*] *Elogium* hic eſt, brevis inſcriptio, titulus.

SCHOTTUS.

36 *Quingenteſimo.*] *Quinquageſimo* tantum eſt in Victore, ubi de phœnice quædam notare memini.

37 *In Arabia memoratos locos.*] Alii. Pithœanus & Cujacianus codices *ex Arabis*. Floriacenſis vero *ex Arabum memoratis locis*.

38 *Inſula emerſit.*] *Anno imperii ejus quinto inter Theram & Theraſiam inſula de profundo emicuit triginta ſtadiorum ſpatio extenta.* Oroſius lib. VII. cap. 6. De Vulcani inſula, quæ anno circiter IↃLXIIX. U. C. apparuit, idem lib. IV. cap. 20.

39 *Hic.*] Conjeceram legendum *Hinc*. Quam lectionem poſtea ab Auguſtano codice confirmatam libenter accepi.

40 *Agrippinam.*] Quæ Neronem

nam Germanici fratris sui filiam uxorem duxit: quæ [41] filio imperium procurans, primo [42] privignos insidiis multiformibus, dehinc ipsum conjugem veneno interemit. Vixit [43] annos sexaginta quatuor: 11
cujus funus, ut quondam [44] in Tarquinio Prisco, diu occultatum. Dum arte muliebri corrupti custo- 12
des ægrum simulant, Nero privignus ejus imperii jura suscepit.

nem flagitium hominis protulit, multa Tacit. Dio, alii. De ejus vero morte Sueton. Neron. cap. 34.

ANNA.

41 *Filio.*] Neroni.

42 *Privignos.*] Non memini me legisse Agrippinam Claudii filios insidiis petiisse; nam Britannicum Nero, non Agrippina, veneno interemit.

43 *Annos sexaginta quatuor.*] Desunt menses 9.


SCHOTTUS.

44 *In Tarquinio Prisco.*] De Tanaquilis industria Livius lib. 1. Annal. & Victor noster de viris illustr. cap. 7.

CAPUT V.

ARGUMENTUM.

Annos tredecim imperat, quinquennio tolerabilis, magno dedecore reliquum vitæ agit, & ictu gladii semet transfigit Domitius Nero.



DOMITIUS NERO, [1] patre Domitio [2] Aënobarbo genitus, matre Agrippina, imperavit [3] an- 1

SCHOTTUS.

1 *Patre Domitio.*] *Cnæi* prænomine, Sueton. Neron. cap. 5. in Galba vero male *Lucius* appellatur c. 6. Avus enim *L. Domitius* erat.

2 *Aënobarbo.*] *Ahenobarbus* re-

Ctius

2 [3] annos tredecim. Iſte quinquennio tolerabilis viſus.
Unde quidam prodidere, Trajanum ſolitum dicere,
procul diſtare cunctos principes [4] [a] Neronis quin-
3 quennio. Hic in urbe [5] amphitheatrum & [6] lavacra
4 conſtruxit. Pontum in jus provinciæ, [7] Polemonis
reguli permiſſu redegit, a quo Polemoniacus Pontus
appellatus eſt: itemque [8] Cottias Alpes, Cottio Re-
5 ge mortuo. Eo namque dedecore reliquum vitæ
egit, ut [9] pudeat memorare hujuſcemodi quemquam.
Eo progreſſus eſt, ut neque ſuæ, neque aliorum
pudicitiæ parcens, ad extremum amictus nubentium
virginum ſpecie, palam convocato ſenatu dote dicta,
cunctis feſta de more frequentantibus, nuberet. Pel-
le tectus feræ, utrique ſexui genitalia vultu contre-
ctabat. Matrem etiam ſtupro contaminavit: quam
poſtmodum interemit. Octaviam & Sabinam

[10] co-

ctius ſcribunt aſpirationis nota libri calamo exarati, numi vett. &, ut Plautino verbo utar, lapides literati, & marmora, quæ in Capitolio Romæ bono publico effoſſa faſtos conſulares exhibent. vide Plutarchum in vita Paulli Æmilii.

ANNA.

3 *Annos tredecim.*] Et menſes 7. dies 28.

4 *A Neronis.*] Iſtud *a* in Cæſaribus non apparet.

5 *Amphitheatrum.*] In Campo Martio. Tacit. Annal. XIII.

6 *Lavacra.*] *Is ædificavit Romæ Thermas, quæ ante Neronianæ dictæ, nunc Alexandrinæ appellantur.* Eutropius.

SCHOTTUS.

7 *Polemonis.*] Eadem Sueton. c. 18. Eutrop. lib. VII. Euſebius Chronicis, & Vopiſcus Aureliano. Male qui cum diphthongo impreſſerunt; Græcis enim ſcribitur Πολέμων, ἄγος.

8 *Cottias Alpes.*] Male quoque *Gothias Alpes* quidam ediderunt. Duplici Tau plerique ſcribunt. *Cottius* autem rex dicebatur, quod in Alpibus *Cottiis* regnum obtinuerat, & vias ita dictas muniverat. De his copioſe Ammian. Marcellinus lib. XV. Urbes XII. quarum Plinius meminit lib. III. cap. 30. Nat. hiſtor. cis Alpes nobis ſitæ in Pedemontana regione, quæ hodie duci Allobrogum, vulgo Sabaudiæ paret. Illud non prætereundum cenſeo, citari a Paullo Diacono de geſtis Longobardorum locum hunc, & *Victorinum* in plerisque libris nominari: qua de re initio dicere memini.

9 *Pudeat memorare hujuſcemodi quemquam.*] Lacuna ſubeſt; nam in nova Victoris editione, unde hæc, ut pleraque, ad verbum mutuatus hic, quiſquis auctor eſt, addit *hujuſcemodi quemquam nedum rectorem gentium fuiſſe*: quamquam de induſtria forte truncavit. probum enim adhuc ſenſum retinet. Verecundiam enim in hiſtorico deſiderat, qui hujuſmodi ἄχθος ἀρούρης nefanda flagitia commemorare vereatur, niſi publice intereſſet vitia detegendo notari. Supra noſter in Calig. c. 4. §. 6. & in eundem

iem-

[10] cognomento Poppæam, in matrimonium duxit, viris earum trucidatis. Tunc Galba [11] in Hiſpania pro- 6
cul & Cajus Julius imperium corripuere. ubi adven- 7
tare Nero Galbam didicit, ſenatuſque ſententia conſtitutum, ut [12] more majorum collo in furcam conjecto, virgis [13] ad necem cæderetur: deſertus undique, noctis medio, egreſſus, Urbem [14] ſequentibus [15] Phaone, Epaphrodito, [16] Neophytoque, & ſpadone Sporo, quem quondam [17] [Nero] exſectum formare in mulierem tentaverat, ſemet ictu gladii tranſegit, adjuvante trepidantem manum impuro, de quo diximus, [18] eunucho [Sporo:] cum ſane prius nullo re-

perto,

ſenſum Zoſimus auctor elegans de hoc ipſo Nerone loquens.

10 *Cognomento Poppæam.*] Suetonio tamen vocatur *Poppæa Sabina*, Nerone cap. 35. & Othone cap. 3. & Tacito XIV. Ann. ext. & I. Hiſt. niſi forte ſic interpungendum, *Sabinam cognomento, Poppæam.*

11 *In Hiſpania procul & Cajus.*] Ita vulgati omnes corrupte. repone ut in III. MSS. & Veronenſi optimo reperi, *Hiſpaniæ proconſul & Cajus.* Sic fere germanus Victor, *At ni Galba qui Hiſpaniæ præſidebat.* Antea C. Julius Vindex Gallos adverſus Neronem commoverat, Sueton. 40. Deinde Galba Hiſpanias cap. 42. poſt cæterorum exercituum defectio inſequuta eſt. c. 47.

12 *More majorum collo.*] Ex Sueton. 49. qui Claudio cap. 34. *antiqui moris ſupplicium* vocat.

13 *Ad necem cæderetur.*] Addit Eutropius, *atque ita præcipitaretur de ſaxo*, lib. VII. Vide aliud inf. in Didio Juliano, numero 35. Hæc autem olim a Romulo pœna in perduelles conſtituta lege horrendi carminis apud Livium, qui arborem infelicem appellat, velato capite, cervice in furcam inſerta virgis ad necem cædi.

DVVMVIRI. PERDVELLEM. JVDICENT. SI. A. II. VIRIS. PROVOCARIT. PROVOCATIONE. CERTATO. SI. VINCENT. CAPVT. OBNVBITO. ARBORI. INFELICI. SVSPENDITO. VERBERATO. VEL. INTRA. POMOERIVM. VEL. EXTRA. POMOERIVM.

14 *Sequentibus.*] Mirum profecto præteritum ſilentio Doryphorum libertum, ſcelus hominis, cui etiam, ſicut ipſi Sporo, denupſit. Suet. cap. 29. quem tamen alii Pythagoram appellant.

15 *Faone Epafroditoque.*] Per *f.* literam præferunt MSS.

VINETUS.

15 *Phaone.*] Hunc ita declinat Dio. *Phaontem* typographi apud Suetonium.

SCHOTTUS.

16 *Neophytoque.*] *Neophitoque* per *jota* præferunt MSS.

17 *Nero.*) ut gloſſema ſtylo verſo fodiendum cenſeo: quamobrem uncis incluſi. Nec enim comparet in MSS. tribus, &, quam ſæpius laudo, Veronenſi editione, optimæ fidei proxime ſcriptos codices.

18 *Eunucho Sporo.*) Dele τὸ *Sporo*, cum quod a libris veteribus ſcriptis afuit & Veronenſi, tum quia Suetonius, unde hæc fere ſumpta, Epaphrodito a libellis tribuit cap. 49. & Domitiano cap. 14. extremo. Et forte obliterandum

utrum-

perto, a quo feriretur, exclamaret, [19] Itane nec amicum habeo, nec inimicum? dedecorose vixi, [20] turpius peream. [21] Periit anno ætatis tricesimo secundo.
8 Hunc Persæ in tantum dilexerunt, ut legatos mitterent, [22] orantes copiam construendi [23] monumenta.
9 Cæterum adeo cunctæ provinciæ omnisque Roma interitu ejus exsultavit, ut plebs [24] induta pileis manumissio-

utrumque *Eunucho Sporo*, quod ex voce Epaphrodito, quem tantum libertum fuisse didici, fictum factumque ab imperitis librariis puto: propterea quod proxime de *Sporo* mentionem habuisse, & impurum appellare viderent, acuti scilicet homines: sed eruditi lectoris judicium facio.

19 *Itane.*] Totidem verbis Tranquillus cap. 47. extremo. quod sequitur, *dedecorose vixi, turpius peream*, aut male exscripsit centonum consarcinator, aut tunc aliter, atque hodie lectum in Sueton. 49. *Vivo deformiter, ac turpiter*; ubi forte addendum *morior pereo*, &c.

ANNA.

19 Sueton. cap. 49. *Interdum segnitiem suam his verbis increpabat: Vivo deformiter ac turpiter.* Sed aliter noster, neque ideo dicendum est in Suetonio aliquid deesse.

GRUTERUS.

20 *Turpiter peream.*] Maluissem, *pereo*, vel adhuc amplius, *turpius pereo*. Interim minime mirum videri debebat Neroni, turpi vitæ accedere mortem turpem. haud aliter enim fieri solet. De Dicæarcho Polybius libro XVII. cap. 35. f. Παρὰ φύσιν γὰρ ἐνστησάμενος τὸν αὑτοῦ βίον, εἰκότως παρὰ φύσιν καὶ τῆς εἱμαρμένης ἔτυχε: *Qui cum vitam instituisset contra naturam; merito etiam contra naturam fato est functus.* Vellejus libro II. cap. 63. *Juventius Laterensis, vir vita ac morte consentaneus.* Idem de Rufo Egnatio libro eodem cap. 91. f. *Abditusque carceri, cum conscii facinoris mortem dignissimam vita sua obiit.* Denique de Agrippa capite 112. f. *mox que crescentibus indies vitiis, dignum furore suo habuit exitum.*

SCHOTTUS.

21 *Periit ætatis anno.*] De imperii ætatisque annis idem cap. 40. & 57. Periit A. U. C. ut opinor, IↃCCCXXI. M. Ti halo Turpiliano, C. Silio Italico poëta Coss. Quorum hic ut novissimus Nerone factus est Consul; ita reli omnibus quos Nero consules fecerat, superstes fuit. Plinius Cæcilius lib. III. epist. 7.

ANNA.

21 Idem Sueton. cap. 57. prætermisso itidem Imperii tempore quod fuit annorum 13. mens. 7. dier. 28. quamquam aliter Josephus, Zonaras, Clemens, Eusebius, & alii. Qui inter se omnes dissentiunt.

22 *Orantes copiam.*] Hinc intelligendus Suetonius. *Quinetiam Vologesus Parthorum Rex, missis ad senatum legatis, de instauranda societate hoc etiam magnopere oravit, ut Neronis memoria coleretur.*

SCHOTTUS.

23 *Monimenta.*] Alii *monumenti* generandi casu & per *u* in secunda syllaba. Parthorum autem Regem Vologesum per legatos senatum orasse de instauranda societate colendaque memoria Neronis, Suetonius auctor est cap. 57. ubi & de pseudo-Nerone & Parthorum in eum studio, quo de Tacit lib. I. histor. Augustæ sub initium, & copiose libro sequenti.

24 *Induta pileis.*] Ibidem Tranquill. & Tib. cap. 4. Vide quæ notavi olim ad Viros illustres in Cinnam cap. 69.

miſſionum, [25] tanquam ſævo exempta domino triumpharet.

25 *Tanquam ſævo exempta domino.*] Sic interpungo: *tanquam, ſævo exempta domino, triumpharet:* ut tamquam *triumphaſſe* intelligas, ſpeciemque *triumphi* exhibuiſſe: in quo raſo capite *pileis induti* comitabantur. Suetonius enim *plebem pileatam* tantum *tota urbe diſcurriſſe* ait.

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Septem menſes dieſque totidem imperat, in adoleſcentes infamis, ad veſcendum intemperans eſt, trium amicorum conſilio cuncta diſponit, provincias egregie adminiſtrat, militem ſevere tractat & occiditur Galba.



[1] GALBA nobili SULPICIORUM genere pro- 1
genitus, [2] imperavit menſes ſeptem, dieſque
totidem. Iſte in adoleſcentes infamis, ad veſcendum 2
intemperans fuit: [3] trium amicorum conſilio, id eſt
[4] Vi-

SCHOTTUS.

1 *Galba.*] Prænomen ei *Servii*, non *Sergii*, quod gentile nomen eſt. Hoc alii ante nos ex lapidibus literatis, libris veteribus & numiſmatis docuerunt.

ANNA.

2 *Imperavit menſes ſeptem.*] Vide quæ ſupra in Cæſaribus, in Othone dicta ſunt.

3 *Trium amicorum.*] Sueton. cap. 14. *Regebatur trium arbitrio, quos una & intra palatium habitantes, nec unquam non adhærentes, pædagogos vulgo vocabant. Hi erant T. Vinius legatus ejus in Hiſpania, cupiditatis immenſæ: Cornelius Laco, ex aſſeſſore præfectus Prætorii, arrogantia ſocordiaque intolerabilis: Libertus Icelus, paullo ante anulis aureis, & Mar-*

[4] Vinii, [5] Cornelii, & [6] Iceli cuncta disponens, adeo ut [7] intra Palatinas ædes pariter habitarent, &
3 vulgo [8] pædagogi dicerentur. Hic ante sumptam dominationem [9] multas provincias egregie administravit, [10] militem severissime tractans, ita ut ingresso eo castra, vulgaretur statim, [11] *Disce miles militare, Gal-*
4 *ba est*, [12] *non Gætulicus*. Cum [13] septuagesimum tertium ætatis annum ageret, dum factione Othonis accensas legiones [14] lorica tectus lenire contenderet, ad lacum Curtium cæsus est.

C A-

Martiani cognomine ornatus, ac jam summi equestris gradus candidatus.

SCHOTTUS.

* 4 *Junii.*] MSS. omnes diserte *Vinnii* duplici *nn*. Lege litera transposita *Vinii*, non *Junii*, qui Plutarcho est Τίτος 'Ουίνιος vel 'Οβίνιος, ut & in marmoribus antiquis, *V. Vinius*. Repositum igitur nomen a doctis in veterem possessionem, unde furcis exturbatum erat, in Tacito 1. historiæ Augustæ, & Tranqu. Galba cap. 14.

5 *Cornelius.*] Laco, ex assessore Præfectus prætorii. Ibidem Suetonius & Tacitus.

6 *Icelii.*] Gallica editio Gryphii *Cælii*. male. *Icelii* MSS. rectius. Dictus autem *Cajus Icelius*, Martiani cognomine ornatus. Quamquam Vertranius Maurus *Hicellium* aspirationis nota scribendum putet, & geminato *ll*. ad 1. lib. hist. Taciti: qui de his libertis, nequissimis flagitiorum servis legendus.

7 *Intra.*] Reposui ex MSS. Veronensi & Suetonio. Rustice enim *inter ædes* antea legebatur in vulgatis omnibus.

ANNA.

8 *Pædagogi.*] Quasi ita Galbam regerent ut *pædagogi* pueros solent.

SCHOTTUS.

9 *Multas provincias.*] Aquitaniam, Sueton. cap. 6. Africam cap. 7. & Hispaniam cap. 8. & 9. Tacit. 1. histor. Aug.

10 *Militem severissime tractans.*] *Laudata olim & militari fama celebrata severitas ejus.* Erat, & *vox ejus pro Republica honesta, ipsi anceps, legi a se militem, non emi.* Tacitus initio 1. hist. Augustæ, & Tranq. cap. 16.

11 *Disce miles militare.*] Sic & Suetonius Trochaicum extulit. MSS. nostri, *Disce militare miles.* sed nihil interest, neque, ut ille dicebat, in eo positæ fortunæ Græciæ.

ANNA.

12 *Non Gætulicus.*] Lentulo *Gætulico* a Cajo Cæsare substitutus fuerat Galba.

13 *Septuagesimum tertium.*] Idem Sueton. cap. ult.


SCHOTTUS.

14 *Lorica tectus.*] Lintea, Sueton. 19. Tacitus & Plutarchus *thoracem* vocant. De linea *lorica* plura ad Cornelium Nepotem, qui vulgo male Æmilio Probo inscribitur, in vita Iphicratis. Cæterum Otho *lorica* ferrea tectus occurrit: diserte Tacitus 11. Histor.

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Menses quatuor imperat, vita omni turpis, a Vitellio victus semet gladio transfigit Salvius Otho.



[1] SALVIUS OTHO [2] splendidis ortus majoribus, 1
[3] ex opido Ferentino, imperavit [4] menses quatuor, [5] vita omni turpis, maxime adolescentia. Hic 2
a Vitellio primum [6] apud Placentiam, dehinc apud [7] Bebria-

SCHOTTUS.

1 *Salvius Otho.*) Qui *Sylvius* imprimunt, imperite faciunt.

2 *Splendidis majoribus.*) *Origo illi e municipio Ferentino, pater Consularis, avus Prætorius: maternum genus impar, nec tamen indecorum.* &c. Tacit. II. hist. Aug.

3 *Ex opido Ferentino.*) MSS. tamen, & Veronensis *Ferentano* per primam vocalem efferunt, & opidum non municipium faciunt. In Etruria collocat Plinius lib. III. & Strabo v. qui Φερεντῖνον scribit.

4 *Menses quatuor.*) *Tres*, Veronensis, & ita notis Romanis scripserant omnes scripti codices III. Pronus error typographorum, ut solet, addita litera. Tranquillus & Eutropius *nonagesimo & quinto imperii die, voluntaria morte obiisse affirmant, ætatis tricesimo octavo.* Noster vero septimo. Tacitus anobis stat, lib. II. hist. ubi & de justis & inferiis illi datis, *Quidam*, inquit, *militum juxta rogum interficere se, non noxa, neque ob metum; sed æmulatione decoris, & caritate Principis.* Lege & Suetonium cap. 12.

5 *Vita omni turpis.*) Tacitus supra paullo. *Vitellius ventre & gula sibi ipsi hostis, Otho luxu, sævitia, audacia, maxime in juventa, Reipublicæ exitiosior ducebatur.*

6 *Apud Placentiam victus.*) Atqui Spurinna Placentiam tenens Cæcinnam Vitellianum ducem oppugnantem sustinuit, & obsidionem solvere coëgit. Tac. II. Hist. & vicisse Othonem disertim, Suetonius cap. 9.

ANNA.

6 *Et tribus*, inquit Suetonius, *verum mediocribus præliis, apud Alpes, circaque Placentiam, & ad Castoris,*

7 Bebriacum victus, semet gladio transfixit 8 anno ætatis tricesimo septimo. adeo amabilis militibus propriis, ut plerique corpore ejus viso, 9 suis manibus interierint.

storis, quod loco nomen est, vicit, novissimo, maximoque apud Bebriacum fraude superatus est. Placentia in Gallia Cispadana, ad fluvios Eridanum & Trebiam.

SCHOTTUS.

7 *Betriacum.*] Non *Bebriacum* recte scribunt MSS. & Veronensis, ut in optimis Suetonii codicibus. Plutarcho etiam Βητριακόν. In nonnullis *Bedriacum* reperias per delta, ob affinitatem mutarum t & d.

ANNA.

8 *Anno ætatis* 37.) 38. Suetonius. Sed suo more ille annum inchoatum pro pleno numerat.

9 *Suis manibus interierint.) Multi præsentium militum cum plurimo fletu, manus ac pedes jacentis exosculati, fortissimum virum, unicum Imperatorem prædicantes, ibidem statim nec procul a rogo vim suæ vitæ attulerunt.* Sueton. cap. ult.

CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

Menses octo imperat, crudelis, avarus, profusus est, a Vespasiano superatur, & per scalas Gemonias trahitur Vitellius.



1 VITELLIUS ortus familia nobili, patre Lucio Vitellio 1 ter consule, imperavit 2 menses octo.

SCHOTTUS.

1 *Ter consule.) Tertio* Gryphius excudit. In Fastis Capitolinis Consul fuit semel cum Claudio, & Censor anno, ut opinor, ɪↃCCCI. post U. C. Avus eques Romanus, domo Nuceria, & rerum Augusti procurator. Sueton. Vitell. cap. 2.

ANNA.

1 Sueton. cap. 2. *Lucius ex Consulatu Syriæ præpositus*, &c. *mox cum Claudio principe, duos insuper ordi-*

octo. [3] Iſte mente crudelis avaruſque [4] cum profu- 2
ſione fuit. Hujus tempore Veſpaſianus in oriente 3
[5] principatum arripuit: a cujus militibus certamine
[6] ſub muris Urbis habito, ſuperatus, e palatio, quo
ſe abdiderat Vitellius, [7] vinctis a tergo manibus, pro-
ductus, circumducitur ad ſpectaculum vulgi. Ac ne 4
homo impudens, in extremis ſaltem, malorum, quæ
geſſerat, rubore faciem demitteret, [8] ſubjecto in
mentum gladio, ſeminudus, multis cœno, fimo, &
cæteris turpioribus dictu purgamentis vultum ejus in-
ceſſentibus, per ſcalas Gemonias trahitur: [9] ubi Sabi-
num Veſpaſiani fratrem necari permiſerat. [10] Numero- 5
ſis

ordinarios conſulatus cenſuramque geſſit.

SCHOTTUS.

2 *Menſes octo.*) Et diem unum Eutropius lib. VII.

3 *Iſte mente crudelis.*) MSS. & Veronenſis. *Iſte tumens, crudelis.* placet: ſuperbiæ enim exempla congeſſit Tranqu. cap. 10.

4 *Cum profuſione.*) Luxuriæ enim ſævitiæque deditus. Sueton. cap. 13. Tacit. II. Annali. *Prorſus*, inquit, *ſi luxuriam temperaret, avaritiam non timeres.* Epularum fœda & inexplebilis libido: ideo etiam in inferiorem Germaniam miſſum a Galba ſperante *provincialibus copiis profundam ejus gulam poſſe expleri*, auctor idem Tranquillus cap. 7. Vitellii. De hoc ventre lege Tacitum II. III. & IV. Hiſt. Aug.

5 *Principatum arripuit.*) Lege Sueton. cap. 15. *primatus* codex Veronenſis.

ANNA.

6 *Sub muris Urbis habito.*) *Prælia ante Urbem multa & varia, ſed Flavianis conſilio ducum præſtantibus ſæpius proſpera.* Tacit. lib. III. hiſtor.

SCHOTTUS.

7 *Vinctis a tergo.*) *Vinctus* ſcripſit Pithœi codex. *religatis poſt terga manibus*, &c. Suetonius cap. 17. Tacit. III. Annali extr. *Pudenda latebra ſemet occultans, ab Julio Placido Tribuno cohortis protrahitur: vinctæ pone tergum manus, laniata veſte, fœdum ſpectaculum ducebatur.*

ANNA.

8 *Subjecto in mentum gladio*) Sueton. 17. *Donec religatis poſt terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veſte diſciſſa, ſeminudus in forum tractus eſt, inter magna rerum verborumque ludibria, per totum viæ Sacræ ſpatium, reducto coma capite, ceu noxii ſolent, atque etiam mento mucrone gladii ſubjecto, ut viſendam præberet faciem, neve ſummitteret: quibuſdam ſtercore & cœno inceſſentibus*, &c.

9 *Ubi Sabinum.*) Ex Tacito tamen conſtat pro gradibus palatii confoſſum Sabinum fuiſſe, & poſtea in Gemonias pertractum. Illum vide III. hiſtor. Supra autem in Cæſaribus auctor Sabinum cum Capitolio crematum dicit Suetonium ſequutus.

SCHOTTUS.

10 *Numeroſis ictibus.*) *Minutiſſimis ictibus excarnificatus cum fratre L. Vitellio & filio Germanico.* Sueton. 18. *Jugulatus in Tiberim dejectus communi caruit ſepultura.* Eutropius lib. VII. & Oroſius. *Ad Gemonias ubi corpus Flavii Sabini jacuerat, propulere.* Tacit. III. Hiſt. Idem ſupra paullo *capite truncatum Sabinum, in Gemonias tractum* ſcribit. Suetonius vero Capitolio, quo cum Flavianis confugerat, incenſo

ſis ictibus confoſſus interiit. [11] Vixit annos quinquaginta
6 ginta ſeptem. Hi omnes, quos paucis attigi, præcipue
Cæſarum gens, adeo [12] literis culti, atque eloquentia fuere, ut ni cunctis vitiis, abſque Auguſto, [13] nimii forent, profecto [14] texiſſent [15] immodica flagitia.

ſo oppreſſum: Noſter vero Oroſium forte ſequutus, vivum ad ſcalas protractum, ibique interfectum.

ANNA.

11 *Vixit annos 57.*) Idem Suetonius, Tacitus, Eutropius, quidam tres fere annos detrahunt.

SCHOTTUS.

11 *Vixit annos* LXXII. Auguſtanus codex; Veronenſis vero LXVII. neutrum probo: ex compendiis notiſque numerorum menda nata, ut fere in antiquis auctoribus. De ætate lege Tac. III. Hiſt. extr. qui liber in Vitellii vita conſumitur.

12 *Literis culti.*) Ex Cornelio Tacito ſub initium tertii decimi Annalis. Memini videre ab Hadriano Barlando viro, ut tum tempora ferebant, eloquenti libellum editum de literatis urbis Romæ principibus.

13 *Nimii forent.*) Floriacenſis *dediti forent.*

14 *Texiſſent.*) *Traxiſſent* Gryphius edidit.

GRUTERUS.

14 Nimium enim tribueretur literis.

SCHOTTUS.

15 *Immodica.*) Omnes MSS. *modica* præferunt, non *immodica*, & recte. Confirmat eam lectionem & novus Victor.

CAPUT IX.

ARGUMENTUM.

Annos decem imperat, inimicitias obliviſcitur, amicorum motus fert, cauſidicorum dicta contemnit, terrarum orbem reficit, ærarii inopia.... nova vectigalia exquirit, opera reparat & nova inſtituit, vias munit, Vologeſem in pacem cogit, Syriam, Ciliciam Tracheam, Commagenem provinciis addit, inſtitutum uniforme omni imperio tenet & interit Veſpaſianus.



VESPASIANUS imperavit [1] annos decem. Hu- 1. 2
jus inter cætera bona illud singulare fuit, [2] INI-
MICITIAS OBLIVISCI, adeo, ut Vitellii [3] ho-
stis sui filiam locupletissime dotatam, splendidissimo
conjungeret viro. Ferebat patienter [4] amicorum mo- 3
tus, contumeliis eorum, ut erat facetissimus, [5] [di-
ctis] jocularibus respondens. Namque [6] Licinium
[7] Mucianum, [8] quo adjutore ad imperium pervene-
rat, [9] fiducia meritorum insolentem, lepide flectebat,
adhibito aliquo utrique familiari, id unum dicens,
[10] Nosti me virum esse. Sed quid mirum in amicis, cum 4
etiam

ANNA.

1 *Annos decem.*) Sex diebus exceptis. Male Eutropius. *Annum agens imperii nonum & diem septimum.*

2 *Inimicitias.*) *Offensarum & inimicitiarum minime memor executorve. Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam & instruxit.* Sueton. 14.

SCHOTTUS.

3 *Hostis sui filiam.*) Pronomen afuit a Floriacensi & Veronensi, & tollerem, nisi in melioribus Suetonii libris esset totidem verbis cap. 14. ubi vulgati *sibi* non ita recte. *filium* tamen *Mucianus interfici jusserat, mansuram discordiam obtendens, ni femina belli restinxisset.* Tacitus IV. Hist. Aug. extr.

4 *Amicorum motus.*) *Monitus* codex Veronensis sed illud malo, assentiente Tranqu. 13.

5 *Dictis.*) Recte abest a MSS. omnibus & Veronensi. De jocis (sic enim infra appellat) idem cap. 22. & 23. Plautus *ridicularia* vocat Truculento.

VINETUS.

6 *Licinium.*) Hunc *Licinium*, *Licinnum* tribus syllabis quædam ex nostris exemplaribus scribunt.

SCHOTTUS.

7 *Mucianum.*) MSS. scribunt per *t Mutianus.* lapides tamen literati per *c.* & Græcis Μουκιανὸς est.

VINETUS.

7 Apud Dionem, id est *Mucianus:* sicut *Mucius* non per *t*, sed per *c* scribi debet.

SCHOTTUS.

8 *Quo adjutore.*) Muciano enim instigante & adjuvante arripuit Vespasianus imperium. Legendus Tacit. lib. II. III. & IV. Hist. & Sueton. 9. cap. 13.

GRUTERUS.

9 *Fiducia meritorum insolentem.*) Qui Principibus operam dat, Luna videri debet, atque omne suum lumen acceptum ferre Soli; quemadmodum non infrugifera forte diatriba ostendi ad illa Taciti de Silio: *Credebant plerique auctam offensionem ipsius intemperantia, immodice jactantis, suum militem in obsequio duravisse; cum alii ad seditiones prolaberentur: neque mansurum Tiberio imperium, si iis quoque legionibus cupido novandi fuisset. Destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. nam beneficia eo usque læta sunt, dum videntur exsolvi posse; ubi multum antevenere; pro gratia odium redditur.* lib. 4. Annal. cap. 18.

10 *Nosti me virum esse.*] Sensus nimium fere patet. & tamen plus quam ridiculus est Scipio Ammiratus sub finem Discursus octavi, libro 1. in Tacitum. ubi interpretatur illud Vespasiani ad Mucianum, cujus

etiam causidicorum [11] obliqua dicta, [12] & philosophorum contumaciam contemneret? [13] Iste exsanguem
5 diu, fessumque terrarum orbem brevi refecit. Namque primum satellites tyrannidis, nisi qui forte atrocius longe processerant, flectere potius maluit, quam excruciatos delere, [14] prudentissime ratus, nefaria ministe-
6 ria a pluribus metu curari. Præterea legibus æquissimis monendo, quodque vehementius est, vitæ specie,
7 vitiorum plura aboleverat. Infirmus tamen, [15] uti quidam prave putant, adversus pecuniam, cum satis constet ærarii inopia, & clade urbium, novas eum neque postea habitas vectigalium pensiones exquisivis-
8 se. Hic Romam [16] deformem incendiis veteribus ac ruinis, [17] permissa, si domini deessent, volentibus ædifi-

cujus meminit Suetonius capite 13. *Ego tamen vir sum.* quippe nihil aliud vult, quam quod Valerius Asiaticus, qui objectanti ipsi mollitiam corporis Suilio; *victo silentio prorupit reus, & interroga, inquit, Suili, filios tuos; virum me esse fatebuntur.* libro XI. Annal. cap. 2. p.

SCHOTTUS.

11 *Obliqua dicta.*) *Figuras* Sueton. cap. 13. & Domit. 10. *Morsus figuratos* Macrob. lib. VII. Saturn. vocat.

ANNA.

11 Eutrop. convicia. Græci σχήματα, ἐννοίας. Figurarum exempla sunt hæc. Ælius Spartianus in Severo: *Damnabantur plerique cur jocati essent, alii cur tacuissent, alii cur pleraque figurata dixissent, ut quod esset Imperator vere nominis sui, vere Pertinax, vere Severus.*

12 *Philosophorum contumaciam.*] *Demetrium Cynicum in itinere obvium sibi post damnationem, ac neque assurgere, neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit* canem *appellare.* Sueton. 13.

13 *Iste exsanguem.*] Eadem quæ in Cæsaribus.

GRUTERUS.

14 *Prudentissime ratus, nefaria ministeria a pluribus metu curari.*] Vere. unde & Pertinax apud Capitolinum capite 5. Falconi: *Juvenis es Consul, nec parendi scis necessitatem. paruerunt inviti Commodo: sed ubi habuerunt facultatem, quid semper voluerint ostenderunt.* Curtius Montanus apud Tacitum libro IV. Histor. cap. 42. *Hæc certe*, inquit, *Nero non coëgit, nec dignitatem aut salutem illa sævitia redemisti. Sane toleremus istorum defensiones qui perdere alios, quam periclitari ipsi maluerunt.* ubi nos plura: quemadmodum etiam eodem quidem libro, sed sectione octava. ibi enim luculenter ostendi, *scelerum tyrannicorum illud esse vel maximum, quod nemo omnium satis tutus sit, si recte faciat*, uti loquitur fere Lepidus Consul apud Sallustium in fragmentis.

SCHOTTUS.

15 *Uti quidam prave putant.*) In his Corn. Tacit. II. Hist. Aug. *Prorsus, si avaritia abesset, antiquis ducibus par.*

16 *Deformem incendiis.*) Iisdem verbis Sueton. cap. 8. & 9.

ANNA.

17 *Permissa.*) Sueton. 8. *Vacuas areas*

ædificandi copia, [18] Capitolium, ædem Pacis, Claudii monumenta reparavit: multaque nova instituit.
Per omnes terras, qua jus Romanum est, renovatæ 9
urbes cultu egregio: viæ operibus maximis munitæ
sunt. Tunc cavati montes per Flaminiam sunt [19] pro- 10
no transgressu, quæ vulgariter [20] Pertusa petra vocitatur.
Mille gentes compositæ, cum ducentas ægerrime 11
reperisset, exstinctis sævitia tyrannorum plerisque.
Rex Parthorum [21] Vologeses metu solo [22] in 12
pace coactus est. [23] Syria seu Palæstina, nec non Ci- 13
licia Trachea, & Commagene, quam hodie [24] Augustophratensem nominamus, provinciis accessere.
Judæi

areas occupare & ædificare, si possessores cessarent, cuicumque permisit.

SCHOTTUS.

18 *Capitolium.*) De *Capitolii* varia fortuna primaque origine Plutarchus Poplicola, & Tacitus III. Histor. Augustæ legendi.

19 *Prono transgressu.*) *Prono transgreßui* Cujacii codex.

20 *Pertusa petra.*) *Pertunsa petra* constanter omnes scribunt.

ANNA.

20 Hunc tamen locum prope Puteolos locat Paullus Diaconus. Vide in Cæsaribus.

SCHOTTUS.

21 *Vologeses.*) In Suetonio 9. *Vologesus* optimi libri inflectunt.

22 *In pace.*) *In pacem* accusandi casu MSS. quæ lectio nimium quantum præstat.

23 *Syria seu Palæstina, nec non Cilicia Trachea.*) Sic vulga fere omnes, nisi quod *Tracheta* Cratandri editio præferat; MSS. vero nostri, & Veronensis *Syria cui Palæstina nomen est, Ciliciaque ac Trachia & Comagene*: quam lectionem in suis MSS. etiam reperit doctissimus Vinetus. Floriacensis tamen *Tracia & Commagena* scribit per primam vocalem. Eutropius *Trachiam Ciliciam, Tracheam Commagenem, quæ sub Regibus amicis erant, in provinciarum formam redegit.* Apud Suetonium quoque cap. 8. *Trachiam* in antiquis libris scriptum fuisse testatur Theodorus Pulmannus noster, qui jam diu suam in emendandis auctoribus fidem diligentiamque doctis probavit. Atqui ea jam inde a Claudii imperio in ditionem populo Romano concesserat. Eusebius Chronic. Ciliciam vero multo ante Servilius domuit, de eaque & Isauris triumphavit, & Isauricus dictus. Assentior itaque L. Torrentio, qui *Trachiam* in Eutropio expungit, & doctissimo Turnebo qui *Tracheam Ciliciam* in Suetonio legendum censet, quod duplex ea Geographis sit: & Claudius Imperator Polemoni, adempto Bosporo Thracio, Ciliciæ partem attribuerit: auctor Dio. Confirmatur & auctoris nostri auctoritate: cujus tamen MSS. *Ciliciaque ac Trachia* scribunt. Illud non celabo, perpetuo ita scribere eosdem, tametsi *Thraciam* significare vellent, ex hoc forte loco erroris origine imperitis librariis objecta.

ANNA.

23 *Cilicia Trachea*, est *Cilicia* maritima, *Trachea* ab asperitate dicta. τραχὺς, τραχεῖα, *asper*, *aspera*. Comagena ad Euphratem.

24 *Augustophratensem.*) Sic in libro Notitiæ Imperii *Augustofretensis*,

14 Judæi quoque additi ſunt. Hic monentibus amicis, ut caveret a [25] Metio [26] Pompoſiano, de quo ſermo percrebuerat regnaturum, conſulem fecit, alludens tali cavillo, quandoque memor erit tanti beneficii.
15 [27] Inſtitutum vero uniforme omni imperio tenuit. [28] Vigilare de nocte, [29] publiciſque actibus abſolutis caros admittere, dum ſalutatur calceamenta ſumens & regium veſtitum. Poſt autem negotiis [30] quæcumque adveniſſent, [31] auditis, [32] exerceri vectatione, deinde requieſcere: poſtremo ubi laviſſet, remiſſiore animo
16 convivium curabat. Plura dicere ſtudium coëgit imperatoris boni, quem ab Auguſti morte [33] poſt annos ſex & quinquaginta, Romana reſpublica exſanguis ſævitia tyrannorum, quaſi fato quodam, ne penitus
17 rueret, aſſequuta eſt. Itaque [34] annum agens vitæ abſque

tenſis, dicitur & *Euphrateſia*, & *Auguſta Euphrateſia*.

SCHOTTUS.

25 *Metio, de quo percrebuerat regnaturum.*) Suetonius *geneſim habere imperatoriam*, cap. 19 & Domit. cap. 10. idcirco interfectum ait. Cæterum *Mettium* & *percrebruerat* geminatis conſonantibus ſcribunt: De hoc certant Manutius & Lambinus. Hæc autem periodus, ut quod ſentio dicam, ſupra collocanda erat poſt Mucianum. Sed centones conſarcinavit, & Suetonii fere ordinem in deſcribendo ſequutum apparet.

VINETUS.

26 *Pompoſiano.*) Sic ſcribitut apud Suetonium. in Dionis epitome eſt Μέτιος Πομπυσιανός. extraordinarius conſul fuit.

ANNA.

27 *Inſtitutum.*) Sueton. 21. *Ordinem vitæ fere hunc tenuit. in principatu maturus ſemper, ac de noctu evigilabat: deinde perlectis Epiſtolis, officiorumque omnium breviariis, amicos admittebat, ac dum ſalutabatur, & calceabat ipſe ſeſe & amiciebat: poſt deciſa quæcumque obveniſſent negotia, geſtationi & inde quieti vacabat.*

SCHOTTUS.

28 *Vigilare de nocte.*) Noctibus uti ſolitum Veſpaſianum teſtis quoque Plinius Cæcilius lib. III. ubi de avunculo agit, qui ante lucem ad eum commeare ſolitus erat.

ANNA.

29 *Publiciſque actibus.*) *Perlectis epiſtolis, officiorumque omnium breviariis.* Sueton. ſupra

SCHOTTUS.

30 *Quæcumque adveniſſent.*) Ex Tranquillo ſumpta, qui tamen *obveniſſent* dixit, rectius.

31 Pro *Auditis.*) *Deciſis* Tranquillus, quod amplius. cap. 21.

32 *Exerceri vectatione.*) De Caligula idem cap. 3. *uſum aſſidua equi vectatione poſt cibum.* Sic enim interpungendum recte docuit Lævinus Torrentius, de Domitiano vero cap. 19.

ANNA.

33 *Poſt annos ſex & quinquaginta.*) Si Veſpaſiani imperium ducas ab anno quo Vitellius occiſus, anni erunt ab Auguſti morte 55.

SCHOTTUS.

34 *Annum agens vitæ.*) *Exſtinctus eſt* IIX. *Kalend. Julii, annum gerens ætatis ſexageſimum ac nonum, ſuper-*

que uno ſeptuageſimum, ſeriis joca, quibus delectabatur, admiſcens, interiit. Quippe primo cum [35] criti- 18
nitum ſidus apparuiſſet, Iſtud, inquit, ad Regem Perſarum pertinet, [36] cui capillus effuſior. Deinde [37] ventris eluvie feſſus, & aſſurgens, [38] ſtantem, ait, imperatorem excedere terris decet.

ſuperque menſem ac diem ſeptimum. Sueton. cap. 24.

ANNA.

34 Quippe natus 17. Novembr. ann. poſt C. N. 9. mortuus die 24. Jun. an. 79. & ita Suetonius.

SCHOTTUS.

35 *Crinitum ſidus.*) A Suetonio eſt cap. 23. *Cometam* vocant Phyſici, de quo Plinius lib. II. cap. 25. & Seneca quæſt. Natur. lib. VII. *Summis poteſtatibus exitium portendere vulgo putatur.* Idem Sueton. Nerone cap. 36. & Claudio cap. 46. Tacitus de Neronis ætate Annali XIV. *Sidus Cometes effulſit, de quo vulgi opinio eſt tamquam mutationem regnis portendat.*

36 *Cui capillus effuſior.*) Romanos barbam ponere, in luctu vero ſummittere ſolitos; contra Regulos externos feciſſe conſtat: Sueton. Calig. cap. 6. Xiphilin. in Trajano (qui tamen Hadrianum Imperatorem mentum non raſiſſe ait) Tacitus Hiſt. IV. de Civili. & lib. de Moribus German.

ANNA.

36 *Ad Parthorum Regem qui capillatus eſſet.* Sueton. ibidem, ergo Parthi, qui Perſæ. eos autem capillatos, veteres docent, & nummi & lapides oſtendunt.

SCHOTTUS.

37 *Ventris eluvie.*) *Alvo uſque ad defectionem ſoluta.* Suetonius. Quare non placet Germanicorum & Gallicorum exemplarium τὸ *ingluvie.*

38 *Stantem Imperatorem excedere.*) Hinc Julius Cæſar *repentinum inopinatumque vitæ exitum*, tamquam *commodiſſimum præferebat.* Sueton. Cæſare cap. 87. Quod dictum & Turbo uſurpavit apud Hadrianum Imperatorem teſte Xiphilino e Dione.

CAPUT X.

ARGUMENTUM.

Annos duos...... imperat, ſtudiis.... eſt deditus, avaritiæ & intemperantiæ quaſi ſigna profert, magnificæ eſt liberalitatis, poteſtates fato dari aſſerit, in Campania & Romæ quod fuit vexatis ſubvenit & febri interit Titus.

TITUS vocabulo patris etiam VESPASIANUS 1
dictus, [1] matre liberta [2] DOMITILLA nomine

ANNA.

1 *Matre liberta.*] *Flavia Domitilla Statilii Capellæ equitis Rom. Sabratenſis ex Africa delegata olim, Latinæque conditionis, ſed mox ingenua & civis Romana recuperatorio judicio pronuntiata.* Sueton. Veſpaſiano 3.



mine genitus, imperavit annos duos, & menses duos,
2 diesque viginti. Iste [3] a puero præclaris studiis, probitatis, militiæ, literarum instantissime deditus, quo contenderit, animi & corporis muneribus ostendit.
3 Hic ubi patriæ curam suscepit, incredibile est, quantum quos imitabatur, anteierit, præcipue clementia, liberalitate, honorificentia, ac pecuniæ contemptu: quæ eo amplius grata fuere, quod ex nonnullis a privato adhuc [4] patratis, asperior, [5] luxuriæ & avaritiæ
4 amans credebatur fore. Namque præfecturam prætorianam patre imperante adeptus, [6] suspectum quemque

que

SCHOTTUS.

1 Ubi *libertam delegatam* legendum conjectat doctissimus Torrentius, quod & hoc loco probatur, & L. antiqui pro *liberto* vel *liberta* sæpe scribebant.

VINETUS.

2 *Domitilla.*] *Domitius, Domitianus, Domitilla*, quintam literam *t*, non *c* debent habere.

ANNA.

3 *A puero præclaris studiis.*] *In puero statim corporis animique dotes explenduerunt, magis ac magis deinceps per ætatis gradus*, &c. *Armorum & equitandi peritissimus, Latinæ Græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promptus, & facilis ad extemporalitatem usque.* Sueton. cap. 3.

SCHOTTUS.

3 De Titi eloquentia virtuteque bellica, quibus domi militiæque claruit, Plinius avunculus in eleganti illa præfatione operis Natur. hist. ad Titum.

4 *Patratis.*] *Paratis* MSS. *privatis asperior* vulgati fere omnes, quasi *a privato* ita dictum sit, ut *a pueris*.

5 *Luxuriæ....*] *Luxuriæque & avaritiæ amans credebatur*, Veronensis editio ut absit *fore*: vide infra in Theodosio, & Sueton. cap. 6. &, unde hæc sumpta ad verbum sunt, 7.

ANNA.

6 *Suspectum quemque.*] *Suspectissimum quemque sibi, summissis qui per theatra & castra quasi consensu ad pœnam deposcerent, haud cunctanter oppressit.* Sueton. 6.

7 Im-

que & oppoſitum ſibi, [7] immiſſis, qui [8] per theatra & caſtra invidioſa jactantes ad pœnam [9] poſcerent, quaſi criminis convictos oppreſſit. [10] In quibus [11] Cæcinam conſularem adhibitum cœnæ, vix dum triclinio egreſſum, ob ſuſpicionem [12] ſtupratæ [13] Berenices [14] uxoris ſuæ, jugulari juſſit. [15] Jurgia autem ſub pa- 5
tre venumdata. rapinarum cupidum: unde Neronem cuncti [16] vocantes opinanteſque ſummam rerum nactum graviter acceperant. [17] Sed hæc in melius converſa 6
adeo ei immortalem gloriam contulere, ut DELICIÆ ATQUE AMOR humani generis appellaretur. Denique ut ſubiit pondus regium, Berenicem nu- 7
ptias ſuas ſperantem regredi domum, & [18] enervatorum

SCHOTTUS.

7 *Immiſſis.*] Ubi Noſter, *ſubmiſſis* habet Suetonius.

8 *Per theatra & caſtris.*] In Veronenſi & MSS. vario caſu.

9 *Poſcerent.*] Habet noſter, non ita recte, ubi Suetonius *depoſcerent.*

10 *In quibus.*] MSS. antique *in queis.*

11 *Cæcinam.*] Simplici *n* MSS. ſcribunt recte. Dictus enim *A. Licinius Cæcina.*

VINETUS.

11 Hic eſt Aulus *Cæcina* apud Suetonium. *Cæcina* autem varie ſcribitur in noſtris exemplaribus, *Cæcinna, Cecina, Cecinna.*

SCHOTTUS.

12 *Stupratæ.*] Rurſum hæc a Suetonio ſunt; qui tamen tamquam *conjurationis*, non adulterii reum, confodi juſſum ait.

13 *Berenices.*] *Berenicis* libri veteres inflectunt.

VINETUS.

13 *Berenices* legendum puto, ſicut apud Suetonium ſcribitur. Effertur enim ſicut *Penelope.* ea eſt *Beronice*, o pro e, in ſecunda ſyllaba apud Dionem idemque nomen *Veronica.*

SCHOTTUS.

14 *Uxoris.*] Eam nomine dignabatur, *nuptias* tantum *pollicitus.* Sueton. cap. 7. Tacit. II. hiſt. Auguſtæ.

15 *Jurgia.*) Id eſt, jura: ſic Catullus & infra Nerva *jurgiorum diſceptator* dicitur. Divine igitur Torrentius, qui in Suetonio *cognitionibus patriis* repoſuit, ita flagitante hiſtoriæ veritate, pro quo vulgo *concionibus*: corrupte haud dubie.

16 *Vocantes, opinanteſque.*) MSS. & Veronenſis optime *opinantes vocanteſque*, quos ſequor. & Suetonius: *Propalam alium Neronem & opinabantur, & prædicabant*, cap. 7.

ANNA.

17 *Sed hæc in melius.*) Suetonius. *Ac illi ea fama pro bono ceſſit, converſaque eſt in maximas laudes: neque ullo vitio reperto, & contra virtutibus ſummis.*

SCHOTTUS.

18 *Enervatorum.*) *Delicatorum.* Idem Tranquillus, qui tamen ſpectare tantum eos deſiiſſe Titum ſcribit, non ejeciſſe; Domitianum vero ſcena hiſtrionibus interdixiſſe; in Domitiano cap. 7. Quid ſi eunuchos non hiſtriones intelligas? quibus Reginæ, Ægypti præſertim, uti ſolent. Terent. Eunucho.

Contaminatum congregem turpium
Morbo virorum.

Vocat Horat. I. Carminum; ita enim reſtituit doctiſſimus Scaliger.

19 *Signum*

8 rum greges abire præcepit. Quo facto, quaſi [19] ſignum protulit mutatæ intemperantiæ. Dehinc cum [20] donata conceſſave a prioribus principibus firmare inſequentes [21] ſolerent, [22] ſimul [ut] imperium cepit,
9 talia poſſidentibus edicto ſponte cavit. Quadam etiam die, [23] recordans veſperi nihil ſe cuiquam præſtitiſſe, venerando cœleſtique dicto, AMICI, ait [24] PERDIDIMUS DIEM: quia erat magnificæ liberalitatis.
10 Clementiam vero uſque eo perduxit, ut [25] ampliſſimi ordinis duo cum adverſus eum conjuraſſent, neque abnuere cogitatum ſcelus quirent, monuerit primo: poſt [26] deductos in ſpectaculum [27] ſecum, utrimque aſſidere juſſerit: petitoque ex induſtria [28] mirmillonum, quorum pugnæ viſebantur, gladio, quaſi ad explorandam aciem, uni atque alteri commiſerit: quibus perculſis & conſtantiam mirantibus diceret, Videtiſne [29] POTESTATES fato dari, fruſtraque tentari facinus potiundi ſpe, vel amittendi metu?
11 [30] Fratrem quoque Domitianum parantem inſidias, militum-

19 *Signum protulit.*] Non male etiam *prætulit*: ſic facem novæ nuptæ præferebant: & vide Servium ad initium VIII. Æneidos.

20 *Donata.*) Auguſtanus codex *damnata conceſſave* pro *donata*.

21 *Solerent.*) Quamvis in ſcriptis codicibus comparet, non placet.

22 *Simul imperium.*) Venuſtum, Horatii more. Res nota ex Sueton. cap. 8. Addit Cratandri editio *cavit vel conceſſit*.

ANNA.

23 *Recordans veſperi.*) *Atque etiam recordans ſuper cœnam, quod nihil cuiquam tota die præſtitiſſet, memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit: amici! diem perdidi.* Sueton. 8.

SCHOTTUS.

24 *Perdidimus diem.*) Laudat aureum hoc dictum præter Tranquillum cap. 8. Auſonius in Panegyrico. Scitum illud Apellis: *Nullam hodie lineam duxi.*

25 *Ampliſſimi ordinis duo.*) *Patricii generis*, inquit Sueton. 9. Simile factum Nervæ tribuit Xiphilinus ex Dione, in quem Craſſus Calpurnius Craſſorum nepos conjuraverat: cujus & in Trajano idem meminit.

26 *Deductos.*) *Eductos* Veronenſis. illud malo.

27 *Secum utrumque aſſidere.*) Idem conjungit. cæteri vulgati omnes *ſe utrimque*.

ANNA.

28 *Mirmillonum.*] Gladiatorum, quorum alii retiarii, Threces alii, *mirmillones*, ſequutores, &c. *Mirmillones*, qui e Gallia venerant, dicebantur.

SCHOTTUS.

29 *Poteſtates.*] *Poteſtatem* Veronenſis.

ANNA.

30 *Fratrem ſuum.*] Vide Sueton. 9.

militumque animos ſollicitantem, flens ſæpius obteſtatus eſt, ne parricidio aſſequi cuperet, quod & ſe volente eſſet obventurum ei, & jam haberet, cum ſit
particeps poteſtatis. [31] Hujus tempore mons [32] Ve- 12
ſuvius in Campania [33] ardere cœpit: incendiumque
Romæ ſine nocturna requie per triduum fuit. [34] Lues 13
quoque, quanta vix umquam antea, [fuit.] [35] Qui- 14
bus malis nonnullis vexatis, pecunia propria ſubvenit, cunctis remediorum generibus, nunc ægrotantes per ſemetipſum reficiens, nunc conſolans ſuorum morti-
bus afflictos. Vixit annos quadraginta unum: & in 15
eodem, quo pater, apud Sabinos agro, febri inter-
iit. Hujus mors, credi vix poteſt, quantum luctus 16
Urbi, provinciiſque intulerit, adeo ut cum delicias publicas, ſicut diximus, appellantes, quaſi perpetuo cuſtode orbatum terrarum orbem deflerent.

C A-

31 *Hujus tempore.*] An. U. C. 731. poſt C. N. 79. *Quædam ſub eo fortuita ac triſtia acciderunt. Ut conflagratio Veſuvii, in Campania: & incendium Romæ per triduum, totidemque noctes, item peſtilentia quanta non temere alias.* Sueton. 8.

SCHOTTUS.

32 *Veſuvius.*] Varie appellatur & ſcribitur mons ille Plinii avunculi morte & incendio nobilis. *Veſubius* ſcriptum habent codices, quibus uſus ſum, calamo exarati, ex frequenti commutatione *b* & *u*; ut Hiſpanis vonum bonum ſapit. Vidi qui *Veſevius* vel *Veſebius* ſcriberent. Eſt apud me vita Plinii majoris Suetonio inſcripta MS. ex bibliotheca Pithœi, ubi *Veſuium* appellatum video, extrita tertia *u* litera. juxta Neapolim eſt, ad mare vergens. Eleganter incendium hoc deſcripſit Dio, qui Βέσβιον appellat, ut *Veſevum* Maro. Vide Sueton. 8. cap. & Abrahami Ortelii amiciſſimi civis mei Synonymiam Geographicam, accurate diligenterque concinnatam.

ANNA.

33 *Ardere cœpit.*] Vide de Veſuvii montis incendio elegantiſſimam Plin. Epiſtolam lib. VI. Ep. 16.

34 *Lues.*] Proprie de peſtilentia.

SCHOTTUS.

35 *Quibus malis nonnullis vexatis.*] Sic quatuor vulgati Gallici & Germanici. Veronenſis & MSS. *Quibus tamen malis nullo vexato.* vere, ad Suetonii, unde exſcripta ſunt, ſenſum. Alio reſpexerunt emendatores illi, aut aliud agebant.

ANNA.

35 Verum non ideo recepta lectio temere damnanda. Non ſolum enim eos reſpicit qui Urbis, ſed etiam reliquos omnes qui Veſuvii montis incendio læſi ſunt. Neque minus ea ad Suetonii mentem facit, qui ibidem: *In his tot adverſis ac talibus, non modo principis ſollicitudinem, ſed & parentis affectum unicum præſtitit: nunc conſolando quatenus ſuppeteret facultas.*

1 Veſpa-

CAPUT XI.

ARGUMENTUM.

Annos quindecim imperat, Cattos Germanosque vincit, ædificia vel cœpta, vel a fundamentis construit, bibliothecas reparat, sagittarum doctus est, libidine & sævitia furit, & multis vulneribus confoditur Domitianus.



1 DOMITIANUS [1] VESPASIANI & [2] DOMITILLÆ libertæ filius, germanus Titi, im-
2 peravit [3] annos quindecim. Iste primo clementiam simulans, neque adeo iners, [4] domi bellique tolerantior videbatur: idcircoque Cattos Germanosque
3 devicit. jus æquissime dixit. Romæ multa ædificia
4 [5] vel cœpta, vel a fundamentis construxit. BIBLIOTHECAS [6] incendio consumptas, petitis undique, præsertim [7] Alexandria, exemplis, reparavit. [8] Sa-

SCHOTTUS.

1 *Vespasiani.*] Aberat a vulgatis omnibus Nos e MSS. & Veronensi reposuimus, nisi *etiam* pro *&* legere mavis.

2 *Domitillæ.*] Ut *Domitianus* per *t* scribunt MSS. & numi qui sunt Augerii Busbequii V. C. Editi libri *Domicillæ.*

ANNA.

3 *Annos quindecim.*] Et dies 5.

4 *Domi bellique.*] Aliter in Cæsaribus: *Neque adeo iners domi, belloque tolerantior.*

SCHOTTUS.

5 *Vel Cœpta.*] Requiro in Veronensi libro, & certe abesse potest, ut patet ex Suetonio cap. 5.

6 *Incendio consumptas.*] Tralata huc ad verbum ex Sueton. cap. 20. nisi quod *absumptas* habet, melius.

7 *Alexandria exemplis petitis.*] Atqui bello *Alexandrino* bibliothe-

[8] Sagittarum tam doctus fuit, ut inter patentes digitos 5
extentæ manus viri procul positi spicula [9] ejus transvo-
larent. Dehinc atrox [10] cædibus, bonorum supplicia 6
agere cœpit: ac [11] more Caligulæ dominum sese deum-
que dici coëgit: [12] segnisque ridicule, remotis omni-
bus, muscarum agmina persequebatur. Furens libi- 7
dine: cujus fœdum exercitium, Græcorum lingua
[13] κλινοπάλην vocabat. Hinc percontanti cuidam, 8
quisquamne in palatio esset, [14] responsum [est,] [15] Ne
musca quidem. His ejus sævitiis, ac maxime injuria 9
verborum, qua [se] [16] scortum vocari dolebat, ac-
census

ea ea conflagrarat: quomodo ergo inde allati libri? Sustineo.

8 *Sagittarum.*] Rursus a Suetonio est 19. qui tamen *pueri* habet, non *viri*.

9 *Ejus.*] Pronomen adscripsi ex Veronensi.

10 Tò *cædibus.*] Afuit ab eodem Veronensi.

11 *More Caligulæ.*] *C.* pronomen addunt MSS. Eusebius vero Chronicis Domitianum primum sibi Domini nomen vindicasse ait supra cap. 3.

12 *Segnisque.*] Pithœi codex *dignisque.* quod forte non rejiciendum, ut de honoratioribus aulicis accipiamus. Cujacii & P. Danielis *signisque*, quomodo & Veronensis. At quare *segnis* qui horas diligenter operi faciundo publicisque negotiis agendis partiebatur? Lævin. Torrentius in Suetonium de ingenio *stylisque* tentabat: quam lectionem utinam confirmarent libri veteres. Favet satis, unde hæc transcripta sunt, Tranq. codex. *Muscas*, inquit, *captare ac stylo præacuto configere.* cap. 3.

13 Κλινοπάλην.] Latinis literis MSS. duo *clinopalen* Cujacii κλινοπάλην. Veronensis vero καινοπάλην; quæ vox nescio an alibi extet, a καίνομαι facta. Mendæ occasionem dedit Græcarum literarum capitalium similitudo Α. & Λ. Martialis lib. XIIII. Epigrammatum, qui & ipse Domitiani æqualis:

Non amo qui vincit, sed qui succumbere novit:
Et didicit melius τὴν ἀνακλινοπάλην.

14 *Responsum.*] A Vibio Crispo, de cujus jocis etiam Xiphilinus. Rursum locus hic mutilus est & male consarcinatus; addendum enim erat, *ne musca quidem nisi apud palæstram.* Quod si non impetro; transposita quædam esse nemo non videt: quid enim iis quæ de libidine interjecta sunt, respondet?

ANNA.

15 *Ne musca quidem.*] Sic Suetonius. Sed plenius in Cæsaribus. Locum adi.

SCHOTTUS.

16 *Scortum.*] Pro puero meritorio. Utitur Suetonius quoque Vitellio cap. 3. & Victor noster de viris illustr. Catone.

GRUTERUS.

16 Sic est. non unus Principum periit ob verborum licentiam effrenem. Sunt enim multi in aula, qui perferant omnia fanda ac nefanda, sed ea tamen deinde etiam nolunt exprobrari, aut objici. exemplum exstat luculentum apud Aristotelem lib. v. Politicorum cap. 10. ubi Ambraciæ tyranno insidiæ sunt, διὰ τὸ συμπίνοντα μετὰ τῶν παιδικῶν, ἐρωτῆσαι

census [17] Antonius curans Germaniam superiorem,
10 imperium corripuit. Quo per [18] Norbanum Appium
acie strato Domitianus longe tetrior, in omne homi-
num genus, etiam in suos, ferarum more grassaba-
11 tur. Igitur metu crudelitatis, & conscientiæ suæ con-
juravere plerique, impulsoribus Parthenio procurante
cubiculum, & [19] Stephano, & tum ob fraudem in-
terceptæ pecuniæ supplicium suspectante, [20] Clodia-
no, adscita etiam in consilium tyranni uxore Domi-
tia, ob amorem Paridis histrionis a principe cruciatus
12 formidante. Domitianum multis vulneribus confo-
diunt, post annum quintum & quadragesimum vitæ.
13 At senatus gladiatoris more funus [21] efferri, raden-
14 dumque nomen decrevit. Hujus tempore [22] sæcula-
res ludi celebrati sunt.

Hacte-

τῆσαι αὐτὸν, εἰ ἤδη ἐξ αὐτῶ κὐδ.

ANNA.

17 *Antonius.*] L. Antonius Superioris Germaniæ præses. Vide Sueton. 6. hoc factum est decimo sexto Domitiani Consulatu. An. U. 844. post C. N. 92.

SCHOTTUS.

18 *Norbanum Appium.*] Postulat susceptum negotium, ut quæ in veteribus exemplaribus reperi, bona fide repræsentem, etiam quæ damnem, ut aliis etiam ansa detur verum exsculpendi. Floriacensis *Narbonum Lappium* vocat. Veronensis *Norbajum Lappium*: *Normanium Appium* Germanicæ & Gallicanæ editiones. Hujus nomen in Suetonio non exstat, nisi quod cujusdam *Norbani* consulatus meminit Vitellio cap. 3. Ille vero L. Antoninus Saturninus dictus, in quem lepide lusit Martialis lib. IIII. epigram. II.

VINETUS.

18 *Lapium Norbanum* scribit vetus codex. Dio *Lucium Maximum* vocat, qui Lucium Antonium Germaniæ præsidem interfecit, qui bellum civile moverat.

SCHOTTUS.

19 *Stephano.*] Procuratore Domitillæ. Sueton. 17. Zonaras interfectum ait, patrata cæde Tyranni, ab iis qui conjurationis conscii non erant. de hoc inf. cap. 12.

20 *Clodianus.*] Cornicularius fuit; de quo officio militari dicere memini ad Viros illustres in Æmilio Scauro.

ANNA.

20 *Clodianum* interceptæ pecuniæ reum dicit; Suetonius vero Stephanum. *Stephanus*, inquit, cap. 17. *Domitillæ procurator, & tunc interceptarum pecuniarum reus, consilium operamque obtulit.* Rescribendum puto: *Parthenio procurante cubiculum, & Stephano tum ob fraudem interceptæ pecuniæ supplicium suspectante, & Clodiano, adscita etiam*, &c.

SCHOTTUS.

21 *Efferri.*] *Per vespillones populari sandapila: & senatus eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decrevit.* Sueton. 17. & 23.

22 *Sæculares ludi.*] Computata ratione temporum ab anno, non quo

Hactenus Romæ, ſeu per Italiam orti imperium rexere: hinc advenæ. Unde compertum eſt, urbem Romam externorum virtute creviſſe. Quid enim Nerva prudentius aut [23] moderatius? quid Trajano divinius? quid præſtantius Adriano?

quo Claudius proxime, ſed quo Auguſtus olim ediderat. Sueton. 4. cap. Tacitus XI. Annali, ſe iis intentius adfuiſſe ſcribit ſacerdotio XV. Virali præditum, poſt Prætorem. Dolendum vero libros quibus res Imperatoris Domitiani compoſuit, intercidiſſe. Annus hic, opinor, fuit U. C. IↃCCCXLI.

ANNA.

22 Quamquam nec plane eam rationem ſervaverit. Auguſtus enim quintos ludos ſæculares fecit an. ante C. N. 15. hos vero Domitianus an. poſt C. N. 88. deſunt igitur anni ſeptem ut juſtus annorum qui ludos ſæculares intercurrebant, numerus impleatur.

SCHOTTUS.

23 *Moderatius.*] *Lætior Reipublicæ ſtatus evenit abſtinentia & moderatione inſequentium Principum.* Sueton. Domit. extr.

CAPUT XII.

ARGUMENTUM.

Menſes tredecim, dies decem imperat, rumore orto vivere & adfore Domitianum trepidat, ſed confirmatur, a ſenatu gratanter excipitur, Junii Maurici dicto admonetur, interfectoribus Domitiani ad exitium poſtulatis conſternatur, Trajanum adoptat, & vitam finit Coccejus Nerva.



1 COCCEJUS NERVA opido Narniensi genitus,
2 imperavit [1] menses tredecim, dies decem. Iste cum imperium suscepisset, mox rumore orto, vivere atque affore Domitianum, perinde [2] trepidavit, ut colore mutato, [3] verbis amissis, vix consisteret. Sed a [4] Parthenio confirmatus, recepta fiducia, ad solemne
3 delenimentum conversus est. Qui cum in curiam a senatu gratanter exceptus esset, solus ex omnibus [5] Arrius Antoninus vir acer, eique amicissimus conditionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum, gratulari se ait senatui & populo, provinciisque; ipsi autem nequaquam: cui satius fuerat malos semper principes eludere, quam tanti oneris vim sustinentem, [6] non molestiis modo & periculis subjici, sed famæ etiam inimicorum pariter & amicorum: qui cum se mereri omnia præsumunt, si quidquam non extorserint, [7] atrociores sunt ipsis quoque hostibus.

SCHOTTUS.

1 *Menses tredecim.*] *Menses* XVI. *& dies* X. sic MSS. omnes rectius: tot enim numerant Xiphilinus & Eutropius: qui tamen in ætate discrepant. Hic septuagesimo, & altero anno mortuum scribit; ille quincto & sexagesimo additis mensibus & diebus decem.

ANNA.

1 Supra in Cæsaribus Victor. *Mense sexto ac decimo semet eo abdicavit.* Idem Eutropius, nisi quod addit dies octo.

SCHOTTUS.

2 *Trepidavit.*] *mente* addit Veronensis.

3 *Verbis amissis.*] Ita reposui ex MSS. *amicis*, quod est in Vineti editione, vereor ne operarum somnium sit. Adjuvat & Veronensis.

ANNA.

4 *Parthenio.*] Domitiani cubiculum procurante, capite superiori.

SCHOTTUS.

5 *Arrius Antoninus.*] In vulgatis quibusdam *Arius Antonius* appellatur.

ANNA.

5 Avus maternus Antonini Pii. Hoc tangit Capitolinus. *Avus maternus Arrius Antoninus, bis Consul, homo sanctus & qui Nervam miseratus esset quod imperare coepisset.* Utinam vero Nervæ & Trajani vitæ, vel a Capitolino, vel a Spartiano scriptæ superessent, sine dubio, quod optime monuit apud Capitolinum Casaubonus, quæ de Arrio in hac Epitome narrantur, ea ex amissis vitis unius horum scriptorum ad verbum transcripta reperiremus.

SCHOTTUS.

6 *Non molestiis.*] MSS. & Veronensis *haud molestiis.* inde codices quidam *aut* male impresserant. Insignis hic locus communis nescio unde exscriptus.

GRUTERUS.

7 *Atrociores sunt ipsis quoque hostibus.*] Id innumeri experti sunt, tuque etiam, Cai Juli Cæsar. ita enim

bus. Iste quidquid antea pœnæ nomine tributis accesserat, [8] indulsit: afflictas civitates relevavit: puellas, puerosque natos [9] parentibus egestosis sumptu publico per Italiæ opida ali jussit. 4 [10] Hic ne accessum malignorum terreret, [11] Junii Maurici [12] constantis viri dicto [ita] admonetur. 5 [13] Qui convivio familiari

enim de te Vellejus lib. II. cap. 56. *Neque illi tanto viro & tam clementer omnibus victoriis suis uso, plus quinque mensium principalis quies contigit. quippe cum mense Octobri in Urbem revertisset, Idibus Martiis, conjurationis auctoribus Bruto & Cassio, quorum alterum, promittendo Consulatum, non obligaverat; contra differendo Cassium offenderat*, &c.

ANNA.

8 *Indulsit.*] Hæc omnia de Hadriano Spartianus.

VINETUS.

9 *Parentibus egestosis.*] Antiquus liber habet *egestuosis*. Insolens utrumque satis.

SCHOTTUS.

10 *Hic ne accessum malignorum terreret.*] Ita Vinetus edendum curavit, nescio quos libros sequutus. MSS. nostri & vulgati, quotquot vidi, omnes sine ulla varietate, *Hic ne accessu malivolorum terreretur*, non improbo. exstat historia apud Plinium Cæcil. lib. IIII. epistola 22. quem locum felici interpunctione idem Vinetus emendat.

GRUTERUS.

10 Sic quidem Vineti editio, sed nolentibus MSS. & vetustius cusis, in quibus concorditer, *Hic ne accessu malignorum terreretur*; quod revocandum. sed errat noster auctor, si ea de causa id putat pronuntiatum a Maurico. cum enim idem apophthegma retulerit Plinius lib. IV. Epistola 22. apparet dictum esse a viro gravissimo, ut ostenderet, etiam sub optimis Imperatoribus foveri malos. & ita sane est; qui omnem aversatur malitiam, non ea tamen se expedit Princeps; adeo aulicæ potentiæ elementis immixta est: quemadmodum nimis prolixe forsan, sed tamen nonnullo tyronum bono ostendimus, ad illud Taciti lib. IV. Historiarum cap 42. I. *Optimus est post malum Principem dies primus.*

ANNA.

10 Vel legendum, *ne accessum malignorum timeret*. Tamen & altera lectio retineri potest, *ne terreret accessum malignorum*, hoc est ne malignos se accedere prohiberet. Imo & hæc magis ad mentem Plinii videtur facere. Vide infra. Per *malignos*, calumniatores intellige.

VINETUS.

11 *Junii Maurici.*] Trisyllabus hic *Mauricus*, tetrasyllabus est *Mauritius* in vetusto codice: *sed Mauricum* etiam appellant epistolæ Plinii, tribus tantum syllabis. Est autem fortasse *Mauricus*, unde isti *Mauritii* dicti sint, ut imperator *Mauricius*, qui a suis militibus interfectus traditur anno Christi sexcentesimo tertio: quare non *Mauritii* per *t*, ut in vetere libro, cæterum per *c Mauricii*, dicendi videantur: quomodo illos Græci per κ Μαυρικίους scribunt, & vetusta marmora *Mauricios*.

ANNA.

12 *Constantis viri.*] Junii Maurici, quo viro nihil firmius, nihil verius. Plin. Epist. 22. lib. IV.

13 *Qui convivio.*] Hanc historiam sic Plinius loco supra laudato. *Idem* (Mauricus) *apud Nervam Imperatorem, non minus fortiter. Cœnabat Nerva cum paucis. Vejento proximus, atque etiam in sinu recumbebat. Dixi omnia, cum hominem nominavi. Incidit sermo de Catullo Messallino, qui luminibus orbatus ingenio sævo mala cæcitatis addiderat, non verebatur, non erubescebat,*

liari adhibitus, cum Vejentonem consulari honore functum quidem apud Domitianum, tamen multos occultis criminationibus persequutum, adesse vidisset; inter colloquia [14] mentione Catulli facta calumniatoris præcipui, dicente Nerva, quid nunc faceret, si Domitiano supervixisset? [15] Nobiscum, inquit Mauricus, cœnaret. Hic [16] jurgiorum disceptator & scientissimus & frequens fuit. Calpurnium Crassum, pro-
6 missis ingentibus animos militum pertentantem, detectum, confessumque, [17] Tarentum cum uxore removit, patribus lenitatem ejus increpantibus. Cum-
7 que interfectores Domitiani ad exitium poscerentur, tantum est consternatus, ut neque vomitum, neque impetum ventris valeret differre. & tamen vehementer obstitit, dictitans æquius esse mortem subire, quam auctoritatem imperii fœdare, [18] proditis potentiæ su-
8 mendæ auctoribus. [19] Sed milites neglecto principe, requisitos, [20] Petronium, [Stephanum] uno ictu: Parthe-

besiebat, non miserebatur. Sæpius a Domitiano non secus ac tela, quæ & ipsa cæca & improvida feruntur, in optimum quemque contorquebatur. De ejus nequitia sanguinariisque sententiis in commune omnes super cœnam loquebantur, tum ipse Imperator: quid putamus passurum fuisse, si viveret, & Mauricus, nobiscum cœnaret?

VINETUS.

14 *Mentione Catuli.*] Geminari debere liquidam in hoc nomine, monuimus in commentario Eutropii. Juvenalis satyra quarta:

Et cum mortifero prudens Vejento Catullo.

15 *Nobiscum, inquit Mauricus, cœnaret.*] Respondit Mauricus Nervæ, *Cœnaret* hic nobiscum Catullus Messallinus, si nunc viveret. Sic ergo distingue apud Plinium in epistola vicesima secunda libri quarti: *quid putas passurum fuisse, si viveret? & Mauricus: Nobiscum cœnaret.*

ANNA.

16 *Jurgiorum.*] Sic supra in Vespasiano, *jurgia*, id est, *jura.*

17 *Tarentum.*] In Salentinis ad littus maris.

18 *Proditis potentiæ sumendæ auctoribus.*] Nam Domitiani interfectoribus adjuvantibus, Nerva imperium invasit.

GRUTERUS.

19 *Sed milites neglecto Principe.*] Fit sæpe. & eo alludit illud Senecæ lib. I. de Clementia cap. 10. *Hoc est ignoscere, cum scias multos futuros qui pro te irascantur, & tibi alieno sanguine gratificentur; non dare tantum salutem, sed præstare.* De Augusto Suetonius: *Laudavit quidem pietatem tantopere pro se indignantium: cæterum & illacrimavit, & vicem suam conquestus est, quod sibi soli non liceret amicis quatenus vellet irasci*, &c. de qua mansuetudine, nos non inepta ad illa Capitonis apud Tacitum libro III. Annal. cap. 70. *Sane lentus in suo dolore esset Cæsar; Reipublicæ injurias ne largiretur.*

SCHOTTUS.

20 *Petronium, Stephanum.*] Τὸ Stepha-

Parthenium vero demptis prius genitalibus, & in os conjectis, jugulavere, redempto magnis sumptibus [21] Casperio: qui scelere tam truci insolentior, Nervam compulit referre [22] apud populum gratias militibus, [23] quia nefandos pessimosque omnium mortalium
peremissent. Hic Trajanum in [24] liberi locum, in- 9
que partem imperii [25] adoptavit: cum quo [26] tribus
vixit mensibus. Qui dum [27] suggerente ira, voce quam 10
maxima, contra quendam Regulum nomine inclamaret, sudore correptus est. [28] Quo refrigescente, 11
[29] horror corporis nimius initium febri fuit: nec multo

Stephanum in nullo MSS. comparet nec in Veronensi, Augustano & Gryphii, & recte. quis enim duos uno ictu interemptos credat? Suspicor supra adscriptum *Secundum*: indeque factum ab aliquo ludimagistro *Stephanum*, quod eum supra inter percussores Domitiani nominatum recordaretur. Atqui Zonaras non malus auctor, in cæde ipsa Imperatoris *Stephanum* quoque interfectum refert ab ignaris conjurationis. Non igitur a Neronis militibus. Eutropius sane *Petronium Secundum* Præfectum prætorio nominat, cum de Nervæ auxiliatoribus ad regnum adipiscendum loquitur sub initium lib. VIII. & Parthenium interfectorem Domitiani: quem Orosius spadonem facit lib. VII. cap. 2. Tranquillus vero *Maximum* duntaxat libertum inter ejus percussores numerat, in Domitiano cap. 17.

21 *Casperio.*] Sic vulgati. *Casperi* MSS. 2. inflectunt. *Caspari* Veronensis, a quo forte Christianum nomen ortum. *Emperio* Augustana editio habet. *Ælianum Casperium* Dio vocat, Præfectum prætorio, quam etiam dignitatem sub Domitiano gesserit.

ANNA.

21 Doctissimus Grotius legebat *Sigerio* quem Xiphilinus Domitiani cubicularium fuisse dicit; meminit Martial. lib. 4. Ep. 79.

Sigeriosque meros Partheniosque sonas.

SCHOTTUS.

22 *Apud populum.*] Veronensis *ad populum.*

23 *Quia nefandos pessimosque omnium.*] Veronensis *quod pessimos nefandosque omnium:* quomodo & MSS.

ANNA.

23 Petronium scilicet, & Parthenium.

SCHOTTUS.

24 *Liberi.*] Observa vero *Liberi* singulari numero dici, ut & in Victoris Gordiano. vide Notas. Unam filiam *liberos* vocat contra Terentius numero multitudinis, Hecyra, & Cicero de aruspicum responsis.

25 *Adoptavit.*] MSS. *Cooptavit* pro *adoptavit.*

26 *Tribus vixit mensibus.*] *Annis* MSS. Veronensis & Augustanus codex.

27 *Suggerente ira voce.*] Basiliensis Cratandri, *Suggerente ira nocte voce quam maxima.*

28 *Quo refrigescente.*] Hæc absunt usque ad *Eo die* in utraque Basiliensi, Augustana, & Lugdunensi editionibus. MSS. vero. *Horror corporis nimium initia febri præbuit.* Veronensis a Vineto nihil variat, nisi quod *præbuit* legit. Pithœi MSS. *refrigerante* præfert.

ANNA.

29 *Horror.*] Eleganter, pro *tremor*;

to post, vitam finivit, [30] anno ætatis sexagesimo ter-
12 tio. Cujus corpus [31] a senatu quondam augusto ho-
13 nore delatum in sepulcro Augusti sepultum est. Eo-
que die quo interiit, [32] solis defectio facta est.

mor: sic *horror* soli. Florus: *Nec illum horrorem soli*, &c.

30 *Anno ætatis sexagesimo tertio.*] Eutropius. *Ætatis* LXX. *& altero anno.* Sed ambo falsi sunt. Nam natus erat an. 66.

SCHOTTUS.

31 *A senatu quondam....*] Aliter libri scripti & Veronensis *ut quondam Augusti honore delato in sepulcro Augusto.* Floriacensis tamen *relato*, Cujacii *relicto.*

GRUTERUS.

31 *Honore relato*, amplector; ut velit ab Augusto hunc alterum esse cui honor is obtigerit, ut humeris Senatorum deferretur ad sepulcrum. *relatum*, est rursum latum, ac repetitum. allusit forte ad ea, quæ habemus in Victoris Cæsaribus fine capitis XXXV.

ANNA.

31 Puto levissima immutatione: *Cujus corpus a senatu quondam Augusto honore delato, in sepulcro Augusti sepultum est.* τὸ *ut* quod apparet in MSS. a postrema syllaba vocis *senatu* inversa natum. Ordo hic est. *Cujus corpus in sepulcro Augusti sepultum est honore quondam a senatu Augusto delato.* De Augusto qui Senatorum humeris in campum delatus Sueton. cap. 100.

32 *Solis defectio.*] Hanc Eclipsin *Solis* post obitum Nervæ diebus quinquaginta tribus factam ex tabulis patet. Nam obiit Nerva die 27. Januarii, accidit Eclipsis die Martii 21.

CAPUT XIII.

ARGUMENTUM.

Annis viginti imperat, virtutes quasi temperamento miscet, lavacra condit, in malorum remedium divinitus datus creditur, exuritur, humatur & pater patriæ dicitur Ulpius Trajanus.



ULPIUS TRAJANUS [1] ex urbe Tudertina, 1
Ulpius ab avo dictus, Trajanus a Trajo pater-
ni generis auctore, vel de nomine Trajani patris sic
appellatus, imperavit [2] annis viginti. Iste [3] talem se 2
Reipublicæ præbuit, qualem vix ægreque exprimere
valuerunt [4] summorum scriptorum miranda ingenia.
Hic imperium [5] apud Agrippinam nobilem Galliæ 3
coloniam suscepit, habens diligentiam in re militari,
in civilibus lenitatem, in sublevandis civitatibus lar-
gitionem. Cumque duo sint, quæ ab egregiis princi- 4
pibus exspectentur, SANCTITAS DOMI, IN AR-
MIS FORTITUDO, UTROBIQUE PRUDEN-
TIA: tantus erat in eo maximarum rerum modus, ut
quasi temperamento quodam virtutes miscuisse videre-
tur: nisi quia [6] cibo, vinoque paullulum deditus erat.
[7] Liberalis in amicos: & tamquam vitæ conditione 5
par, [8] societatibus perfrui. Hic ob honorem Suræ, 6
cujus

ANNA.

1 *Ex urbe Tudertina.*] Mihi ignota est *Tudertina urbs.* Etsi nota esset, non ideo Epitomistæ crederem. Trajanus enim ex Italica Hispaniæ urbe, non ex *Tudertina.* Vide in Cæsaribus.

2 *Annis viginti.*] Imo annos 19. menses sex, dies 15.

SCHOTTUS.

3 *Talem se Reipublicæ præbuit.*] Postea in Senatu Principibus felicis ominis & augurii causa acclamabatur: *Esto felicior Augusto, melior Trajano.* S. C. quoque factum est ut *Optimus* appellaretur. Dio, Eutropius.

4 *Summorum scriptorum.*] Explebit lectorem vel unus Plinii Panegyricus. Dolendum eos intercidisse qui Trajani vitam copiose in literas miserunt, Marium Maximum, Fabium Marcellinum, Aurelium Verum, Statium Valentem: quos laudat Lampridius in Alexandro Severo.

ANNA.

4 Scripsit & Ælius Spartianus, sed quæ temporis injuria periit. Et hanc maxime ab Epitomista respici verisimile est, cum ab ejusdem vitis quæ supersunt multa ab eo videamus esse transcripta.

5 *Apud Agrippinam.*] Eutropius. *Imperator autem apud Agrippinam civitatem in Galliis factus est. Agrippina Colonia,* hodie *Cologne.*

SCHOTTUS.

6 *Cibo vinoque.*] De *vinolentia* infra quoque in Theodosio cap. 49. Scitum illud Catonis, *Unum Cæsarem sobrium ad Rempublicam accessisse.* Sueton. Cæsare 53. Herba parietina dictus infra cap. 43 De Pompeja Plotina cap. 44. & in Theodosio plura.

ANNA.

7 *Liberalis in amicos.*] Eutropius. *Liberalis in cunctos: publice privatimque ditans omnes, & honoribus augens, quos vel mediocri familiaritate cognovisset.*

8 *Societatibus perfrui.*] Id est, perfrue-

cujus ſtudio imperium arripuerat, [9] lavacra condidit.
7 De quo ſupervacaneum videtur cuncta velle nomina-
tim [10] prodere, cum ſatis ſit exultum atque emenda-
8 tum dixiſſe. Fuit enim patiens laboris, ſtudioſus
optimi cujuſque, ac bellicoſi: magis [que] ſimpli-
ciora ingenia aut [11] eruditiſſimos, quamvis ipſe par-
cæ eſſet ſcientiæ, moderateque eloquens, diligebat.
9 JUSTITIÆ vero, ac [12] JURIS HUMANI divi-
nique tam repertor novi, quam inveterati cuſtos.
10 Quæ omnia eo majora viſebantur, quo [niam] per mul-
tos atque atroces tyrannos perdito atque proſtrato ſtatu
Romano, [13] in remedium tantorum malorum divini-
tus credebatur opportune [14] datus; uſque eo, ut ad-
veniens imperium ejus pleraque mirifica denunciave-
rint. [15] In quibus præcipuum, cornix a faſtigio Ca-
11 pitolii Atticis ſermonibus effata, καλῶς ἔςαι. Hujus
exuſti corporis cineres relati Romam, humatique
[16] Tra-

perfruebatur. Sic non ſemel indefinitos pro imperfectis reperias. De hac Trajani civilitate Eutropius. *Romæ, & per provincias æqualem ſe omnibus exhibens; amicos ſalutandi cauſa frequentans, vel ægrotantes, vel cum feſtos dies habuiſſent; convivia cum iiſdem indiſcreta viciſſim habens. Sæpe in vehiculis eorum ſedens.*

9 *Lavacra.*] In Cæſaribus.

SCHOTTUS.

10 *Prodere.*] *Promere* ſcriptum habeo: vulgo *prodere.*

GRUTERUS.

11 *Eruditiſſimos, &c. diligebat.*] Callide. quamvis enim *eruditiſſimus* ipſe non erat, habebatur tamen. neque enim videtur amare poſſe & colere doctos indoctus. quippe juxta Catilinam Salluſtii: *Idem velle, idem nolle, ea demum firma eſt amicitia.*

SCHOTTUS.

12 *Juris humani.*] Teſtis liber x. epiſt. Plinii, ſi illius eſt; qui ad illum omnia retulit.

ANNA.

13 *In remedium.*] Nam *ſub Trajano principe movet lacertos, & præter ſpem omnium, ſenectus imperii quaſi reddita juventute revireſcit.* Florus.

SCHOTTUS.

14 *Datus.*] *Electus* pro *datus* eſt in Auguſtano codice.

15 *In quibus.*] Aliter hic locus in MSS. Veronenſi & Baſilienſi utroque legitur, *in queis præcipuum cornicem e faſtigio Capitolii Atticis ſermonibus effatam eſſe* καλὸς *hujus.* Auguſtanus codex *affata* καλος. *Cujus.* Sueton. vero extremo lib. XII. Domitiani temporibus accidiſſe ait.

ANNA.

15 *Ante paucos*, inquit, *quam occideretur, menſes cornix in Capitolio eloquuta eſt,* ἔςαι πάντα καλῶς. *Nec defuit qui oſtentum ſic interpretaretur.*

Nuper Tarpejo quæ ſedit culmine cornix,
Eſt bene, non potuit dicere; dixit, erit.

16 *Tra-*

[16] Trajani foro sub ejus columna: & [17] imago super-
posita, sicuti triumphantes solent, in Urbem [18] in-
vecta, senatu praeeunte & exercitu. Eo tempore, 12
multo perniciosius, quam sub Nerva, [19] Tiberis in-
undavit, magna clade [20] ædium: & [21] terræ motus
gravis [22] per provincias multas, atroxque pestilentia,
famesque, & incendia facta sunt. Quibus omnibus 13
Trajanus per exquisita remedia plurimum opitulatus
est; [23] statuens, ne domorum altitudo [24] sexaginta
superaret pedes, ob ruinas faciles, & sumptus, si-
quando talia contingerent, exitiosos. Unde merito 14
PATER PATRIÆ dictus est. Vixit annos [25] se-
xaginta quatuor.

C A-

16 *Trajani foro.*] Quod forum Ulpium sive *Trajani* ab Ulpio *Trajano* dictum. Apollodorus Architectus fuit. Columna in medio sita, cujus altitudo hodieque apparet pedum 128.

17 *Imago superposita.*] Hanc Hadrianus invexit. Spartianus. *Quum triumphum ei senatus qui Trajano deditus erat detulisset, recusavit ipse, atque imaginem Trajani curru triumphali vexit, ut optimus Imperator ne post mortem quidem triumphi amitteret dignitatem.*

SCHOTTUS.

18 *Invecta.*] *Invehi* Veronensis & MSS. pro *invecta.*

19 *Tiberis inundavit.*] Vide Plinium lib. III. cap. 5. Nat histor. Inundavit & sub Othone, Sueton. cap. 8. Tacitus 1. Hist. Augustæ.

20 *Ædium.*] *Proximarum* amplius est in MSS. quibus fere Veronense exemplar consentit.

21 *Terræ motus.....*] Dio Cassius, Orosius, alii.

ANNA.

22 *Per provincias multas.*] In Græcia, Asia, Galatia, Syria. Eusebius, Dio.

SCHOTTUS.

23 *Statuens ne domorum.*] Augustus P. Rutilii Rufi exemplo ædificiis modum imposuit, ne ædes altius LXX. pedes tollere liceret. Trajanus ad LX. revocavit. Sueton. Octavio cap. 79. Strabo lib. v. Geograph. Exstat Neapoli in marmore lex ædificantium, cujus prima pars truncata est.

GRUTERUS.

23 Pulcra ad hunc locum petes a Barnabæ Brissonii libro 1. cap. 1. Selectarum ex jure civili Antiquitatum.

VINETUS.

24 *Sexaginta superaret pedes.*] Notatum numerum hic reperimus, in aliis *sexaginta*, in membraneo codice *quadraginta.*

SCHOTTUS.

25 *Sexaginta quatuor.*] Variant Historici. Sexagesimo secundo ætatis, ventris profluvio, imperii undevigesimo, additis mensibus & diebus xv. mortuum, auctor est Dio, Eutropius, & Orosius.

CAPUT XIV.

ARGUMENTUM.

Annis viginti duobus imperat, Atheniensium studia & mores hausit, locos..... nominibus recenset, immensi laboris est, ad vitia & virtutes quasi arbiter genitus, simulator est & dissimulator, ad lacessendum & respondendum acer, Sabinam uxorem prope servilibus injuriis & ad mortem voluntariam compellit, & miserabili exitu consumitur Ælius Adrianus.



ÆLIUS ADRIANUS [1] stirpis Italicæ, [2] Ælio Adriano [3] Trajani principis consobrino Adriæ orto

SCHOTTUS.

1 *Stirpis Italicæ.*] Legitur in MSS. *Italæ*, quod tamen abjudico. *Italica* enim Hispaniæ urbs, quæ & Trajani patria. An vero & Silii poëtæ? ἐπέχω & *amplius* pronuncio.

ANNA.

1 Sed, nescio an hoc sensu dici possit *Stirpis Italicæ*, imo verum est quod apud Spartianum notavit illustrissimus Casaubonus, *stirpis Italicæ* nil aliud velle quam Ἰταλικȣ̃ γένȣς. Ita ut Victor Hadrianum, non *Italicæ* Hispaniæ Urbe oriundum dicat; sed plane e contrario dissimulans originem illius Hispanicam, aut quasi rem notam omnibus prætermittens, *Italiæ* quantum potest, asserat. Quin plerique libri scripti non *Italicæ*, sed *Italæ* præferunt eo loci. Et ipse Victor se ipsum explicat, dum addit *Ælio Adriano Adriæ orto genitus.*

2 *Ælio Adriano Adriæ orto genitus.*] Spartianus primulo initio. *Origo Imperatoris Hadriani vetustior a Picentibus, posterior ab Hispaniensibus manat: siquidem Adria ortos majores suos apud Italicam Scipionum temporibus resedisse, in libris vitæ suæ Hadrianus ipse commemorat. Hadriano pater Ælius Hadrianus cognomento Afer, fuit consobrinus Trajani Imperatoris*, &c.

3 *Trajani principis consobrino.* Ælio Ælii Hadriani Imperatoris avo conjux fuit Ulpia, M. Ulpii *Trajani* soror, *Trajani* Augusti amita. *Trajanus* igitur Imperator & pater Hadria-

orto genitus, quod [4] opidum agri Piceni, etiam mari Adriatico nomen dedit, imperavit [5] annis viginti duobus. Hic Græcis literis impensius eruditus, a 2
plerisque [6] Græculus appellatus est. Atheniensium studia, moresque [7] hausit non sermone tantum, sed & cæteris disciplinis, canendi, psallendi, [8] medendique scientia, [9] musicus, geometra, pictor, [10] fictor ex ære vel marmore proxime [11] Polycletos & Euphranoras. [12] Perinde omnino ad ista erat factus, ut elegantius numquam quidquam humanæ res expertæ videantur. [13] Memor supra quam cuiquam credibi- 3
le

Hadriani Cæsaris, ut ex fratre & sorore nati amitini, invicem fuerunt. Quos etiam consobrinos nominare solent Latini, ut & Jurisconsultus notat. Casaubonus apud Spartianum.

4 *Opidum agri Piceni.*] In inferiori parte juxta Vestinos, ad mare.

SCHOTTUS.

5 *Annis* XXII. Vulgati tres XII. duntaxat numerant.

ANNA.

6 *Græculus appellatus.*] Ex Spartiano. *Imbutusque impensius Græcis studiis, ingenio ejus sic ad ea declinante, ut a nonnullis Græculus diceretur.*

SCHOTTUS.

7 *Hausit.*] *Auxit* editi omnes. Cujacii & Veronensis addit *potitus, non sermone.* Frobenianus vero, *peritus non sermone.* Cratandri, Gryphii & Augustana editio, *poëtico non sermone tantum.*

8 *Medendique scientia.*] Vereor ne legendum sit *numerandique* ex Spartiano, qui & Matheseos peritum facit in Ælio Vero.

ANNA.

8 Spartianus, quem fere Epitomista sequitur. *Fuit poëmatum & literarum omnium studiosissimus, Arithmeticæ, Geometriæ, picturæ peritissimus, jam psallendi & cantandi scientiam præ se ferebat.* Ubi nulla mentio *medendi scientiæ.* Sed ejus loco Arithmeticam Hadriano tribuit Spartianus. Quare non immerito hunc locum Epitomistæ suspectum habuere viri doctissimi Schottus & Casaubonus. Quorum prior legendum putat *numerandique scientia,* vere. Idque ego olim antequam Schottum legissem, subodorata fueram Spartianum legendo. Priori syllaba *nu* deperdita ex reliquis *merandi* imperiti librarii fecere *medendi.*

SCHOTTUS.

9 *Musicus, geometra.*] Veronensis *musicis, geometria.* MSS. consentiunt nisi quod *geometer* declinant.

10 *Fictor.*] MSS. *Fictorque:* excusi tres addunt *fictor æmulatorque.*

ANNA.

11 *Polycletos & Euphranoras.*] Nobilissimos pictores.

SCHOTTUS.

12 *Perinde omnino ad ista erat factus.*] *Proinde omnino ad ista & facetus, ut elegantius umquam raro quidquam,* MSS. præferunt & Veronensis. Quidam pro *erat factus* legunt *effectus:* alii *effictus.*

GRUTERUS.

12 *Proinde...... facetus* placet, dummodo abjiciatur *unquam.* sane *proinde* illo ævo notabat, *adeo,* uti supra diximus ad Schotti Victorem capite vicesimo.

ANNA.

13 *Memor supra quam cuiquam credibile est.*] Spartianus. *Fuit memoriæ ingentis, facultatis immensæ, nam & ipse orationes dictavit,*

& ad

le est, locos, negotia, milites, absentes quoque no-
4 minibus recensere. Immensi laboris, quippe qui pro-
vincias omnes [14] pedibus circumierit, agmen comi-
tantium prævertens, cum [15] opida universa restitueret,
5 [16] augeret ordinibus. Namque ad specimen legionum
militarium, fabros, perpendiculatores, architectos,
genusque cunctum exstruendorum mœnium, seu de-
6 corandorum in cohortes [17] centuriaverat. [18] Varius,
multiplex, multiformis: ad vitia atque virtutes quasi
arbiter genitus, [19] impetum mentis quodam artificio
regens, ingenium invidum, triste, lascivum, & ad
ostentationem sui insolens, callide [20] regebat, con-
tinentiam, facilitatem, [21] clementiam simulans, con-
traque dissimulans ardorem gloriæ, quo flagrabat.
7 [22] Acerrimus ad lacessendum pariter & respondendum
seriis, joco, maledictis: referre carmen carmini,
[23] dictum dicto: prorsus ut meditatum crederes adver-
sus

& ad omnia respondit. Et paullo infra. *Nomina plurimis sine nomenclatore reddidit, quæ semel & congesta simul audiverat, ut nomenclatores sæpius errantes emendaverit. Dixit & veteranorum nomina quos aliquando dimiserat. Libros statim lectos & ignotos quidem plurimis memoriter reddidit. Uno tempore scripsit, dictavit, audivit, & cum amicis fabulatus est.*

14 *Pedibus circumierit.*] Ex Spartiano: *Exemplo etiam virtutis suæ cæteros adhortatus, quum etiam vicena millia pedibus armatus ambularet.* Sed rem auget noster, nescio an vere.

SCHOTTUS.

14 Pro *pedibus*, *passibus* libri scripti & Veronensis.

ANNA.

15 *Opida universa restitueret.*] Id est, *opida per totum orbem restitueret.* Quæ scilicet vel horrore soli, aut quolibet alio casu prostrata fuerant.

16 *Augeret ordinibus.*] Fabrûm scilicet, carpentariorum, ferrariorum, omnisque generis artificum.

17 *Centuriaverat.*] Verbum militare, id est, *in centurias allegerat.* De *centuriis* non est hic dicendi locus.

18 *Varius*, &c.] Ex Spartiano hoc quoque. *Idem severus, lætus: comis, gravis: lascivus, cunctator: tenax, liberalis: simulator: sævus, clemens & semper in omnibus varius.*

SCHOTTUS.

19 *Impetum mentis.*] *Impetus* MSS. August. *imperii*, quod non placet, nisi *ac vitia atque virtutes* legas.

20 *Regebat.*] Vulgati. Cujacii codex *tegebat.*

21 *Clementiam simulans.*] Veronensis & Frobenianus *clementiamque simulans ardore gloriæ*, reliqua absunt.

22 *Acerrimus.*] *Acernimis* MSS. & Veronensis.

ANNA.

23 *Dictum dicto.*] *Dictum* dicteria & jocosos sales complectitur. Gallice. *un bon mot.*

24 Pro

sus omnia. Hujus [24] uxor Sabina, dum prope ser- 8
vilibus injuriis afficitur, ad mortem voluntariam com-
pulsa est. [25] Quæ palam jactabat, quam immane ingenium pertulisset: [26] & elaborasse, [27] ne ex eo ad
humani generis perniciem gravidaretur. Hic [28] mor- 9
bo subtercutaneo, quem diu placide pertulerat, vi-
ctus, dolore [29] ardens, impatiensque, plures e sena-
tu exstinxit. [30] A Regibus multis pace [31] occultis mu- 10
neribus impetrata, jactabat palam plus se otio ade-
ptum, quam armis cæteros. [32] Officia sane publica, 11
& palatina, nec non militiæ in eam formam statuit, quæ paucis per Constantinum immutatis hodie [33] per-

SCHOTTUS.

23 Pro *dicto*, *dictui* MSS. & Veronensis.

ANNA.

24 *Uxor Sabina.*] Aliter Spartianus. *quandoquidem etiam Sabina uxor non sine fabula veneni dati ab Hadriano defuncta est.*

SCHOTTUS.

25 *Quæ palam.*] Aliter 3. scripti codices. *Quæ palam jactabat se, quod immane ingenium probavisset, elaborasse, ne.* Sic & Augustanus, nisi quod *persuasisset* non *probavisset* habuit longe alio sensu. & Veronensis *gestabat* pro *jactabat.*

ANNA.

26 *Et elaborasse.*) Malim *elaboraßet, im. ing. pertulißet, & quam elaboraßet.* In MSS. *quæ palam jactabat se, quod immane ingenium probavisset, elaborasse ne,* &c. Quod valde arridet. Pro quo legi potest *quum*, ut propius accedas ad *quam.*

GRUTERUS.

27 *Ne ex eo ad humani generis perniciem gravidaretur.*) Quasi vero liberi similes esse semper soleant parentibus, & non potius contra eveniat; uti videndum in Spartiani Severo.

SCHOTTUS.

27 Vidi qui, *ne ex eo humani generis pernicies gravidaretur*, excuderunt.

ANNA.

28 *Morbo subtercutaneo.*) Aqua intercute.

SCHOTTUS.

28 In Veronensi & MSS. *succutaneus morbus* appellatur.

ANNA.

29 *Ardens.*) In Veronensi & MSS. *arduus* pro quo vulgati *ardens.*

30 *A Regibus multis pace.*) Spartianus. *Regibus multis plurimum detulit; a plerisque vero etiam pacem redemit.*

SCHOTTUS.

31 *Occultis.*) In Veronensi & MSS. *occultius* pro *occultis.*

ANNA.

32 *Officia sane publica & palatina.*) Spartianus. *Siquidem ipse post Cæsarem Octavianum labantem disciplinam incuria superiorum principum, retinuit, ordinatis & officiis, & impendiis.* Quid autem immutatum sit ab Hadriano de priori Augusti ordinatione circa *officia* & universam rempublicam, accuratissime a peritissimo historiæ Romanæ viro Onuphrio Panvino dictum est.

SCHOTTUS.

32 Indicem dignitatum Romanarum & administrationum, tam civilium, quam militarium in Occidentis regionibus Hadriano imperante, edidit Georgius Fabricius Chemnicensis, una cum Antiquitatum monumentis, urbeque Roma.

33 *Per-*

12 [33] perſeverat. Vixit [34] annos ſexaginta duos: dehinc miſerabili exitu conſumptus eſt, cruciatu membrorum fere omnium confectus, in tantum [35] ut crebro ſeſe interficiendum miniſtrorum fidiſſimis precans offerret: ac ne in ſemetipſum ſæviret, cuſtodia cariſſimorum ſervaretur.

33 *Perſeverat.*) In Veronenſi & MSS. *perſeverant* numero multitudinis.

ANNA.


34 *Annos ſexaginta duos.*] Et menſes quinque, dies novemdecim.

35 *Ut crebro ſe ſe.*) Spartianus. *Hadrianus autem ultimo vitæ tædio jam affectus gladio ſe transfigi a ſervo juſſit,* &c. *& poſt teſtamentum quidem iterum ſe conatus occidere, ſubtracto pugione, ſævior factus eſt, petiit & venenum a medico, qui ſe ipſe ne daret occidit.*

CAPUT XV.

ARGUMENTUM.

Annos viginti tres imperat, ſine exemplo vivit, vultu juſtitiam ornat, ſalutandus priuſquam prodeat panem deguſtat, labores ad patrisfamilias ſpeciem exſequitur, ſceleris in ſemetipſum cupidos indagari non vult, & febri conſumitur Antoninus Bojonius Pius.



1 ANTONINUS FULVIUS, ſeu BOJONIUS dictus, poſtea etiam PIUS cognominatus, im-
2 peravit [1] annos viginti tres. Iſte ab Adriano in filium adoptatus, [2] cujus gener. fuerat, tantæ bonitatis in prin-

cipatu

ANNA.

1 *Annos viginti tres.*] Vide in Cæſaribus.

2 *Cujus gener fuerat.*] Falſum eſt Antoninum Pium Hadriani *gene-*

F *rum*

cipatu fuit, ut haud dubie ſine exemplo vixerit. [3] Quamvis [4] eum Numæ contulerit ætas ſua, cum 3
orbem terræ nullo bello per annos viginti tres [5] auctoritate ſola rexerit, [6] adeo trementibus eum atque amantibus [7] cunctis Regibus, nationibuſque, & populis, ut parentem ſeu patronum magis quam dominum [8] imperatoremve reputarent: omneſque [9] uno ore in cæleſtium morem propitium optantes, de controverſiis inter ſe judicem poſcerent. [10] Ad quem e- 4
tiam Indi, [11] Bactri, Hyrcani legatos miſere, juſtitia tanti imperatoris comperta, quam ornabat vultu [12] ſereno & pulcro, [13] procerus membra, decenter validus.

rum fuiſſe, quippe qui Anniam Fauſtinam Annii Veri filiam uxorem habuerit.

SCHOTTUS.

3 *Quamvis eum.*] Abſunt a Veronenſi uſque ad, *adeo trementibus eumque amantibus.* ſic enim quidam legunt.

ANNA.

4 *Eum Numæ contulerit ætas ſua.*] Capitolinus in Pio, initio: *Et qui merito Numæ Pompilio ex bonorum ſententia comparatur.* Et in fine: *Et qui rite comparetur Numæ cujus felicitatem, pietatemque & ſecuritatem, ceremoniaſque ſemper obtinuit.*

5 *Auctoritate ſola.*] Capitolinus. *Parthorum Regem ab Armeniorum expugnatione ſolis literis repulit, Abgarum Regem ex orientis partibus ſola auctoritate deduxit.*

GRUTERUS.

6 *Adeo trementibus eum atque amantibus.*] Sic eſt, nonnunquam duo iſthæc conjunguntur, timere & amare. Ammianus lib. XXVII. cap. 21. de Prætextato: *Adeptus eſt id quod raro contingit, ut cum timeretur, amorem non perderet civium.* videatur idem quoque libro XXV. cap. 14. pr. ut & Capitolini Gordianus cap. 28. nec non Victoris Antoninus Pius, capite Epitomes XV. p.

ANNA.

7 *Cunctis Regibus.*] Capitolinus. *Cauſas regales terminavit.* Quod ambitioſe ait Epitomiſta de *cunctis Regibus*, verius interpreteris tu de regulis aliquot orientis populorum qui ſuos illa tempeſtate reges habuerunt: ſed fere ex Imperatoris Romani ordinatione ut Albani, Iberi, Zydritæ, Lazi, Apſilæ, Abaſgi, Lanigæ & alii. *Caſaubonus.*

SCHOTTUS.

8 *Imperatoremve putarent.*] Ita Colinæus excudit. Veronenſis *& imperatorem vere putarent*: unde noſtra lectio cuſa eſt, quæ tamen non diſplicet. Habebat autem frequenter in ore Scipionis illud: *Malle ſe unum civem ſervare, quam mille hoſtes perdere.* Jul. Capitolinus.

9 *Uno ore in cæleſtium morem.*] Ita vulgati, quos quidem viderim omnes, excepto uno Veronenſi qui cum ſcriptis libris legit, *in morem cæleſtium.* Nam illa *uno ore* ſuperant, facta ex illo *in morem.*

ANNA.

9 Non abundant, ut volunt viri doctiſſimi; imo & neceſſaria ſunt. *Uno ore poſcerent*, &c.

SCHOTTUS.

10 *Ad quem etiam.*] Veronenſis *quin etiam* pro *ad quem etiam.*

11 *Bactri.*) Veronenſis *Bactriani* populi in iiſdem.

12 *Sereno & pulcro.*) Veronenſis *vultu ſerie pulcro*, pro quo vulgati *ſereno & pulcro.*

13 Pro-

5 validus. [14] Priusquam salutandus prodiret, degustans [15] panis aliquantulum, ne frigescente circum præcordia per jejunium sanguine, viribus exesis interciperetur, eoque [16] actuum publicorum laboribus minime sufficeret. Quæ incredibili diligentia ad speciem
6 optimi patrisfamiliâs exsequebatur. Appetentia gloriæ carens, & ostentatione: adeo mansuetus, ut [17] instantibus Patribus ad eos qui contra eum conjuraverant, persequendos, compresserit quæstionem, præfatus NECESSE NON ESSE, SCELERIS IN [18] SEMETIPSUM CUPIDOS, pertinacius indagari: ne si plures reperirentur, quantis odio esset, in-
7 telligeretur. Igitur [19] cum esset annorum septuaginta duorum [20] apud Lorios villa propria, [21] millibus passuum duodecim ab Urbe, febri paucorum dierum post

ANNA.

13 *Procerus membra, decenter validus.*) Distingue, ut optime Casaubonus apud Capitolinum: *procerus membra decenter, validus. Procerum membra decenter* vocat quem Capitolinus statura elevata decorum. *Fuit statura elevata decorus.*

14 *Priusquam salutandus.*) Capitolinus. *Antequam salutatores venirent, panem siccum comedit ad sustentandas vires.* Bene mane *salutabantur* Imperatores. Iique nihil degustabant priusquam *salutarentur*, sed hora demum tertia vel quarta, vel etiam sexta qui non prandebant.

SCHOTTUS.

15 *Panis aliquantulum.*) Veronensis & MSS. *panis aliquantum.*

16 *Actuum publicorum minime sufficeret.*) Veronensis & MSS. *Actui publicorum minime sufficeret.* deest *laboribus.*

ANNA.

16 Ita melius MSS. Sed distinctio sic mutanda: *Eoque actui publicorum minime sufficeret, quæ incredibili, &c. Quæ*, publica scilicet.

SCHOTTUS.

17 Pro *instantibus.*) *Instigantibus* excudit Frobenius.

ANNA.

18 *Semetipsum.*) Pro *ipsum*, ita *seipsum* apud Capitolinum. *Solusque omnium prope principum prorsus sine civili sanguine & hostili, quantum ad seipsum pertinet, vixit.* Sic enim ea ætate loquebantur.

SCHOTTUS.

19 *Cum esset annorum septuaginta duorum.*) Absunt hæc a MSS. & Veronensi & certe librarii non auctoris manum olent. Eutropius enim LXXIII. habet. Capitolinus septuagenarium tantum facit. Novus Victor vel vetus potius, ætatis septuaginta quinque annos illi tribuit, imperii viginti dumtaxat.

ANNA.

19 Omnino vixit annos 74. menses sex.

20 *Apud Lorios.*] *Laurium* vocat Capitolinus. *Lorium* Eutropius. fuit in Aurelia via quæ in Etruriam ducebat.

SCHOTTUS.

21 *Millibus passuum duodecim.*) Ita reposui ex Eutropio lib. VIII. & Oros. VII. astipulantibus vulgatis optimis.

post [22] tres atque viginti annos imperii consumptus est. Ob cujus honorem, [23] templa, sacerdotes, atque in- 8
finita alia decreta sunt. Usque eo autem mitis fuit, 9
ut cum ob inopiæ frumentariæ suspicionem lapidibus a plebe Romana perstringeretur, maluerit [24] ratione exposita [25] placare, quam ulcisci seditionem.

22 *Tres atque viginti.*) Sic enim paullo ante Victor: & in numeris minor numerus cum articulo, non digito vel composito numero, ut Arithmeticorum filii appellant, cohæret. Absurde igitur in quibusdam *tres atque duodecim*, & supra *viginti* transpositis vocibus: valde ut mirer in secunda editione Vineti, hominis alioqui perspicacissimi, oculos hæc fugisse.

ANNA.

23 *Templa, sacerdotes.*] Capitolinus. *A senatu divus est appellatus, cunctis certatim adnitentibus, quum omnes ejus pietatem, clementiam, ingenium, sanctimoniam laudarent. Decreti etiam sunt omnes honores qui optimis principibus ante delati sunt. Meruit & Flaminem & Circenses, & Templum, & sodales Antonianos.*

24 *Ratione exposita.*) Huc pertinent verba Capitolini: *Omnium quæ gessit & in senatu, & per edicta rationem reddidit.* Similium edictorum mentio apud Sueton. August. cap. 28.

GRUTERUS.

25 *Placare, quam ulcisci seditionem.*) Hæc vere resipiunt Principem; qui meminit dictum Senecæ; *haud quidquam esse gloriosius Principe impune læso*, libro 1. de clementia cap. 20. f. item: Nec quidquam pulcrius existimo in fastigio collocatis, quam multarum rerum veniam dare, nullius petere. exemplum talis moderationis invenire est apud Tranquillum capite 18. Claudii.

CAPUT XVI.

ARGUMENTUM.

Annos decem & octo imperat, ærumnis publicis quasi defensor objicitur, Lucium Annium Verum in imperii partem asciscit, vultum nunquam mutat, philosophiæ & Græcis literis studet, regii cultus instrumentum distrahit, & morbo consumitur Marcus Antoninus.

[1] MARCUS autem ANTONINUS imperavit 1
[2] annos decem & octo. Iste virtutum o- 2
mnium, cælestisque ingenii exstitit, ærumnisque [3] publi-

SCHOTTUS.

1 *Marcus autem.*] *M. Aur.* melior codicis Pithœi nostri scriptura, quod & in Floriacensi alia manu erat emendatum. Scripserat auctor *Aur.* una commutata litera sic factum *aut.*

ANNA.

2 *Annos decem & octo.*] Vide quæ in Cæsaribus dicta sunt.

3 *Publi-*



[3] publicis quasi defensor objectus est. [4] Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu
3 ruissent omnia status Romani. Quippe ab armis [5] nusquam quies erat: perque omnem [6] Orientem, Illyricum,

SCHOTTUS.

3 *Publicis.*] Codex Pithœi, & Veronensis, Floriacensis rectius quam *plurimis.*

CASAUBONUS.

4 *Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profecto.*] Vide si dubitas, tum alios qui vitam scripserunt, tum Aristidem in oratione Panegyrica, qui providentiæ numinum pulcerrimis verbis acceptum fert, quod talis tali & tam necessario Reipublicæ tempore summæ rerum præfectus sit. Zonaras etiam in eandem sententiam: Ὀυ μέντοι ἀξίως τῆς ἀρετῆς εὐδαιμόνησεν ἐντεῦθεν ἢ μᾶλλον θαυμάσειεν ἄντις αὐτὸν, ὅτι καὶ ἀλλοκότοις ἢ ἐξαισίοις χρησάμενος πράγμασιν, αὐτός τε περιεγένετο, καὶ τὴν ἀρχὴν διεσώσατο. Hinc illud Ammiani Marcellini de funestissimis & turbulentissimis imperii Romani temporibus: *Eo tempore* (inquit) *quo etiam si imperium Marcus regeret Antonius ægre sine collegis similibus, & magna sobrietate consiliorum lenire luctuosos Reipublicæ poterat casus.*

GRUTERUS.

4 Scilicet, sæpe fortuna regni aut reipublicæ ab uno pendet, ut innuit Polybius libro I. cap. 35. lib. 6. cap. 41. lib. 8. cap. 8. unde de Cajo Mario Sallustius fine Jugurthinæ: *Ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitæ.* Deque eodem Florus lib. III. cap. 3. *Actum erat, nisi Marius illi sæculo contigisset,* &c. Livius lib. VIII. cap. 10. *Cæterum inter omnes cives sociosque præcipua laus belli ejus penes Consules fuit: quorum alter omnes minas periculaque ab Diis superis inferisque in se unum vertit: alter ea virtute, eoque consilio in prælio fuit, ut facile convenerit inter Romanos Latinosque, qui ejus pugnæ memoriam posteris tradiderunt, utrius partis Titus Manlius dux fuisset, ejus futuram haud dubie fuisse victoriam.* ubi nos plura.

SCHOTTUS.

5 *Nusquam quies.*] Veronensis *quies nunquam.*

ANNA.

6 *Orientem, Illyricum, Italiam, Galliam.*] Parthos, Marcomannos, Sequanos, &c.

 7 Ter-

cum, Italiam, Galliamque bella fervebant: [7] terræmotus non sine interitu civitatum, [8] inundationes fluminum, [9] lues crebræ, [10] locustarum species agris infestæ, prorsus ut prope nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici seu cogitari queat, quod non illo imperante sævierit. Credo divinitus attribu- 4
tum, UT DUM [11] MUNDI LEX, SEU NATURA [12] ALIUDVE QUID [13] HOMINIBUS INCOGNITUM ea mala gignit, rectorum consiliis tam-

7 *Terræmotus.*] Ut in Asia. Huc refero ista Capitolini: *Opidis labentibus auxilium tulit.*

8 *Inundationes fluminum.*] Capitolinus. *Sed interpellavit istam felicitatem securitatemque Imperatoris prima Tiberis inundatio, quæ sub illis gravissima fuit, quæ res & multa urbis ædificia vexavit & plurimum animalium interemit & famem gravissimam peperit.*

9 *Lues crebræ.*] Capitolinus in Vero. *Fuit ejus fati ut in eas provincias per quas rediit, Romam usque luem secum deferre videretur, & nata fertur pestilentia in Babylonia, ubi de templo Apollinis ex arcula aurea quam miles forte inciderat, spiritus pestilens evasit, atque inde Parthos orbemque complesse.* Vide & Ammianum Marcellinum lib. XXIII.

SCHOTTUS.

10 *Locustarum specie.*] Veronensis, *locustarum species infestæ prorsus; ut nihil*, sic interpungit.

CASAUBONUS.

11 *Mundi lex.*] Eleganter & ex intima philosophia, pro fatum. Græci pariter νόμον eodem sensu: ut apud Marcum Aurelium Antoninum non semel. Hoc ipsum Seneca, & iisdem fere verbis; (quæ fortasse tum Victori huic, aut undecumque Victor, in mente) N.Q. III. 29. *Origo mundi non minus solem & lunam, & vices siderum, & animalium ortus, quam quibus mutarentur terrena* (i. e. non minus quibus mutarentur terrena, quam solem & lunam & vices siderum: ut peculiari idiotismo, ne dicam κακοζηλίᾳ, Senecam loqui amare pluribus exemplis, quibus hoc merito addatur, contra temerarios correctores pridem docuere viri doctissimi) *continuit. In his fuit inundatio, quæ non secus quam hyems, quam æstas lege mundi venit.*

SCHOTTUS.

12 *Aliunde quid.*] Sic vulgati. MSS. *aliudve* & Veronensis, additque *ea mala gignit.* Præclare sic Cicero Paradox- *Cum tibi sive Deus, sive mater, ut ita dicam, rerum omnium Natura dederit animum, quo nihil est præstantius, neque divinius; sic te ipsum abjicies atque prosternes, ut nihil inter te, atque inter quadrupedem aliquid putes interesse.*

ANNA.

13 *Hominibus incognitum.*] Deus scilicet quem ignorabat homo paganus.

CASAUBONUS.

13 Lucret. v.

Usque adeo res humanas vis abdita quædam
Obterit, & pulcros fasces, &c.

Quod autem Lucretius *vim abditam*; alii liberius *invidentiam numinis*, τὸν φθόνον τῶν θεῶν: quæ male sana opinio mentibus antiquorum, cujusque generis, cujuscunque professionis ita penitus inoleverat, ut etiam viris piis, quibus vera lux affulserat, voces exciderint parum piæ & ἀπευκταὶ testes veteris superstitionis.

14 *Pro-*

tamquam medicinæ remediis leniatur. Is [14] propin-



quum ſuum, [15] LUCIUM ANNIUM VERUM, ad imperii partem novo benivolentiæ genere aſcivit. [16] Qui Verus inter Altinum atque [17] Concordiam iter faciens, [18] ictu ſanguinis, quem morbum Græci ἀπόπληξιν

ANNA.

14 *Propinquum ſuum.*] Fratris uxoris ſuæ filium. Vide in Cæſaribus.

SCHOTTUS.

15 *L. Annium Verum.*] Capitolinus nunc *L. Aurelium Verum Commodum*, nunc *L. Ælium* vocat; *L. Anttæum Verum* Veronenſis liber appellat.

16 *Qui Verus inter.*] Auguſtanus codex, *Qui Veronam inter atque Concordiam* corrupte, ut patet ex Capitolino.

ANNA.

17 *Concordiam.*] *Concordia* Urbs Aquilejam inter & Altinum.

SCHOTTUS.

18 *Ictu ſanguinis quem morbum Græci ἀπόπληξιν vocant.*] Ab Eutropio mutuatus hæc; quæ quam vera ſint, viderit S. P. Q. Medicus; nam mihi N. L. *Amplius* igitur pronuntio. Si quis conjecturæ locus, *ictu ſanguinis* ſupereſſe videtur, legendumque *morbo quem Græci ἀπόπληξιν* (Veronenſis ἀποπληξίαν) *vocant*. Sic fere ex Eutropio, Oroſius lib. VII. cap. 15. *caſu morbi quem apoplexian Græci vocant, ſuffocatus interiit.* De Valentiniani interitu ſimile quid Divus Hieronymus Chronicis. Niſi forte perſuaſum Epitomæ auctori, quod vulgo, cum quis repentina morte corruit, evenire id gutta ſanguinis e capite in cor delata: ideoque *ictum ſanguinis* vocaſſe. Capitolinus certe detracto ſanguine Altinum perductum, triduoque mutum vixiſſe auctor eſt. Ἀποπληξία ſtupor corporis mentiſque vertitur & languor. Galeno autem libro Definitionum, ἔϛι κατοχὴ διανοίας μετὰ ἀναισθησίας καὶ παρέσεως τȣ̃ σώματος. Qui & libro περὶ προγινώσκειν copioſe de morte L. Veri.

ANNA.

18 Quod *ictum ſanguinis* hic vocat, Victor alibi *impetum ſanguinis* dixit in Valentiniano: *impetu ſanguinis voce amiſſa ſenſu integer exſpiravit.* In ejuſmodi autem ſubitis & repentinis morbis frequenter, & *ictus* & *impetus* nominibus utuntur quibus τὸ ἀποπληκτικὸν exprimunt

πλῆξιν vocant, [19] undecimo imperii anno extinctus est. [20] Carminum maxime [Tragicorum] studiosus, 6
[21] ingenii asperi atque lascivi. Post cujus obitum 7
Marcus Antoninus Rempublicam solus tenuit. [22] A principio vitæ tranquillissimus, adeo, ut ab infantia [23] [vultum]

primunt morbi genus. Nec dubium quin ἀποπλήξεις vocent ejusmodi species morborum, per quas impetu ruentis sanguinis & vitales vias obstruentis momento quis eripitur & suffocatur. *Salmasius apud Capitolinum.*

CASAUBONUS.

18 Non parum negotii facessivit hic locus viris doctis, Eliæ Vineto & Andreæ Schotto Jesuitæ: qui frustra adhibitis in consilium medicis, & omnibus tentatis, cum alias expedire se non posset, ad ultimum illud, *ure, seca*, confugere coactus, voces illas *ictu sanguinis* expungi voluit. Sed recte asseruit & explicavit vir summus Cl. Salmasius, harum literarum magnum decus commentariis in Historiæ Augustæ scriptores præclarissimis. Ego miror, quid in his verbis (in quorum scriptura cum Victore Eutropius & Miscellæ historiæ collector consentiunt) viris doctis adeo insolens, vel improprium, aut obscurum denique visum sit. Nam *ictus*, si verbis ipsius vis attendatur, non alia certe vox ἀπόπληξιν melius exprimit. Quod tamen si non esset, at ob symptomatum, repentinam ἀφωνίαν, aliaque, fulguritos inter (qui vulgo fulmine *icti* dicuntur) & *apoplectico* morbo correptos, affinitatem, non insulsa tamen esset aut absurda metaphora. Inde enim, quod unum idemque attonitorum utrisque, tam iis qui morbo corripiuntur, quam qui fulmine feriuntur, apud Latinos (ut optimus Latinitatis auctor Cornelius Celsus nos docet) commune nomen. Cur *sanguinis* autem, quamvis non omnis *apoplexia* ab impetu sanguinis *ictus* dicatur, sufficit, quod inter generales morbi illius causas a medicis præstantissimis vis subita *sanguinis* recensetur. Ut taceam, quod πλῆθος ἰχῶρος huic ipsi Lucio fatale fuisse vetus apud Suidam scriptor; & ejus patrem Lucium Commodum ἐγκαταληφθῆναι (pro quo vitiose in Xiphilino meo ἐγκαταλειφθῆναι) ὑπὸ τοῦ αἵματος πολλοῦ τε καὶ ἀθρόου ἐκπίπτοντος, Dio in Adriani vita testis est; quod quid aliud est, quam *ictu*, vel impetu *sanguinis*.

ANNA.

19 *Undecimo.*] Sic Capitolinus. *Imperavit cum fratre annis undecim.* Sed falsum est: Nam novem tantum numerantur.

20 *Carminum.*] Capitolinus in Vero: *Amavit autem in pueritia versus facere, post orationes*, &c.

21 *Ingenii asperi atque lascivi.*] *Ingenii asperi* fuisse his verbis innuit Eutropius. *Vir ingenii parum civilis, reverentia tamen fratris nihil unquam atrox ausus.* Contra tamen Capitolinus in Vero. *Fuit voluptuarius & nimis lætus, & omnibus deliciis, ludis, jocis, decenter aptissimus.*

22 *A principio*] Ita Eutropius. *A principio vitæ tranquillissimus, adeo ut in infantia quoque vultum nec ex gaudio, nec ex mœrore mutaret: Philosophiæ deditus Stoicæ*, &c. quæ ex Capitolino. *Erat enim ipse tantæ tranquillitatis, ut vultum nunquam mutaverit mœrore, vel gaudio, Philosophiæ deditus Stoicæ.*

SCHOTTUS.

22 Cum utroque igitur tota hæc pagina comparanda est: inde enim ad verbum transcripta: disces denique quantum hic Racemator sibi permiserit.

23 *Vultum.*] Abest a Veronensi, ut antique dictum sit quemadmodum apud Sallustium *vertit* pro *vertitur*: cæteraque apud Priscianum.

24 Nec

[23] [vultum] [24] nec ex gaudio, nec ex mærore mutaverit. Philoſophiæ ſtudens, literarumque Græcarum.[25] peritiſſimus. [26] Hic permiſit viris clarioribus,
8 [27] ut convivia eodem cultu, quo ipſe, & [28] miniſtris
9 ſimilibus, exhiberent. [29] Hic cum [30] ærario exhauſto, largitiones, quas militibus impenderet, non haberet, neque

CASAUBONUS.

24 *Nec ex gaudio.*] Ex Capitolino & hoc Victor: niſi verius utrumque ut alia pleraque, ex aliquo vetuſtiore. Meminit & Gregorius Nazianzenus in Jul. Στηλιτ. δευτ. his verbis: Ὅτι τοσοῦτον ἀόργητος ἦν, καὶ τῶν παθῶν ὑψηλότερος κατὰ τοὺς τῶν πώποτε βασιλέων ἀτρέπτους καὶ ἀκινήτους, καὶ μηδ᾽ ἂν εἴ τι γένοιτο τοῦ προσώπου τι παρατρέψαντας, ἢ πάθους ἴχνος ἐπισημαίνοντας, &c.

SCHOTTUS.

25 *Peritiſſimus.*] Abeſt a Veronenſi.

ANNA.

26 *Hic permiſit viris clarioribus.*] Eadem ad verbum Eutropius, & ex Capitolino. *Tunc viris clarioribus permiſit, ut eodem cultu quo & ipſe, vel miniſteriis ſimilibus convivia exhiberent.*

CASAUBONUS.

27 *Ut convivia eodem cultu.*] Hæc eſt illa κοινονοημοσύνη (fructus certe ejus e pluribus unus) quam a patre ſuo didicerat Antoninus. Ad eandem & illa Eutropii referenda: *Hic cum omnibus Romæ æquo jure egit, ad nullam inſolentiam elatus eſt imperii faſtigio,* &c. quæ doctiſſimus & elegantiſſimus Eutropii paraphraſtes apud Suidam non bene ad Antoninum adhuc privatum refert. Ita enim ille pluribus exſequitur: Τόν τε οὖν ἰδιώτην βίον ἐν ἰσηγορίᾳ τοῖς πολλοῖς Ῥωμαίοις ἐβίω, οὐδὲν τῇ εἰσποιήσει τοῦ γένους ἀλλοιωθεὶς, καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, &c. Atqui Antoninus ipſe I. 10. ideam imperii κατὰ ἰσότητα καὶ ἰσηγορίαν gubernati inter ea, ad quæ fratris exemplum ipſi profuerat, commemorat. Hæc generalis verborum expoſitio, quam ad Victoris mentem potiſſimum hic facere ex ordine narrationis perſuaſum habeo: ad Capitolini vero mentem, ex qua Victor hauſit, non item. Peculiaris enim ratio, quæ Antoninum movit, ut id permitteret: quam ad Capitolinum fuſe explicat venerandæ mihi memoriæ pater Iſaacus Caſaubonus.

VINETUS.

28 *Miniſtris.*) *Miniſteriis* apud Julium Capitolinum.

ANNA.

28 Unde liquet, niſi hæc ſcriptura ab exſcriptoribus per incogitantiam ſit, eos apud Capitolinum *miniſteria*, *miniſtros* eſſe interpretatos Quo ſenſu & alibi legitur. Verum malim *miniſteriis*; ita ut Capitolinus *miniſteria* vocet non *miniſtros*, ſed vaſa, poculaque aurea & argentea quæ *miniſteria* proprie dicebantur. Et hæc permiſſio neceſſaria fuit ut ſuppellectilis Imperatoriæ ſectionem perageret: quis enim eam emere auſus fuiſſet?

29 *Hic cum.*) Mihi ſuſpectum eſt τὸ *hic*, & ex ſuperiori membro natum videtur. Lego, *& hic permiſit viris clarioribus, ut convivia eodem cultu, quo ipſe & miniſteriis ſimilibus exhiberent, & cum,* &c. Ea enim ſic cohærere debent ut ideo hanc permiſſionem datam intelligamus quod ſupellectilis ſuæ ſectionem pararet; cumque ſimul eam dederit, inſtrumentum ſui cultus diſtrahere cœpiſſe. Id vero non fiet ſi *hic* retineatur.

30 *Ærario exhauſto.*) Hæc uſque *ad hujus tempore* Eutropius ad verbum ex Capitolino, quem vide & confer.

neque indicere provincialibus, aut ſenatui aliquid vel-
let: inſtrumentum regii cultus, facta in foro Traja-
ni ſectione, [31] diſtraxit, vaſa aurea, pocula cryſtal-
lina & murrhina, [32] uxoriam ac ſuam ſericam & au-
ream veſtem, multa ornamenta gemmarum: ac per
duos continuos menſes venditio habita eſt, multum-
que auri redactum. Poſt victoriam emptoribus pretia 10
reſtituit, qui reddere comparata voluerunt: [33] mole-
ſtus nulli fuit, qui maluit ſemel empta retinere. [34] Hu- 11
jus tempore [35] Caſſius tyrannidem arripiens, extinctus
eſt. [36] Ipſe vitæ anno quinquageſimo nono, [37] apud 12
Vendobonam morbo conſumptus eſt. De ejus mor- 13
te nuntio Romam pervecto, confuſa luctu publico
Urbe, ſenatus in curia [38] veſte tetra amictus, lacry-
mans convenit. Et quod de Romulo [39] ægre credi- 14
tum eſt, omnes [40] pari ſenſu [41] præſumpſerunt, [42] Mar-
cum

31 *Diſtraxit.*) *Vendit en détail.*

32 *Uxoriam ac ſuam ſericam.*) Idem Eutropius; verum Capitolinus. *Et veſtem uxoriam ſericam & auratam.* Bene. *Serica* enim & *aurata* veſtis proprie fuit Auguſtæ non Auguſti. Videlicet ut alibi, hic etiam rationem temporis ſui habuit Victor. Quo *ſerica* veſte Auguſti etiam utebantur.

SCHOTTUS.

33 *Moleſtus nulli fuit.*) Sic jubet lex ult. de quadr. præſcript. & Inſtitut. de uſucap. & longi temp. præſcript.

ANNA.

34 *Hujus tempore.*] An. U. C. 927. poſt C. 175.

35 *Caſſius.*) Præſes Aſiæ. De quo vide Vulcatium Gallicanum in hiſtoria Auguſta.

CASAUBONUS.

36 *Ipſe vitæ anno quinquageſimo nono apud Vendobonam.*) De annis vitæ Marci & loco mortis aliter Tertullianus, Dio, Capitolinus, alii, qui nec ipſi in omnibus inter ſe conſentiunt. Eorum rationes hic expendere longum eſſet, & minime neceſſarium, cum jam ab aliis ſatis accurate præſtitum ſit.

VINETUS.

37 *Apud Vendobonam.*) Antiquus codex *B* pro *V* hic habet. In Pannonia obiviſſe mortem anno Chriſti centeſimo & octogeſimo ſecundo, in Euſebii Latinis Chronicis legimus.

SCHOTTUS.

38 *Veſte tetra amictus.*) *Veſte trita indutus* Veronenſis non male. quid ſi *atrata?*

ANNA.

39 *Ægre creditum eſt.*) Neque *creditum* fuiſſet, niſi ſacramento fidem feciſſet Proculus.

SCHOTTUS.

40 *Pari ſenſu.*) Lege *pari conſenſu*, ex Veronenſi & MSS.

ANNA.

41 *Præſumpſerunt.*) *Præſumere* eſt anticipatam rei cujuſdam notitiam habere.

CASAUBONUS.

42 *Marcum cœlo receptum eſſe.*) i. e. cœlitibus adſcriptum, & divum, imo deum factum.

43 Tem-

cum cœlo receptum esse. Ob cujus honorem templa, columnæ, [43] multaque alia decreta sunt.

GRUTERUS.
43 *Templa, columnæ, multaque alia.*) Bene interserit MSS. Pithœi, *columnæ, sacerdotes, multaque, &c.*

CAPUT XVII.

ARGUMENTUM.

Annos tredecim imperat, sævus, avarus, infidus, gladiator est, & a palæstrita compressis faucibus exspirat Aurelius Commodus.



1 AURELIUS COMMODUS Marci Antonini filius, Antoninus & ipse dictus, imperavit [1] annos tredecim. Hic qualis futurus esset, [2] in ipso pri-
2 mordio ostendit. Nam cum in supremis moneretur a parente, attritos jam Barbaros ne permitteret vires recipere: respondit, [3] Ab incolumi quamvis paullatim,

ANNA.
1 *Annos tredecim.*] Vide in Cæsaribus.
2 *In ipso primordio.*] *Sæva a principio dominatione detestabilior habebatur.* Supra in Cæsaribus.

SCHOTTUS.
3 *Ab incolumi quamvis.*] Veronensis *ab incolumi vis paullatim.* Capitolinus extremo Antonino, ubi hæc narrat, ita corruptus, ut nullum sensum elicere potuerim: adeoque sine veteri codice sanari posse desperem.

ANNA.
3 Hæc aliis verbis, sed in eandem sententiam narrat Capitolinus in vita Marci: *Mors autem talis fuit. quum ægrotare cœpisset, filium advocavit, atque ab eo primum petiit, ut belli reliquias non contemneret, ne videretur Rempublicam prodere:* Et

tim, negotia perfici posse; a mortuo [vero] nihil. Sævior omnibus libidine atque avaritia, crudelitate. 3
nulli fidus: magisque ⁴ in eos atrox, quos amplissimis honoribus donisque ingentibus extulerat. In tan- 4
tum depravatus, ⁵ ut gladiatoriis armis sæpissime in amphitheatro dimicaverit. Huic Marcia generis li- 5
bertini, forma tamen meretriciisque artibus pollens, cum animum ejus penitus devinxisset, egresso e balneo, ⁶ veneni poculum obtulit. Ad extremum ab 6
immisso validissimo palæstrita, compressis faucibus exspiravit, anno vitæ tricesimo secundo.

C A-

Et quum filius ei respondisset cupere se primum sanitatem; ut vellet, permisit, petens tamen ut expectaret paucos dies, ut simul proficisceretur. Qui locus si quisquam alius, planus est, eum tamen viri doctissimi corruptissimum & difficillimum clamant: cum respondet Commodus cupere se primum sanitatem, quid aliud ait quam quod hic Epitomista *omnia ab incolumi quamvis paullatim perfici posse, a mortuo nihil?* Ut vellet permisit Marcus; petens tamen ut paucos dies expectaret, ut ipse Marcus simul proficisceretur. Non quod se simul cum Commodo Romam profecturum Marcus speraret; sed cum ait, ut simul proficisceretur, de vita eum intellexisse certum est. Probant quæ subjungit Capitolinus. *Deinde abstinuit cibo potuque, mori cupiens, auxitque morbum.*

GRUTERUS.

4 *In eos atrox quos amplissimis honoribus donisque ingentibus extulerat.*] Quod monstro simile. Ita enim natura comparatum est ut cariores habeamus quos promovimus, in quos multa contulimus, & fecimus quasi opus nostrum. Seneca lib. IV. de Benef. cap. 15. *Non mentior si dixero neminem non amare beneficia sua, neminem non ita compositum animo, ut eum libentius videat, in quem multa congessit; cui non causa sit iterum dandi beneficii semel dedisse,* &c.

ANNA.

5 *Ut gladiatoriis armis sæpissime.*] Lampridius in Commodo: *Inter hæc refertur in literas pugnasse illum sub patre trecenties sexagies quinquies. Item postea tantum palmarum gladiatoriarum confecisse, vel victis retiariis vel occisis, ut mille contingerent.*

SCHOTTUS.

6 *Veneni poculum.*] *Quod cum minus operaretur, per athletam cum quo exerceri solebat, eum strangulaverunt.* Lampridius Commodo. Athletam autem hunc *Eclectum Ælii Veri libertum* vocat Capitolinus in Vero extremo. Spartianus autem Severo *Narcissum* quendam *Commodi strangulatorem* facit, quem hoc nomine *leonibus objecerit* Severus, qui & *Divum appellare* ausus est *Commodum, ut se de senatu ulcisceretur. Vivus* tamen *etiamnum hostis generis humani judicatus.* Orosius, qui & *in domo Vestiliani strangulatum ait.*


ANNA.

6 Etiam Herodianus scribit Commodum, immisso Narcisso quodam strenuo & audaci adolescente, in cubiculo strangulatum.

CAPUT XVIII.

ARGUMENTUM.

Dies octoginta quinque imperat, obtruncatur, fortunæ pila vocatur, & divus appellatur Helvius Pertinax.



1 [1] HELVIUS PERTINAX imperavit [2] dies octoginta quinque. [3] Iſte coactus [4] [imperavit:] repugnanſque imperium ſuſcipiens, [5] tale co-
2 gnomentum ſortitus eſt. [6] Origine gentis ſordida, [7] præfecturam Urbi agens, imperator effectus, ſcelere Juliani multis vulneribus obtruncatur, annos natus [8] ſe-

SCHOTTUS.

1 *Helvius Pertinax.*] *Ælius Pertinax* vocatur Oroſio lib. VII. cap. 16.

ANNA.

2 *Dies octoginta quinque.*] *Octoginta* ſupra Victor. Vide.

SCHOTTUS.

2 Menſes ſex imperaſſe dicit Oroſius.

ANNA.

3 *Ille coactus.*] *Vim pane afferentibus atque impenſe rogantibus univerſis, vix dubitabundus ſellam Imperatoriam conſcendit.* Vide Herodianum & Capitolinum qui *eum Imperium horruiſſe* ſcribit.

SCHOTTUS.

4 Tò *imperavit* huc ex præcedenti linea odioſe inculcatum. Exturbandum igitur & obelo fodiendum.

ANNA.

5 *Tale cognomentum ſortitus eſt.*) A pertinacia in imperio recuſando *Pertinax* dictus. Aliter Capitolinus. *P. Helvio Pertinaci pater libertinus Helvius ſucceſſus fuit, qui filio nomen ex continuatione lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam gereret, impoſuiſſe fertur.*

SCHOTTUS.

6 *Origine gentis.*] Tres MSS. *origine ortus ſordida.* quomodo & Veronenſis.

ANNA.

6 Nam & ejus *pater tabernam coctilitiam in Liguria exercebat.* Auctor Capitolinus.

7 *Præfecturam Urbis agens.*] Gradus omnes, per quos ad imperium Perti-

[8] ſeptem atque ſexaginta. [9] Hujus caput tota Urbe
circumvectum eſt. Hoc exitu obiit vir [10] ad huma- 3
næ converſationis exemplum per laboris genera uni-
verſa [11] aſſumptus, provectuſque eo, ut [12] FORTU-
NÆ vocaretur PILA. Nam libertino genitus patre 4
[13] apud Ligures in agro ſqualido [14] Lollii Gentiani,
cujus in præfectura quoque clientem ſe eſſe libentiſſi-
me fatebatur, [15] fuit doctor literarum, quæ a Gram-
maticis traduntur. Blandus magis quam beneficus: 5
Unde eum Græco nomine [16] *χρηστολογον* appellavere.
Numquam injuria accepta ad ulciſcendum ductus.
Ama-

Pertinax proceſſit, perſequitur Capitolinus.

SCHOTTUS.

8 *Septem atque ſexaginta.*) Tu vide ne *ſex atque ſeptuaginta* ſcripſerit ſuppoſiticius Victor & librarius in notis, ut fere peccarit tranſponendis. feceritque *ſeptem atque ſexaginta.* ſed mihi meum placet ſomnium; propius enim abeſt a vero. Norunt qui libros veteres tractant quoties erratum in numeris, alio dictante male exceptis a librariis oſcitantibus, & ad finem nimis, lucri ſtudio, properantibus. Similem ſcribarum errorem in Victoris Vitellio deprehendi.

ANNA.

9 *Hujus caput.*) Capitolinus. *Caput ejus conto fixum milites qui eum occiderant, per Urbem in caſtra pertulerunt.*

10 *Ad humanæ converſationis exemplum.*) Rerum humanarum vicem, volubilitatem, inconſtantiam, *humanam converſationem* vocat. Nam *converti & converſari* idem ſonant.

SCHOTTUS.

11 *Aſſumptus provectuſque eo ut.*) Aliter longe MSS. *ad ſummos provectus uſque eo, ut Fortunæ.* Nec diſſentit Veronenſis, niſi quod *honores* addit, *ad ſummos provectus honores uſque eo ut.*

GRUTERUS.

11 Aut aliud quid latet, aut reſcribendum *ad ſumma provectus; uſque eo,* &c.

SCHOTTUS.

12 *Fortunæ vocaretur pila.*) Huc pertinet illud Plauti Captiveis,

Dii nos quaſi pilas homines habent.

Eandem *fortunæ* commutationem expertus Septimius Severus, qui & Pertinacis nomen induit, ut tandem exclamaret, *Omnia fui, conducit nihil.* Spartianus & Victor.

ANNA.

13 *Apud Ligures.*) Capitolinus. *Natus eſt Pertinax in Apennino in Villa Martis.*

14 *Lollii Gentiani.*) Hunc non *Lollium Gentianum*, ſed *Lollium Avitum* vocat Capitolinus Pertinacis patris patronum.

15 *Fuit doctor literarum quæ a Grammaticis.*) Capitolinus. *Puer literis elementariis & calculo imbutus, datus etiam Græco Grammatico, atque inde Sulpitio Apollinari, poſt quem idem Pertinax Grammaticen profeſſus eſt.*

SCHOTTUS.

15 Contra Dionyſius Syracuſanus tyrannus ex ſolio in piſtrinum literarium detruſus, ubi pro ſceptro & diademate ferulas & virgas tractaret, veteris regni ſpecimen. Juſtinus lib. XXI. extremo.

16 *Χρηστολόγον.*) Veronenſis *χρηστόατον*, depravate. Capitolinus totidem pæne vocibus; ſic dictum *quod verbis magis quam re ipſa benignus eſſet.* Sed hac tota de re vide

Amabat simplicitatem: [17] communem se affatu, con-
6 vivio, incessu præbebat. Huic mortuo Divi nomen decretum est: ob cujus laudem ingeminatis, [18] ad vocis usque defectum, plausibus, acclamatum est, Pertinace imperante securi viximus: neminem timuimus. [19] patri pio, patri senatus, patri omnium bonorum.

vide doctiss. Pithœi Subsecivarum lectionum lib. 11. cap. 3.

17 *Communem se affatu.*] *Comem* Veronensis. Nihil demuto: infra enim in Decio & in Theodosio *cōis* pro *comis* ponitur. Græcorum imitatione, qui κοινὸς hac notione usurpant: ut Demosthenes ἀεὶ ςεφάνων, & Phocylides apud auctorem Etymologici. Sic optimum exemplar MS Corn. Nepotis, sive is Æmilius Probus est, quod mihi doctissimus juxta ac humanissimus Puteanus utendum dedit, in Miltiade pro *mira comitas* disertim *communitas* scriptum præfert. Vox rarius usitata; forte, quod cum *cōis* compendio repperissent, semper *comis* legerint Sic & in Terentii se ipsum cruciante Actu v. scriptum in melioribus libris idem me monuit:

Quemquamne animo tam communi
aut leni putas:

Quamquam idemne valeat *cōis* quod *comis* liquidò affirmare Muretus non possit. Et apud Tranqu. in Claudio cap. 21. *Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat.*

18 *Ad usque defectum.*] Adde ex MSS. & Veronensi *vocis usque*: manca alioqui sententia, nullo sensu procedens. Concinnius fortassis ordine concipiatur lectio, *ingeminatis plausibus ad vocis usque defectum acclamatum est.* Nihil tamen pronuncio.

ANNA.

19 *Patri pio, patri senatus.*] Acclamationes istæ, hic aliter accipiendæ sunt quam eæ quibus Imperatoribus in terris adhuc morantibus fausta omnia precabantur: quippe mortuo Pertinaci & jam etiam consecrato, non erat cur amplius *feliciter* dicerent. Igitur *patri pio, patri senatus, patri omnium bonorum* scilicet, libenter omnes honores decernimus, censemus deferendos, vel similia.

CAPUT XIX.

ARGUMENTUM.

Mensibus septem imperat, & factiosus...... decollatur Didius Julianus.

1 DIDIUS JULIANUS [1] ortu Mediolanensis, imperavit [2] mensibus septem. Vir nobilis, ju-
2 re peritissimus, factiosus, præceps, regni avidus. Hoc tem-

ANNA.

1 *Ortu Mediolanensis.*) Vide Spartianum. *Mediolanum* in Gallis Transpadana.

2 *Mensibus septem.*) Falsum: Imperavit tantum *mensibus* duobus, diebus quinque.

Pescen-



tempore Niger 3 Pescennius 4 apud Antiochiam; 5 in Pannoniæ Sabaria Septimius Severus, creantur Au-
gusti. 6 Ab hoc Severo Julianus in abditas palatii 3
balneas ductus, 7 extenta damnatorum modo cervice, 8 decollatur: caputque ejus in rostris ponitur.

C A-

SCHOTTUS.

3 *Pescennius.*) *Piscennius* scripti libri & Veronensis. *Pescenninus* vulgati tres.

ANNA.

4 *Apud Antiochiam.*) *Ab exercitibus Syriacis quos regebat, Imperator est appellatus.* Spartianus in Nigro.

5 *In Pannoniæ Sabaria.*) *Sabaria* sive *Savaria*, urbs superioris Pannoniæ. Spartianus scribit Severum Imperatorem appellatum apud Carnutum ejusdem Pannoniæ opidum.

6 *Ab hoc Severo.*) Severo tribuit quod jussu tribuni per gregarium militem factum est. Spartianus. *Missi tamen a senatu quorum cura per militem gregarium in Palatio, idem Julianus occisus est, fidem Cæsaris implorans, hoc est Severi.*

GRUTERUS.

7 *Extenta damnatorum modo cervice.*) Tale quid fieri solitum, haurire est ex formula vulgari, *præbere* aut *porrigere cervicem*. Seneca Epistola 82. *Mors illa quæ in Catone gloriosa est, in Bruto statim turpis est & erubescenda. hic est enim Brutus, qui cum periturus mortis moras peteret, ad exonerandum ventrem secessit, & evocatus ad mortem, jussusque præbere cervicem; Præbebo, inquit, ita vivam.* Marcellus Eserninus: *Non indignabitur cervicem hostis porrigere; indignabitur clienti.*

SCHOTTUS.

8 *Decollatur.*) Pro capite truncatur. Sueton. Caligula: *Miles decollandi artifex, quibuscumque e custodia capita amputabat.* cap. 32. Utitur & Seneca. Translate vero Plautus Capteiveis: *si spes cœnatica decollabit.* & Casina: *si sors decollassit, gladium faciam culcitam.* Operæ est occasione hujus verbi fragmentum Fenestellæ ex Diomede eruere: quod ad Suetonium, Plutarchum, & illa Victoris, quæ ad Viros illustres primi e MSS. addidimus capita illustranda pertineat. Sic enim ille lib. II. Epitomes: *Quemadmodum Cæsar a piratis captus sit, utque eos postea ceperit & decollaverit.* Tranquillus vero Cæsare cap. 74. & Plutarchus *jugulatos cruci suffixos* ait. Victor noster de Viris illustribus *simpliciter piratas captos & punitos:* quo genere supplicii, tacitus præterit.

1 *Annos*

CAPUT XX.

ARGUMENTUM.

Annos decem & octo imperat, Pescennium interimit, Albinum occidit, filios successores relinquit, vallum a mari ad mare deducit, bellicosus, ingenio acer, in amicos inimicosque vehemens, honores venumdari non patitur, literis...... instructus, & exspirat Septimius Severus.



1 SEPTIMIUS SEVERUS imperavit [1] annos de-
2 cem & octo. Hic Pescennium interemit, [2] homi-



nem omnium turpitudinum. Sub eo etiam ALBINUS, qui

ANNA.

1 *Annos decem & octo.*] Eutropius. *Decessit Eboraci admodum senex imperii anno* XVIII. *mense* IV. Sed falsus est : Imperavit tantum annis XVII. mensibus VII. diebus III. Siquidem imperium suscepit Kalend. Jun. ann. U. 945. post C. N. 193. mortuus an. 963. post C. N. 211. die 4. Februarii.

2 *Hominem omnium turpitudinum.*] *Moribus turpem* vocat Spartianus

qui in Gallia se Cæsarem fecerat, apud Lugdu-
num occiditur. Hic Severus filios suos successores 2
relinquit, Bassianum & Getam. Hic in Britannia [3] val- 4
lum [4] per triginta duo passuum millia a mari ad ma-
re deduxit. Fuit bellicosissimus omnium, qui ante 5
eum fuerunt. Acer ingenio, ad omnia quæ inten-
disset [5] in finem perseverans. Benivolentia, quo in-
clinasset, mirabili ac perpetua. Ad quærendum di-
ligens; ad largiendum liberalis. In amicos, inimi- 6
cosque pariter vehemens: quippe qui [6] Lateranum,
Cilonem, Anulinum, Bassum, cæterosque alios di-
taret, ædibus quoque memoratu dignis: quarum præ-
cipuas videmus, [7] Parthorum quæ dicuntur, ac La-
terani. Hic nulli in dominatu suo permisit [8] hono- 7
res venumdari. Latinis literis sufficienter instructus. 8
Græ-

tianus & *libidinis effrenatæ ad omne genus cupiditatum.*

3 *Vallum.*] Murum vocat supra Victor: locum adi. Iisdem verbis Eutropius. *Vallum per* XXXII. *millia passuum a mari ad mare deduxit.*

SCHOTTUS.

4 *Per triginta duo.*] Ex Eutropii libro VIII. ut pleraque. Mendum adhuc hæret in Orosio, etiam eo quem Franciscus Fabricius vir doctissimus recensuit: legitur enim *per* CXXXIII. *pass.* M. Centenarius redundat ex Dione, & Spartiano: quorum hic, etiam Adrianum, in vita illius scribit, primum in Britannia, correcta disciplina murum per octoginta millia passuum duxisse.

5 *In finem perseverans.*] Alludere ad nomen videtur, nec enim *Severi* nomine contentus, Pertinacis addidit. vide Spartianum.

VINETUS.

6 *Læteranum Chilonem Amilinum Bassum.*] Hic sic legendum & distinguendum censeo: *Lateranum*, *Cilonem*, *Anulinum*, *Bassum*. *Laseranum* Cassiodorus consulem facit, Rufino collega, sub Imperatore Septimio Severo: qui ut suspicor, trium syllabarum est *Laternus*, apud Dionem. *Chilones & Cilones* veteres Latini habuerunt, Carisio & Festo auctoribus: sed quem cum spiritu *Chilonem* hic impressum legimus, & inter consules Cassiodori, & in Commodo Lampridii, & Caracalla Spartiani; vetus liber scribit sine spiritu, & ita habet impressum Censorinus: quomodo & apud Dionem appellatur Κίλων. *Anulini* vocabulum varie corruptum reperiri, monuimus in Eutropii commentario. *Bassi* denique cum Gentiano consulis, quo anno decessit Severus Augustus, meminit Cassiodorus: & *Bassi* præfecti Urbi Spartianus in Severo.

SCHOTTUS.

6 In *Anullino* lambda geminatur in MSS. & Veronensi. Infra tamen Diocletiano *Anulinus* est: ubi vulgo *Amilinus.*

ANNA.

7 *Parthorum quæ dicuntur ac Laterani.*] Ædes *Laterani* memorantur a Capitolino in Antonino Philosopho. In secunda Urbis regione esse ait Casaubonus.

SCHOTTUS.

8 *Honores venumdari.*] Vereor ne

μνημο-

Græcis sermonibus eruditus. Punica eloquentia promptior, quippe genitus apud Leptim provinciæ Africæ. Is dum membrorum omnium, maxime pedum, dolorem pati nequiret; veneni vice, quod ei negabatur, cibum gravis ac plurimæ carnis avidius invasit: quem cum conficere non posset, [9] cruditate pressus, [10] exspiravit. Vixit [11] annos sexaginta quinque.

μνημονικὸν ἁμάρτημα sit, quod nemo eam illi laudem tribuat: falsus forte in nomine: Severi enim Alexandri proprium hoc, qui magistratuum nundinationem detestatus est: cum judicaret, necesse esse, ut qui emerit, vendat. Legendus Lampridius Alexandro. Non dissimile Pescennio Nigro tribuit Spartianus: Judicem nec dare nec accipere debere: ideoque salaria iis constituit.

ANNA.

8 Lampridius. *Honores juris gladii nunquam vendi passus est, dicens: necesse est ut qui emit, vendat; ego non patiar, mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possum. Erubesco enim punire illum hominem qui emit & vendit.* Quem locum frustra sollicitat vir doctissimus.

SCHOTTUS.

9 *Cruditate pressus.*] *Cruditatem passus* est in editis quatuor.

10 *Exspiravit.*] Moriturus jussit signum Tribuno dari, *Laboremus*: ut Helvius Pertinax, *Militemus*. Idem Spartianus.

VINETUS.

11 *Annos sexaginta quinque.*] Sic notat vetus codex rectius, quam alii, *septuaginta*: sicut ostendimus in commentario Eutropii.

ANNA.

11 Modo dempseris menses duo, diesque quatuor.

SCHOTTUS.

11 LXX. And. Cratandri & Gryphii editiones, propius verum: octoginta enim novem annorum facit non semel Spartianus.

CAPUT XXI.

ARGUMENTUM.

Annos sex imperat, avi materni nomine Bassianus dicitur, de nomine vestis Caracalla cognominatur, fratrem Getam perimit, Magnum & Alexandrum se appellari jubet, novercam uxorem ducit & interficitur Aurelius Antoninus.


1 AURELIUS ANTONINUS BASSIANUS CARACALLA, Severi filius, Lugduni genitus, imperavit solus annos sex.
2 Hic Bassianus [1] ex avi materni nomine dictus est. At cum e Gallia vestem

stem


ANNA.

1 *Ex avi materni nomine.*] Patre scilicet Juliæ, nota: nam hic Juliæ filium facit. Juliæ pater Bassianus

voca-



ſtem plurimam devexiſſet, [2] talareſque caracallas feciſſet, coëgiſſetque plebem ad ſe ſalutandum indutam talibus introire, de nomine hujuſce veſtis CARA-



CALLA cognominatus eſt. Hic fratrem ſuum GE- 3
TAM peremit: ob quam cauſam, [3] furore pœnas dedit DIRARUM INSECTATIONE, quæ non immerito [4] ultrices vocantur: a quo poſt furore convaluit.

vocabatur. Vide not. 14. & viri inconſtantiam ride. Vide & not. 1. Heliogabal.

2 *Talareſque caracallas feciſſet.*] Quæ breviores antea. Vide in Cæſaribus.

SCHOTTUS.

3 *Furore pœnas.*] Hoc nuſquam de Caracalla memini legere. Adrianum quidem *furore* laboraſſe auctor eſt Lampridius ſub initium Alagabali.

4 *Ultrices vocantur.*] Ut apud poëtarum principem,

Ultriceſque ſedent in limine diræ.

VIII. Æn. quæ & lib. XII. depinguntur. Sic furiis agitatus Oreſtes &

4 luit. Hic [5] corpore ALEXANDRI Macedonis conſpecto, [6] Magnum atque Alexandrum ſe juſſit appellari, [7] aſſentantium fallaciis eo perductus, ut [8] truci fronte, & [9] ad lævum humerum converſa cervice, [10] quod in ore Alexandri notaverat incedens,
5 [11] fidem vultus ſimillimi perſuaderet ſibi. Fuit [12] im-

& Ajax Poëtis. Et Neroni matris interfectæ ſpecies obverſatur apud Sueton. cap. 44. & 46. & Othoni manes Galbæ, Othone cap. 7. Eleganter Tacitus de Tiberio loquens VI. Annali, initio, vel, ut alii diſtinguunt quincto: *Non fruſtra*, inquit, *præſtantiſſimus ſapientiæ firmare ſolitus eſt, ſi recludantur tyrannorum mentes, poſſe aſpici laniatus & ictus quando ut corpora verberibus; ita ſævitia, libidine, malis conſultis animus dilaceretur. Quippe Tiberium non fortuna, non ſolitudines protegebant, quin tormenta pectoris, ſuaſque pœnas ipſe fateretur.* Sed non vacat campum hunc ingredi.

ANNA.

5 *Corpore Alexandri Macedonis conſpecto.*] Quidam tamen ſcribunt Octavium, & Severum ſolos eſſe Imperatorum qui *Alexandri Magni corpus*, quod Alexandriæ ſervabatur, inſpexerint: Et Severum quidem monumentum occluſiſſe ne quis illud in poſterum videret. Ergo illud una cum patre conſpexiſſe Caracallam neceſſe eſt. Si huic racematori fides habenda. Neque enim me hoc alibi legiſſe memini. Et fuit etiam cum de recepta lectione dubitarem, legeremque *ore*, non *corpore*. Sed nihil auſim pronunciare.

SCHOTTUS.

6 *Magnum.*] Sic etiam vocat Paullus I. C. in veterum Prudentum fragmentis, quæ immortali P. Pithœi beneficio cum Moſis legibus comparata circumferuntur, Tit. III. de adulterio: *Magnus*, inquit, *Antoninus pepercit eis qui adulteros inconſulto calore ducti, interfecerunt.*

7 *Aſſentantium.*] Nec vacat de *aſſentatoribus* dicere: exemplorum enim multitudo deterret. Hoc tantum monebo lectorem me in Auguſtano codice *aſſectantium* reperiſſe, pro *aſſentantium*.

ANNA.

8 *Truci vultu.*] Spartianus. *Egreſſus vero pueritiam, ſeu patris monitis, ſeu calliditate ingenii, ſive quod ſe Alexandro Magno Macedoni æquandum putabat, reſtrictior, gravior, vultu etiam truculentior factus eſt.*

9 *Ad lævum humerum converſa cervice.*] Quomodo in nummis hodie conſpicitur Alexander.

SCHOTTUS.

9 *Levicum* Veronenſis. Simile de Platonis diſcipulis alibi legitur: ſed libris deſtitutus ſtudioſo lectori quærendi laborem mando.

10 *Quod in ore.*] *Quod more* idem Veronenſis præfert: nil muto. Simile ſupra 15. *Julius Cæſar Gadibus Alexandri viſa imagine ingemuit, &c.* Sueton. cap. 7. Ea ſignare literas aliquamdiu ſolitus Auguſtus. Octav. cap 50. Vide infra in Aureliano. Plautinum illud huc quadrat de milite glorioſo:

Itaque Alexandri præſtare prædicat formam ſuam.

GRUTERUS.

11 *Fidem vultus ſimillimi perſuaderet ſibi.*] Habent & hoc aſſentatores, ut etiam falſiſſima Principibus perſuadeant. ſimileque prorſus iſti eſt quod de Pyrrho Rege legimus apud Lucianum libello adverſus indoctum libros plures ſibi comparantem: is enim adeo ab adulatoribus captus erat, ut putaretur eſſe expreſſa Alexandri Magni effigies, donec a vetula Lariſſæ hoſpi-

[12] impatiens libidinis, quippe qui [13] novercam suam duxit uxorem. Cum [14] Carras iter faceret, apud Edes- 6
sam secedens [15] ad officia naturalia, a milite, qui quasi ad custodiam sequebatur, interfectus est. [16] Vi- 7
xit annos fere triginta. Corpus ejus Romam relatum est.

ra monitus, hanc opinionem exsuit, si modo exsuit. sunt enim reges multi, qui malunt esse quam videri.

SCHOTTUS.

12 *Impatiens.*] *Impatientis libidinis* rursus est in Veronensi. Eutropius, unde hæc ad verbum descripta, nihil variat.

ANNA.

13 *Novercam suam.*] Juliam. Igitur Marciæ filius fuit. Sed vide quam parum sibi constans sit. Idem mox Juliæ, non Marciæ filium facit. Juliæ enim filium fuisse necesse est, si hic annos fere triginta tantum vixit, ut dicit infra. Nimirum racemator iste cum diversos auctores Dionem, Aurelium, Spartianum transcribit, & singulis fidem habet, graviter lapsus est. *Nisi* qui dicat eum scripsisse *matrem suam.* Et *τὸ novercam* Exscriptores huc intrusisse cum id apud Aurelium legerent. Non attendentes scilicet hic Epitomistam alios auctores sequi.

14 *Carras.*] *Carræ* & *Edessa* Urbes in Mesopotamia, non longe ab Euphrate.

SCHOTTUS.

14 *Carris* legunt Basileensis uterque, & *Ædessam* cum diphthongo. *Carras autem profectus Luni dei gratia, die natali suo* VIII. *Idus Apriles ipsis Megalensibus.* Spartianus. Qui & de Luno deo quædam, unde & Alogabalus Imperator nomen acceperit. Herodianus lib. VI.

15 *Ad officia naturalia.*] *Cum levandæ vesicæ gratia ex equo descendisset, rursusque in equum levaretur,* a milite quodam Macrini Præf. prætor. jussu *latus confossum*: Spartianus. Oros. vero lib. VII. *ab hostibus circumventum* ait: Sextus Rufus in Breviario, *propria morte obiisse, & in Osroëna sepultum*, non, ut noster, Romam corpus relatum. Quem auctorem priusquam de manibus deponam, libet duobus locis emendare, quæ etiam in Brugensi editione longe optima corrupta sunt. Ad medium: *Nunc eas partes totumque Orientem*: repone ex MSS. *nunc Eoas partes.* hactenus enim de Occidentali & VII. trionali plaga egerat. Post paullo lege ex iisdem, *ne quid tamen P. R. non viris (viribus* alii) *partum haberet, armis* (vulg. male *arma*) *per nos ab Antiocho Syriarum Rege maximo est vindicata.* de Asia enim sermo est.

ANNA.

16 *Vixit annos fere triginta.*] XXIX. Dio. Juliæ ergo filius fuit. Et verum est. Vide notam ante hanc quartam, & quæ in Cæsaribus dicta sunt.

SCHOTTUS.


16 Spartianus & Eutropius XLIII. annos numerant. Conjicio scriptum fuisse *fere tres & quadraginta.*

CAPUT XXII.

ARGUMENTUM.

Ab exercitu imperatores creati menses quatuordecim imperant & obtruncantur Macrinus & Diadumenus.

MACRI-



1 MACRINUS cum DIADUMENO filio ab exercitu [1] imperatores creati, imperaverunt menſes quatuordecim. & ab eodem exercitu obtruncantur, pro eo, quia Macrinus [2] militarem luxuriam, ſtipendiaque profuſiora comprimeret.

ANNA.


1 *Imperatores creati.*] Idem Eutropius. Vide in Cæſaribus.

2 *Militarem luxuriam*, &c.] Capitolinus. *Fuit Macrinus, tamen in vita imperatoria paullo rigidior, & auſterior, ſperans ſe ante acta omnia poſſe oblivioni dare, quum ipſa ſeveritas illius occaſionem reprehendendi & lacerandi ejus daret.*

CAPUT XXIII.

ARGUMENTUM.

Biennio & menſibus octo imperat, Heliogabalus dicitur, probris omnibus ſe contaminat, & interficitur Aurelius Antoninus Varius.





AURELIUS ANTONINUS VARIUS, idem HELIOGABALUS dictus, Caracallæ ex [1]. Semea [2] consobrina occulte stuprata filius [3] imperavit biennio & mensibus octo. 1
Hujus matris Semeæ avus Bassianus nomine, fuerat Solis sacerdos: quem Phœnices, unde erat, [4] Heliogabalum nominabant: [5] a quo iste [6] Heliogabalus dictus est. 2
Is cum Romam [7] ingenti militum & senatus exspectatione venisset, probris se omnibus contaminavit. 3
Cupiditatem stupri, quam adsequi naturæ defectu [8] non poterat, in se convertens, muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano jusserat appellari. [9] Vestalem virginem quasi matrimo-

SCHOTTUS.

1 *Semea.*] In MSS. & Veronensi *Sæmea* scribitur cum *æ* diphthongo. Ab Herodiano Σοαιμὶς lib. v. appellatur, & Xiphilino. *Semiamiram* Capitolinus Macrino, & Lampridius Alagabalo vocant, *Semia*, Syra Eutropio est lib. IIX.

ANNA.

2 *Consobrina.*] Fuit vir quidam Bassianus nomine cui filiæ Julia & Moësa. Julia Caracallam, Moësa Semeam & Mammæam filias habuit. Vides Semeam & Caracallam *consobrinos*. Ex hac Semea & eodem Caracalla natus Heliogabalus. Ex Mammæa Alexander Severus.

SCHOTTUS.

2 *Concubina* Augustano codici.

3 *Imperavit biennio....*] Regnasse annis quatuor autumat Orosius lib. IIX.

ANNA.

4 *Heliogabalum.*] In Cæsaribus.

5 *A quo iste.*] Aliter tamen Victor supra.

SCHOTTUS.

6 *Heliogabalus.*] Ἐλαιαγάβαλος est Herodiano: Dioni Ἐλιογάβαλος, Ἄβιτος, καὶ Σαρδανάπαλος. in numis vero antiquis fere *Alagabalus*, vel *Elagabalus* reperias: & Phœnicibus Sol est, vel, ut quidam, Juppiter, inquit Lampridius: qui & inde sic dictum ait, quod interempto Macrini factione Caracalla patre, in templum Dei Alagabali ne interficeretur, velut in asylum confugisset. Et ita Victor ipse nunc primum a nobis erutus. Græcis etiam Sol ἥλιος dictus. Forte huc pertinent quæ de Luno Deo refert Spartianus Caracalla. Locus vero aut insigniter depravatus, quem sine libris mutare non ausim; aut a Lampridio & Herodiano longe diversa narrat Racemator iste.

ANNA.

7 *Ingenti militum & senatus expectatione.*] Lampridius. *Nactus imperium Romam nuntios misit: excitatisque omnibus ordinibus, omni etiam populo, ad nomen Antoninum quod non solum titulo, ut in Diadumeno fuerat, sed etiam in sanguine redditum videbatur, quum se Antoninum Bassiani filium scripsisset, ingens ejus desiderium factum est.*

SCHOTTUS.

8 *Non poterat.*] *Nondum poterat,* melius est in MSS.

9 *Vestalem virginem.*] Aquiliam Severam vocat Xiphilinus.

ANNA.

9 Distingue. *Muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano jusserat appellari, Vestalem virginem quasi matrimonio jungens suo.* Aliter nullus sensus.

trimonio jungens suo; abscissisque genitalibus, matri
4 se Magnæ sacravit. Hic [10] Marcellum, qui post Alexander est dictus, [11] consobrinum suum, Cæsarem fe-
5.6 cit. Ipse tumultu militari interfectus est. Hujus corpus per Urbis vias, more canini cadaveris, [12] a milite tractum est, [13] militari cavillo appellantium, indomitæ & rabidæ libidinis catulam. [14] Novissime cum angustum foramen cloacæ corpus minime reciperet, usque ad Tiberim ductum, adjecto pondere, ne
7 umquam emergeret, in fluvium projectum est. Vixit [15] annos sedecim: atque [16] ex rebus, quæ acciderant, [17] Tiberinus, Tractitiusque appellatus est.

SCHOTTUS.

10 *Marcellum.*] *M. Aurelium* pro *Marcellum* rectius quis legendum putet: *Aurelium* enim Alexandrum Orosius, Spartianus & Rufus nominant.

ANNA.

10 Forsan satis temere. Nam ex Dione Alexander Mammææ & Varii *Marcelli* filius fuit: Quare *Marcellus* dici potuit. Inde illi sors in templo Prænestinæ: apud Lampridium.

------ *Si qua fata aspera rumpas,*
Tu Marcellus eris.

11 *Consobrinum suum.*] Propter matrem Mammæam sororem Semeæ quæ Heliogabali mater fuit. Vide not. 2. Fuere qui Heliogabalum Alexandri patruum facerent. Sed falso. Vide Lampridium.

SCHOTTUS.

12 *A milite.*] Melius in MSS. *a militibus.*

ANNA.

13 *Militari cavillo appellantium.*] Non possum concoquere a milite *appellantium.* Quare legebam *appellantibus, vel appellante.*

14 *Novissime cum angustum foramen.*] Lampridius. *Sed cum non cepisset cloacula fortuito, per pontem Æmilium, annexo pondere ne fluitaret, in Tiberim abjectum est, ne unquam sepeliri posset.*

15 *Annos sedecim.*] Aliis XVIII.

SCHOTTUS.

16 *Ex rebus quæ acciderant.*] MSS. ut & Veronensis: *ex re quæ acciderat* numero singulari.

ANNA.

17 *Tiberinus, Tractitiusque*] *Appellatus est post mortem, Tiberinus, Tractitius & impurus.* Lampridius.


SCHOTTUS.

17 *Tractinusque* est in Augustano & Veronensi. In Cujacii MSS. *Trartiriusque.*

CAPUT XXIV.

ARGUMENTUM.

Annos tredecim imperat, & accurrenti percussori cervices præbet Severus Alexander.



SEVERUS ALEXANDER imperavit annos tre-
decim. [1] Hic bonus reipublicæ, fuit ærumno- 1
ſus. Sub hoc imperante, [2] Taurinus Auguſtus effe- 2
ctus, ob timorem ipſe ſe Euphrati fluvio objecit. Tunc
etiam [3] Maximinus regnum arripuit, pluribus de exer- 3
citu corruptis. Alexander vero cum deſeri ſe [met]
a ſtipatoribus vidiſſet, [4] matrem ſibi cauſam fuiſſe 4
mortis exclamans, accurrenti percuſſori, obvoluto ca-
pite, cervices [ſuas] [5] valide compreſſas præbuit, an-
no vitæ [6] viceſimo ſexto. Hujus mater Mamæa, eo
filium coëgerat, [7] ut illa ipſa quamvis permodica, 5
ſi

ANNA.

1 *Hic bonus Reipublicæ, fuit ærumnoſus.*] Ob amiſſum contra Perſas exercitum. Vide Herodian. & nota hic a Victore diſſentire.

SCHOTTUS.

1 *Bonis* vulgati fere omnes. Veronenſis. *Hic bonus P.R. fuit ærumnoſus.*

ANNA.

2 *Taurinus Auguſtus effectus eſt.*] Hoc apud alium me legiſſe non memini.

3 *Maximinus.*] De quo capite ſequenti.

4 *Matrem ſibi cauſam.*] Herodianus. Τῇ τε μητρὶ περιπλακεὶς, καὶ, ὥς φασιν, ἀποδυρόμενός τε καὶ αἰτιώμενος ὅτι δι' ἐκείνην ταῦτα πάσχοι, ἀνέμεινε τὸν φονεύσοντα. Id eſt, *Matrique implicitus, &, ut ajunt, conquerens atque incuſans quod ob illam talia pateretur, expectabat interfectorem.*

5 *Valide compreßas.*] Veſtibus ſcilicet iis quibus caput obvolverat.

SCHOTTUS.

5 *Compreſſus* integrius Veronenſis cum MSS.

GRUTERUS.

5 Neutra lectio ſatisfacit.

ANNA.

6 *Viceſimo ſexto.*] Verius Lampridius. Vixit annis XXIX. menſibus III. diebus VII.

GRUTERUS.

7 *Ut illa ipſa.*] A gloſſa ortum non fuit mihi dubium.

ANNA.

7 Caſaubonus: *Ut illata, quamvis ipſa permodica,* &c. Salmaſius *ilia*

ipſa

ſi menſæ prandioque ſupereſſent, alteri convivio reponerentur.

ipſa &c. Vel *illa ipſa*. *Illa* pro hilla, inteſtina ſcilicet farta. Sed vix eſt ut non *illa ipſa* ſimpliciter ſcripſerit Epitomiſta; id eſt, *ea ipſa*. Et nihil impedit, quin ita recte intelligantur. Porro Alexandri mater non ſolum avara, ſed & ſordide parca. Herodian. in fine Alexandri.


SCHOTTUS.

7 MSS. ita legunt, *ut illa ipſa permodica, ſi menſæ prandioque ſupereſſent, quamvis convivio reponerentur*. Ex quibus nullus idoneus ſenſus elici poteſt.

CAPUT XXV.

ARGUMENTUM.

Annos tres imperat, & cum filio diſcerpitur Julius Maximinus.



1 JULIUS MAXIMINUS [1] Thrax, e militaribus,
2 imperavit [2] annos tres. Is [3] dum perſequitur pecunioſos, inſontes pariter noxioſque, [4] apud Aquilejam [5] ſeditione militum diſcerptus eſt una cum filio, conclamantibus cunctis [6] militari joco, ex PESSIMO

ANNA.

1 *Thrax.*] *Hic de vico Thraciæ vicino Barbaris, Barbaro etiam patre & matre genitus, quorum alter e Gothis, alter ex Alanis genitus eſſe perhibetur.* Capitolinus.

2 *Annos tres.*] Vide quæ ſupra in Gordiano dicta ſunt.


3 *Dum perſequitur pecunioſos.*] Capitolinus. *Dum ſine judicio, ſine accuſatione, ſine delatore, ſine defenſione omnes interemit, omnium bona ſuſtulit*, &c.

SCHOTTUS.

4 *Apud Aquilejam.*] Abeſt ab omnibus MSS. & Veronenſi.

5 *Seditione militum.*] Auguſtanus codex, *apud ſeditionem militum.*

6 *Militari joco.*] Significat credo joco, qualia triumphantis currum proſe-



SIMO GENERE 7 NE CATULUM HABENDUM.

prosequentes milites jocularitèr canere solebant impune. Sueton. Cæsare cap. 49.

7 *Ne catulum.*] Non dissimile illud Aristophanis ἐν Βατράχοις.

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.

Μάλιστα δὲ λέοντα μὴ ἐν πόλει τρέφειν.

Quam quidem ille sententiam Æschylo tribuit. Pericli vero ab inferis revocato veluti oraculum Val. Maximus lib. VII. cap. 2.

ANNA.

7 Id est,


Non juvat leonis catulum in Urbe nutrire.

Præcipue vero leonem ipsum ne in Urbe nutrias.

CAPUT XXVI.

ARGUMENTUM.

Principatum arripiunt & intereunt pater & filius Gordiani: regnum invadunt & perimuntur Pupienus & Balbinus.





Hu-

1 HUJUS imperio duo GORDIANI, pater & filius principatum arripientes, unus post unum
2 interiere. Pari etiam tenore [1] PUPIENUS & BALBINUS regnum invadentes, perempti sunt.


SCHOTTUS.

1 *Pupienus.*] De Pupieno (qui in MSS. omnibus *Tupianus* est) & Balbino & ad Victorem nostrum plura.

CAPUT XXVII.

ARGUMENTUM.

Annos sex imperat & occiditur Gordianus Gordiani ex filia nepos.



1 GORDIANUS [1] nepos Gordiani ex filia, ortus Romæ clarissimo patre, imperavit annos sex.
2 Apud [2] Ctesiphontem, a Philippo Præfecto prætorio accensis in seditionem militibus, occiditur anno vitæ
3 [3] undevicesimo. Corpus ejus prope fines Romani Persi-

ANNA.

1 *Nepos Gordiani ex filia.*] Capitolinus. *Hic natus est, ut plures asserunt, ex filia Gordiani, ut unus aut duo, quam amplius invenire non potui, ex filio qui in Africa periit.* Si ex filia *Gordiani* natus, ignoratur pater tam illustris capitis.

2 *Ctesiphontem.*] Quæ Urbs ad Tigrim sita.

3 *Undevicesimo.*] Nam annum agebat decimum tertium cum imperium suscepit, & regnavit an. 6.

VINETUS.

3 Ita vetus codex. Capitolinus *vicesimo & secundo*, ex Junio Cordo.

SCHOTTUS.

3 Vulgati quatuor *vicesimo*, quot & Capitolinus numerat.

4 Se-

Persicique imperii positum, nomen loco dedit [4] SEPULCRUM GORDIANI.

ANNA.

4 *Sepulcrum Gordiani.*] Ad Circejum Castrum in finibus ubi Aborras fluvius immiscetur Euphrati. Capitolinus. *Gordiano sepulcrum milites apud Circejum Castrum fecerunt in finibus Persidis, titulum hujuscemodi addentes, & Græcis, & Latinis, & Persicis, & Judaicis, & Ægyptiacis literis, ut ab omnibus legeretur:* DIVO GORDIANO VICTORI PERSARUM, VICTORI GOTTHORUM, VICTORI SARMATARUM, DEPULSORI ROMANARUM SEDITIONUM, VICTORI GERMANORUM: SED NON VICTORI PHILIPPORUM. Hunc titulum postea evertit Licinius Imperator, qui videri voluit a Philippis originem ducere.

SCHOTTUS.

4 20. miliaribus a Circesso. Eutrop. lib. IX. & Oros. lib. VII. cap. 19. & Sex. Rufus. Mentio Circusii, quod in Capitolino Egnatius reponendum censet, apud Ammianum Marcell. lib. XXIII. Titulus eidem Gordiano positus exstat apud eundem Capitolinum.

CAPUT XXVIII.

ARGUMENTUM.

Annos quinque imperat, & interficitur Marcus Julius Philippus: Romæ occiditur Cajus Julius Saturninus filius.



MARCUS JULIUS PHILIPPUS imperavit 1
annos quinque. Veronæ ab exercitu interfe- 2
ctus est, medio capite supra ordines dentium præciso.
Filius autem ejus [1] CAJUS JULIUS SATURNI- 3
NUS,

VINETUS.

1 *Cajus Julius Saturninus.*] Eutropius, Cassiodorus, & alii Philippum juniorem appellant.

1 Vul-

NUS, quem potentiæ ſociaverat, Romæ occiditur agens vitæ annum duodecimum: Adeo ſeveri & triſtis animi, ut jam tum a quinquenni ætate, nullo prorſus cujuſquam commento ad ridendum ſolvi potuerit: patremque [2] ludis ſæcularibus petulantius cachinnantem, quamquam adhuc tener, [3] vultu notaverit averſato.
4 Is Philippus humillimo ortus loco fuit, patre nobiliſſimo latronum ductore.

SCHOTTUS.

1 Vulgo fere omnes *Gallus Julius*: non probo.

ANNA.

2 *Ludis ſæcularibus.*] Qui anno Urbis milleſimo acti ſunt. Supra.

SCHOTTUS.

2 De *ludis ſæcularibus* ad Victoris Philippum quædam notavi. Vide & ſingularem Onufrii Panvini libellum.


GRUTERUS.

3 *Vultu notaverit averſato.*] Oportet fuerit Tiberio ſimilis, de quo Tranquillus capite 21. *Nec illud quidem ignoro, aliquos tradidiſſe, Auguſtum palam, nec diſſimulanter morum ejus diritatem adeo improbaſſe, ut nonnunquam remiſſiores hilarioreſque ſermones ſuperveniente eo abrumperet.*

CAPUT XXIX.

ARGUMENTUM.

Menſes triginta imperat, filium Decium Cæſarem facit, & ſubmergitur Decius.



[1] DECIUS e Pannonia inferiore, [2] Bubaliæ na- 1.
tus, imperavit [3] menses triginta. Hic De- 2
cium filium suum Cæsarem fecit: vir artibus cunctis,
virtutibusque instructus, placidus & communis do-
mi: in armis promptissimus. [4] In solo Barbarico in- 3
ter confusas turbas gurgite paludis submersus est, ita
ut nec cadaver ejus potuerit inveniri. Filius vero ejus 4
bello extinctus est. Vixit annos quinquaginta. Hujus 5
temporibus [5] Valens [6] Licinianus imperator effectus est.

SCHOTTUS.

1 *Decius.*] Hic integer fere ab Eutropio est.

ANNA.

2 *Bubaliæ.*] Non longe a Sirmio.

3 *Menses triginta.*] Victor supra. *Peracto regni biennio.* Sed horum Imperatorum tempora valde obscura.

4 *In solo Barbarico.*] Alii alibi. Vide in Cæsaribus. *Solum Barbaricum* vocat interiorem Germaniam.

VINETUS.

5 *Valens.*] Quatuor *Valentes* Imperatores hoc in rerum Romanarum Breviario memorantur. *Valens* hic Licinianus qui cum paucis diebus in Illyrico imperasset, occisus fuit. *Valens*, qui sub Gallieno in Macedonia imperium invasit, & inter triginta tyrannos a Trebellio Pollione recensetur. *Valens*, quem morte multavit Licinius. & *Valens* frater Valentiniani Augusti, quem Gothi interfecerunt.

SCHOTTUS.


6 *Licinianus.*] *Lucinianus* est in MSS. Veronensi, & tribus vulgatis per quintam vocalem.

CAPUT XXX.

ARGUMENTUM.

Annos duos imperant Vibius Gallus & Volusianus: Imperator creatur & pestilentia consumitur Hostilianus Perpenna.





1 [1] VIBIUS GALLUS cum VOLUSIANO fi-
2 lio imperaverunt annos duos. [2] Horum temporibus HOSTILIANUS [3] PERPENNA a senatu imperator creatus, nec multo post [4] pestilentia consumptus est.

SCHOTTUS.

1 *Virius.*] Lege *Vibius* ex antiquis nummis, in quibus est, C. VIBIUS TREBONIANUS GALLUS AUG.

VINETUS.

1 Pro *Virius* habet *Valerius*, antiquus liber. *Vibium* Pomponius Lætus vocat. Hunc autem *Gallum* Eutropius & Orosius *Gallum Hostilianum* appellant.

ANNA.

2 *Horum temporibus.*] Supra tamen Victor videtur innuere Gallum & Hostilianum eodem tempore a senatu Imperatores creatos.

VINETUS.

3 *Perpennam.*] Sive *Perpernam*, *Hostilianum*, aliunde non novi.

SCHOTTUS.

4 *Pestilentia consumptus.*] Qua sola imperium horum insigne, ad ultionem cædis Christianorum a Decio factæ. Orosius VII. cap. 21. & 22. Zonaras II. Annali. Eutrop. IX. & Eusebius Chronicis, qui & Cypriani libellum laudat de mortalitate (sic enim vocat δυσφημίας vitandæ causa pro *pestilentia*) temporis hujus occasione conscriptum; qui hodieque in manibus est.

CAPUT XXXI.

ARGUMENTUM.

In Mœsia fit Imperator, Interamnæ victoriam aufert, & interit Æmilianus.



1 SUB his etiam ÆMILIANUS [1] in Mœsia imperator effectus est: contra quem ambo profecti, apud

VINETUS.

1 *In Mœsia.*] Ita diphthongum secundam habuit hoc nomen regionis, in vetusto codice. Græci *Mysiam*

apud [2] Interamnam ab exercitu suo cæduntur, anno
ætatis pater [3] septimo circiter & quadragesimo: creati
[4] in insula Meninge, [5] quæ nunc Girba dicitur. Æ- 2
MILIANUS vero [6] menses quatuor dominatus, apud
[7] Spoletium, sive pontem, [8] quem ab ejus cæde San-
guinarium accepisse nomen ferunt, [9] inter Otricu-
lum, Narniamque, [Spoletium] & urbem Romam
regione media positum. Fuit autem genere Maurus, 3
[10] pugnax, nec tamen præceps. Vixit annis [11] qua- 4
tuor minus quinquaginta.

C A-

Mysiam appellant, ut alibi ostendimus.

SCHOTTUS.

2 *Interamnem.*] Habet Basiliensis & Augustanus.

3 *Septimo circiter.*] Veronensis *septimo circiter & LX.* nisi forte transpositæ literæ, ut fit, a XL. adeo impedita omnia: sed in ætate non tanti est: de imperii annis singulorum magis laborandum, ut qua fieri potest, temporum series constet.

ANNA.

4 *In Insula Meninge.*] Quæ Græcis Μήνιγξ. Lotophagorum Insula in Africo mari.

5 *Quæ nunc Gerba.*] Hodieque etiam nomen retinet, Nam *Gerbi*, *Zerbi* vocatur.

6 *Menses quatuor dominatus.*] Supra Victor menses tres imperio usum scribit.

SCHOTTUS.

6 *Mense quarto dominatus* generandi casu, Pithœi codex.

ANNA.

7 *Spoletium.*] Urbem in inferiore parte Umbriæ.

SCHOTTUS.

7 Pithœi codex *apud Spoletum, sive inter Ocriculum Narniamque & urbem Romam*, &c. reliqua desunt. Cujacii cum vulgatis consentit.

ANNA.

8 *Quem ab ejus cæde.*] Nemo tamen, quod sciam hic Æmilianum interemptum dicit, & supra Victor ait eum post tres menses modesti imperii, morbo absumptum. Quamvis Zosimus a suis interemptum dicit. Vide in Cæsaribus.

9 *Inter Otriculum, Narniamque Spoletium.*] Dele illud *Spoletium*, nam e superiori versu huc intrusum. *Inter Otriculum Narniamque & Urbem Romam.*] Non satis placent hæc. Ratio est quod qui locus inter *Otriculum* & *Urbem Romam* esse dicitur, is non recte inter *Urbem Romam Narniamque* esse dicetur, ut ex eorum positione satis constat. Quare legebam: *inter Otriculum Narniamve & Urbem Romam regione media positum.*

GRUTERUS.

10 *Pugnax, nec tamen præceps.*] Quod rarum est. De Jugurtha Sallustius capite 7. *At sane, quod difficillimum imprimis est, & prælio strenuus erat, & bonus consilio: quorum alterum ex providentia timorem; alterum ex audacia temeritatem plerumque adferre solet.*

SCHOTTUS.

11 *Quatuor minus quinquaginta.*] MSS. omnes *tribus minus quinquaginta.*

1 *Lici-*

CAPUT XXXII.

ARGUMENTUM.

Annos quindecim imperat, filium Gallienum Augustum, & ejus filium Cornelium Valerianum Cæsarem facit & a Sapore Persa superatur Licinius Valerianus: in Mæsia Imperator fit Regillianus: in Gallia Cassius, Labienus, Postumus: apud Moguntiacum dominatum invadit Ælianus: in Ægypto Æmilianus, apud Macedonas Valens: Mediolani Aureolus.



1 [1] LICINIUS VALERIANUS cognomento COLOBIUS, [2] imperavit annos quindecim, parentibus ortus splendidissimis, [3] stolidus tamen & multum iners, neque ad usum aliquem [4] publici officii,
2 consilio seu gestis accommodatus. Hic filium suum GALLIENUM Augustum fecit, Gallienique filium

SCHOTTUS.

1 *Licinius.*] *Lucinius* Cujacii scriptus codex, ut & supra cap. 29.


ANNA.

2 *Imperavit annos quindecim.*] Captus tamen a Persis anno sexto imperii. Sed illis sex annis, si novem addas, quos in imperio fuisse Gallienum Valeriani filium, scriptores prodiderunt, *quindecim* fient anni, quos tot imperasse Valerianum & Gallienum constat.

3 *Stolidus tamen & multum iners neque ad.*] Inde Dionysius Episcopus Alexandrinus in Epistola ad Hermammonem scribit Valerianum, τῇ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανῆναι. *In imperio ultra decus insaniisse.*

SCHOTTUS.

4 *Publici officii.*] Excusi tres: *ad usum aliquem publicum officio, consilio.* Trebellius autem Pollio contra, *nobili stirpe ortum, moribus laudatis,* &c.





lium [5] CORNELIUM VALERIANUM Cæsarem. His imperantibus [6] REGILLIANUS [7] in 3
Mœsia: [8] CASSIUS, LABIENUS, POSTUMUS [9] in Gallia, [10] Gallieni filio interfecto, imperatores effecti sunt. Pari modo [11] ÆLIANUS [12] apud 4
Moguntiacum, [13] in Ægypto ÆMILIANUS, [14] apud Macedonas VALENS, [15] Mediolani AUREOLUS dominatum invasere. [16] Valerianus vero in Mesopo- 5
tamia

ANNA.

5 *Cornelium Valerianum.*] Cornelium Valerianum Salonium.

6 *Regillianus.*] Vide in Cæsaribus.

7 *In Mœsia.*] *A Mœsiacis legionibus Imperator est dictus.* Pollio.

8 *Cassius Labienus Postumus.*] *Cassius Postumius Labienus* in nummis. Vide in Cæsaribus.

9 *In Gallia.*] Supra Victor: *Barbaris per Galliam præsidebat.* Locum adi.

10 *Gallieni filio interfecto.*] Salonino quem *Gallienus* eidem Postumio crediderat. Vide Pollionem in Postumio.

11 *Ælianus.*] Hic idem est qui Pollioni & aliis Lollianus dicitur, ut optime Casaubonus. In Fastis quidem *Æliani* cujusdam a Lolliano diversi facta mentio, sed qui eos scripserunt, hoc loco decepti sunt.

VINETUS.

12 *Apud Moguntiacum, in Ægypto.*] Sic vetus codex. Quem locum indocti ad hunc modum corruperant *apud Moguntiam, cum in Ægypto.* Restituimus & in Eutropii breviario corruptum nomen.

ANNA.

13 *In Ægypto Æmilianus.*] Qui Ægypti præfectus fuit. • Vide Pollionem. Diversus est ab *Æmiliano* illo de quo superiori capite, & supra in Cæsaribus.

14 *Apud Macedonas Valens.*] Qui proconsulatum Achaiæ gubernabat. Vide Pollionem.

15 *Mediolani Aureolus.*] Supra Victor: *Qui per Rhætias legionibus præerat.* Pollio Vero *Illyricianos exercitus regens.*

SCHOTTUS.

16 *Valerianus in Mesopotamia.*] Rursus Eutropiana sunt. De xxx. Tyrannis, quorum pleriq nomi-

tamia bellum gerens, a Sapore Persarum Rege superatus, mox etiam captus: apud Parthos ignobili servi-
6 tute consenuit. Nam quamdiu vixit, Rex ejusdem provinciæ [17] incurvato eo pedem cervicibus ejus imponens, equum conscendere solitus erat.

nominantur. Trebellius Pollio legendus.

ANNA.

17 *Incurvato eo pedem cervicibus.*] Eodem contumeliæ genere affectum ferunt Bajazetem a Tamberlante, cum prælio victus in ejus potestatem venisset.

CAPUT XXXIII.

ARGUMENTUM.

Annos octo imperat, in locum Cornelii filii Saloninum subrogat, pellicum amori diverso deditus est, adversus Aureolum proficiscitur & a suis interit Gallienus.



1 GALLIENUS quidem in locum Cornelii filii sui [1] SALONI[A]NUM alterum filium subrogavit, amori diverso pellicum deditus, [2] Saloninæ conjugis, & concubinæ, quam per pactionem concessa parte superioris Pannoniæ, a patre [3] Marcomannorum

SCHOTTUS.

1 *Salonianum.*] *Saloninum* Pollio: sic dictus vel quod apud *Salonas* natus esset, vel a matre *Salonina.*

ANNA.

2 *Saloninæ conjugis & concubinæ.*] Supra in Cæsaribus.

3 *Marcomannorum Rege.*] *Germanorum.* Supra Victor. Locum adi.

norum Rege matrimonii ſpecie ſuſceperat, [4] PIPAM nomine. Noviſſime adverſus AUREOLUM profectus eſt. Quem cum apud pontem, qui ex ejus nomine Aureolus appellatur, obtentum detruſumque Mediolanum obſedit, ejuſdem [5] Aureoli commento a ſuis interiit. Regnavit annos quindecim, [6] cum patre ſeptem, [&] ſolus octo. Vixit annos quinquaginta.

2 3

SCHOTTUS.

4 *Pipam.*] *Tiparam* concubinam nominat Pollio: Victor noſter *Pipam* conciſe, abſque litura.

VINETUS.

4 *Pipiam* habebat vetus codex.

SCHOTTUS.

5 *Aureoli commento.*] Quali, explicat Victor ipſe, unde hæc ſunt: diverſa vero Trebellius Pollio in Gallienis immiſſis a Martiano, & Cecropio Delmatarum duce percuſſoribus interemptus circa Mediolanum.


ANNA.

6 *Cum patre ſeptem (&) ſolus octo.*] Imo cum patre ſex, & novem ſolus. Ut ſupra dictum.

CAPUT XXXIV.

ARGUMENTUM.

Annis duobus imperat, Alamannorum magnam multitudinem fundit, Reipublicæ vitam ſuam dono dat, divique vocabulo, & aurea ſtatua, imagineque clypeata donatur Claudius: illi ſuccedit & interimitur frater Quintillus.



CLAUDIUS imperavit [1] annis duobus. Hunc plerique putant Gordiano ſatum, [2] dum adoleſcens a mu- 1

ANNA.

1 *Annis duobus.*] Melius in Veteri Codice. *Annum unum, menſi*[illegible] *novem.* Quidam ajunt imperaſſe annum

2 a muliere matura institueretur ad uxorem. Hic Claudius Gallieni morientis sententia imperator designatus: ad quem Ticini positum per Gallonium Basilium indumenta regia direxerat. [3] extinctoque a suis Aureolo, [4] receptis legionibus adversum aciem Alamannorum haud procul a [5] lacu Benaco dimicans, tantam multitudinem fudit, ut ægre pars dimidia super-
3 fuerit. [6] His diebus Victorinus regnum cepit. Claudius vero, cum ex [7] fatalibus libris, quos inspici præceperat, cognovisset [8] sententiæ in senatu dicendæ primi morte remedium desiderari, [9] Pomponio Basso, qui tunc erat, se offerente, [10] ipse vitam suam, haud passus responsa frustrari, dono Reipublicæ dedit, præfatus neminem tanti ordinis primas habere nisi ipsum
4 Imperatorem. Ea res sic erat cunctis grata, ut non divi vocabulum modo, sed [11] ex auro statuam prope ipsum Jovis simulacrum, atque in curia [12] imaginem auream proceres sacraverint.

Huic

num unum, menses decem, dies quinque.

SCHOTTUS.

2 *Dum adolescens a muliere.*] Cratandri & Gryphii codices, *dum ab Licensa muliere.* Augustana editio, *dum alii Licensa muliere.* forte corrupte pro *a Licensa.* Hic mihi aqua hæret: nam morem instituendi ad uxorem apud antiquiorem auctorem legere non memini. Paullus enim Diaconus hinc exscripsit.

GRUTERUS.

2 Casaubonus emendandum putat, *in muliere Dalmatica institueretur*, &c.

ANNA.

3 *Extinctoque a suis Aureolo.*] A suis, a Claudii militibus interpretor. Vide notata in Cæsaribus.

SCHOTTUS.

4 *Receptis regionibus.*] Qui me audiet, ita reponet, *receptis legionibus adversus gentem Germanorum.* Sic enim MSS. & Veronensis. vulgo omnes *regionibus & aciem.*

ANNA.

5 *Lacu Benaco.*] Ad fluvium Mintium Mantua notum.

6 *His diebus Victorinus regnum cepit.*] Falsum est. Sub Gallieno enim imperium invasit *Victorinus*, ut supra in Cæsaribus.

7 *Fatalibus libris.*] Sibyllinis.

8 *Sententiæ in senatu dicendæ primi.*] *Primus sententiæ dicendæ*, est qui *primus in senatu sententiam* debet dicere.

9 *Pomponio Basso qui tunc erat, se offerente.*] Vide in Cæsaribus.

10 *Ipse.*] Claudius. Sed vide quæ in Cæsaribus dicta sunt.

11 *Ex auro statuam prope ipsum Jovis simulacrum.*] Pollio; *Illi, quod nulli antea, populus Romanus sumptu suo in Capitolio ante Jovis Opt. Max. templum statuam auream decem pedum collocavit.*

12 *Imaginem auream.*] Clypeum aureum vocant alii Scriptores. Pollio: *Illi Clypeus aureus, vel ut Grammatici loquuntur, Clypeum aureum*



Huic successit frater ejus [13] QUINTILLUS. [14] Is paucis diebus imperium tenens, interemptus est. 5

reum senatus totius judicio in Rom. curia collocatum est. Clypeus aureus est imago Clypeata, ut Itali vocant, *un buste.* Quales hodie pictores nostri faciunt. Sed vide quæ a viris doctissimis apud Pollionem dicta sunt.

13 *Quintilius.*] *Quintillum* Pollio. Κύντιλλον Zosimus.

14 *Is paucis diebus.*] *Septima decima die interemptus.* Pollio, Eutropius. At Zosimus ait post paucos menses. ὀλίγους βιώσαντος μῆνας. *Cum paucos vixisset menses.* Nisi scriptum ab illo fuerit ὀλίγους βιώσαντος ἡμέρας. Quod & doctissimo Casaubono in mentem venit.

CAPUT XXXV.

ARGUMENTUM.

Annis quinque, mensibus sex imperat, Romanum orbem triennio ab invasoribus recepiat, monetarios rebellantes compescit, primus diadema capiti innectit, gemmisque & aurata veste utitur, Urbem muris sepit, porcinæ carnis usum instituit, Tetricum provehit & intersicitur Aurelianus.

AURELIANUS [1] genitus patre mediocri, &, 1
ut quidam ferunt, Aurelii clarissimi senatoris colono inter Daciam & Macedoniam, imperavit [2] annis quinque, mensibus sex. Iste haud dissimilis fuit 2
Magno

ANNA.

1 *Genitus patre mediocri.*] *Modicis ortus parentibus.* Vopiscus.

SCHOTTUS.

2 *Annis quinque.*] *Annum* pro *annis quinque* exemplar unum MSS.

2 Me-



Magno Alexandro, seu Cæsari dictatori. Nam [3] Romanum orbem triennio [4] ab invasoribus receptavit: cum [5] Alexander annis tredecim per victorias ingentes ad Indiam pervenerit: & Cajus Cæsar [6] decennio [7] subjecerit Gallos, adversum cives [8] quadriennio congressus. [9] Iste in Italia tribus præliis victor fuit, [10] apud Placentiam, juxta [11] amnem Metaurum ac fanum Fortunæ, postremo Ticinensibus [in] campis.
3 Hujus tempore apud Delmatas [12] Septimius imperator
4 effectus, mox a suis obtruncatur. Hoc tempore in urbe

ANNA.

2 Melius Vopiscus. *Imperavit annis sex, minus paucis diebus.*

SCHOTTUS.

3 *Romanum orbem.*] Sic emendavi auctoribus libris & Vopisco. *Romanam urbem*, quod hactenus legebatur, concoquere non possum. Terminos enim & limites propagati imperii significat.

ANNA.

3 Vopiscus. *At eadem reddita fuerat* (respub.) *Aureliano toto penitus orbe vincente.*

4 *Ab invasoribus.*] Suevis, Sarmatis, Gothis, &c.

SCHOTTUS.

5 *Alexander annos tredecim.*] Veronensis. *Annis vix.* X. Curtium vide, & de Græcis Plutarchum & Arrianum, qui lib. VII. regnasse ait A. XII. M. VIII. Vicesimo enim anno regnum arripuit, tertio & tricesimo exstinctus. Cicero Philipp. V. & Oros. III. lib. cap. 23.

ANNA.

6 *Decennio.*] Imo *annis novem.* Vide Suetonium.

SCHOTTUS.

7 *Subjecerit.*] Non displicet legi *subegerit* veteribus libris auctoribus

ANNA.

8 *Quadriennio.*] Imo *annis fere sex.*

9 *Iste.*] Aurelianus.

10 *Apud Placentiam.*] Ubi primo clade affectus.

11 *Amnem Metaurum ac fanum Fortunæ.*] In superiori parte Umbriæ, in ipso maris littore.

12 *Septimius.*] *Epitimium* vocat Zosimus, ut puto. Uter vero corrupte pronuntiare non audeam.

urbe Roma monetarii rebellarunt, quos Aurelianus
[13] victor ultima crudelitate compescuit. Iste [14] primus 5
apud Romanos DIADEMA capiti innexuit: [15] gem-
misque, & aurata omni veste, quod adhuc fere inco-
gnitum Romanis moribus [16] videbatur, usus est. Hic 6
muris validioribus & laxioribus Urbem sepsit. Por-
cinæ carnis usum populo instituit. Hic Tetricum, 7
qui imperator ab exercitu in Galliis effectus fuerat,
[17] correctorem Lucaniæ provexit, [18] aspergens homi-
nem eleganti joco, Sublimius habendum regere ali-
quam Italiæ partem, [19] quam trans Alpes regnare.
Novissime [20] fraude [21] servi sui, qui ad quosdam mi- 8
litares viros amicos ipsius, [22] nomina pertulit annota-
ta, falso manum ejus imitatus, tamquam Aurelianus
ipsos pararet occidere, ab iisdem interfectus est [in]
[23] itine-

SCHOTTUS.

12 Veteres libri *Septiminus* præferunt.

13 *Victor.*] Veteres libri præferunt *victos*; vulgati *victor*.

ANNA.

14 *Primus apud Romanos diadema.*] At supra in Caligula scripsit Epitomista. *Primus diademate capiti imposito, Dominum se jussit appellari.* Quod cum a se scriptum non recordaretur, & apud alios scriptores legisset id tantum tentasse Caligulam, hic de Aureliano prodit quod verum est. Is enim primus *diadema* capiti imposuit. Cæsar enim sibi oblatum in Capitolium misit. Antonius habuit, sed non Romæ.

15 *Gemmisque & aurata omni veste.*] Vopiscus: *Tunc illæ vestes, quas in templo Solis videmus, consertæ gemmis.*

SCHOTTUS.

16 *Videbatur.*] Veteres libri præferunt *visebatur*.

17 *Correctorem.*] De *Correctura* quædam ad Victorem diximus, quibus adde l. de omnibus D. de offic. præsid. & l. unic. C. ut omnibus jud.

18 *Aspergens hominem.*] Veronensis *asserens hominem eleganti loco*; perperam forte pro *joco*. Diversum Cæsaris de se dictum exstat, *Malle se in Alpium opidulo primum esse, quam Romæ secundum.* Plutarchus.

ANNA.

19 *Quam trans Alpes.*] In Aquitania scilicet, ubi præsidatum regens Tetricus imperium invaserat.

SCHOTTUS.

20 *Fraude.*] Eutropiana sunt ad verbum usque ad Florianum fere, quem cum hac Epitoma comparandum censeo, ut consarcinatoris industria vel audacia potius appareat: qua Victoris nomine auctoritateque, subditicium librum hactenus obtrusit.

ANNA.

21 *Servi sui.*] Mnesthei.

SCHOTTUS.

22 *Nomina pertulit annotata.*] *Pertulit adnotata* absque *nomina* MSS. Vopiscus, *breve nominum* appellat. Hinc *Breviarium* vox non inepta, Plinio, Suetonio in Augusto cap. ult. Vespasiano cap. 21. & Senecæ epist. 39. usitata.

23 *Iti-*

[23] itineris medio, quod inter Constantinopolim & Heracliam est.
9 Fuit sævus & sanguinarius, & trux omni tempore, [24] etiam filii sororis interfector.
10 Hoc tempore [25] septem mensibus interregni species evenit.

ANNA.

23 *Itineris medio quod inter.*] Ad Cænophrurium. Vide in Cæsaribus.

24 *Etiam filii sororis interfector.*] Imo *filia sororis*, ut Vopiscus ex plurium sententia. Qui tamen alibi ait: *Addunt nonnulli, filium sororis, non filiam, ab eodem interfectum.* Quos sequutus Eutropius. *Trux omni tempore, etiam filii sororis interfector.* Et Eutropium hic noster bona fide transcripsit.

VINETUS.

25 *Septem mensibus.*] *Sex* tantum Vopiscus.

CAPUT XXXVI.

ARGUMENTUM.

Imperium suscipit, & imperii ducentesimo die moritur Tacitus: ei succedit, & incisis a semetipso venis consumitur frater Florianus.



1 TACITUS post hunc suscepit imperium, vir egregie moratus: qui ducentesimo imperii die [1] apud Tarsum febri moritur.

Huic

ANNA.

1 *Apud Tarsum.*] *Tyanæ* Victor mortuum dicit.

2 Ma-



Huic ſucceſſit FLORIANUS. Sed cum [2] magna pars exercitus [3] equitum, Probum militiæ peritum legiſſet, Florianus [4] dierum ſexaginta quaſi per ludum imperio uſus, [5] inciſis a ſemetipſo venis, effuſo ſanguine conſumptus eſt. 2

SCHOTTUS.

2 *Magna pars.*] Totidem pæne verbis hæc Vopiſcus Floriano.

3 *Equitum, Probum.*] Tò *equitum* non comparet in Vopiſco: *Probum*, inquit, *omnis exercitus legerat*, & vereor ne ſuperſit. Veronenſis enim & Cujacii liber *Equitium Probum* nominat, neſcio quam vere. Vopiſcus enim & numi veteres *Aurelium Valerium Probum* appellant; vulgati fere omnes *Equitantium.* Lector viderit. Infra certe in Valentiniano *Equitius* quidam nominatur.

ANNA.

4 *Dierum ſexaginta.*] *Uno menſe aut altero vix retentata dominatione.* Supra Victor.

5 *Inciſis a ſemetipſo venis.*] Aliter ſupra Victor & Vopiſcus. Hic vero Epitomiſta Floriano tribuit quod alii Quintillo Claudii fratri, quem Zoſimus ait ſimulac intellexiſſet factum Imperatorem Aurelianum, conſilium a ſuis accepiſſe ut mortem ſibi conſciſceret ac multo ſe meliori viro ſponte ſua de imperio cederet. Quod & feciſſe perhibetur a medico quodam vena ſecta, continuatoque fluxu ſanguinis donec exaruiſſet. Idem Zonaras.

CAPUT XXXVII.

ARGUMENTUM.

Annos ſex imperat, Saturninum, Proculum & Bonoſum opprimit, vineas..... habere permittit, Almam & Aureum vineis conſerit & occiditur Probus.

PRO-



1 PROBUS genitus [1] patre agresti, hortorum stu-
dioso, Delmatio [2] sanguine, imperavit [3] annos
2 sex. Iste SATURNINUM in Oriente, PROCU-
LUM & BONOSUM Agrippinæ imperatores effectos
3 oppressit. VINEAS Gallos & Pannonios habere per-
misit. [4] Opere militari Almam montem apud Sir-
mium, & Aureum apud Mœsiam superiorem, vi-
4 neis [5] consevit. Hic [6] Sirmii [7] in turri ferrata oc-
ciditur.

CA-

ANNA.

1 *Patre agresti.*] Vopiscus: *Probus oriundus e Pannonia civitate Sirmiensi nobiliore matre quam patre, patrimonio moderato, affinitate non magna.* Item: *Probo ut quidam in literas retulerunt pater nomine Maximus fuit.*

SCHOTTUS.

2 *Sanguine.*] MSS. & Veronensis *nomine.*

3 *Annos sex.*] Vopiscus *quinque* dumtaxat *annos* attribuit: qui & de his Tyrannis, ut & Firmo legendus.

ANNA.

4. *Opere militari Almam montem.*] Ex Eutropio ad verbum. *Vineas Gallos & Pannonios habere permisit. Opere militari Almam montem apud Sirmium, & Aureum apud Mœsiam superiorem vineis conseuit. Opere militari*, id est, militari manu, militarium (militum) manu, opera. Vopiscus. *Ipse Almam montem in Illyrico circa Sirmium militari manu fossum lecta vite consevit.*

SCHOTTUS.

5 *Consevit.*] Pro *consenuit*, *conseruit* MSS.

6 *Sirmii.*] MSS. & Veronensis Syrmio. Vulgati *Sirmii* generandi casu, & cum iota, ut Græci. Herodianus lib. VII. Σίρμιον μεγίστην Παιόνων πόλιν facit.

ANNA.

7 *In turri ferrata.*] Vide in Cæsaribus.

CAPUT XXXVIII.

ARGUMENTUM.

Annos duos imperat, Carinum & Numerianum Cæsares facit, & fulminis ictu interit Carus: per insidias occiditur Numerianus: omnibus se sceleribus inquinat & trucidatur Carinus.





CARUS [1] Narbonæ natus imperavit annos duos. 1
Iste confestim CARINUM & NUMERIA- 2
NUM Cæsares fecit. Hic apud Ctesiphonta ictu ful- 3



minis interiit. NUMERIANUS quoque filius ejus, 4
cum oculorum dolore correptus [in] lecticula vehe-
retur,

SCHOTTUS.

1 *Narbonæ.*] Romæ alii, alii Mediolani, quidam in Illyrico asserunt: Vopiscus. Sidonius vero Apollinaris in eleganti *Narbonæ* descriptione *Narbonensem* quoque facit

retur, impulsore Apro, qui socer ejus erat, per insi-
5 dias occisus est. Cum dolo occultaretur ipsius mors, quousque APER invadere posset imperium, fœ-
6 tore cadaveris scelus est proditum. Hinc SABINUS JULIANUS invadens imperium, a Carino
7 [2] in campis Veronensibus occiditur. Hic Carinus omnibus se sceleribus inquinavit. Plurimos innoxios fictis criminibus occidit. [3] Matrimonia nobilium corrupit. [4] Condiscipulis quoque qui eum in auditorio
8 [5] verbi fatigatione [6] taxaverunt, perniciosus fuit. Ad extremum trucidatur ejus præcipue tribuni dextera, cujus dicebatur conjugem polluisse.

CA-

cit. Versus ob venustatem non pigebit adscribere.

Quid quod Cæsaribus ferax creandis,
Felix prole virum, simul dedisti
Natos cum genitore principantes?
Nam quis Persidis expeditionem,
Aut victricia castra præteribit
Cari Principis, & perambulatum
Romanis legionibus Niphatem?
Tum cum fulmine captus Imperator
Vitam fulminibus parem peregit.

VINETUS.

1 Potest & *Narbone* tertia inflexione legi.

ANNA.

2 *In campis Veronensibus.*] In Illyrico ait Victor.

SCHOTTUS.

3 *Matrimonia nobilium.*] *Nobilia* Eutropius unde hæc fere ad verbum, ut supra illa de Apro. Malim *Militum* si libri auctores fierent ex Aurelio Victore.

ANNA.

4 *Condiscipulis quoque.*] Ex Eutropio ad verbum. *Carinus se sceleribus coinquinavit, plurimos innoxios fictis criminibus occidit, Matrimonia nobilia corrupit: condiscipulis quoque qui eum in auditorio, vel levi fatigatione taxaverant, perniciosus fuit.* Joannes Antiochensis: Καρῖνος ὠμότατος ἦν ὃς καὶ τοὺς ποτὲ ἐν τῷ παιδευτηρίῳ σκώψαντας εἰς αὐτὸν ἠμύνατο. Id est, *Carinus sævissimus erat, quippe qui condiscipulos, qui eum in schola verbis fatigaverant, ultus est.*

5 *Verbi fatigatione.*] Eutropius. *Vel levi fatigatione taxaverant.* Nihil tamen mutandum. *Verbi fatigatio*, vel *fatigatio* simpliciter nihil aliud est quam *scomma*, ut optime apud Vopiscum Salmasius. *Fatigare* aliquem *verbis* vel jocis, pro mordere, lacessere, quod & *fatigare* simpliciter & absolute dixerunt. Severus Sulpitius in dialogis. *Sed supersedendum est ne Gallus sese existimet fatigari.* Et *fatigatio* pro *scommate*. apud eundem: *tum ille sicut est verecundissimus, aliquantulum erubescens dum fatigationem meam accepit.* Ut & apud Eutropium supra.

6 *Taxaverunt.*] Notandum dixisse Epitomistam *Verbi fatigatione taxare*, quod unica voce *fatigare*, vel *taxare* dixerunt Latini pro *ludere*, jocis vexare. Terent. *Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio*, ubi Donatus: *Tetigerim*, inquit, *luserim, fatigaverim; nam tangere cum multa, tum etiam hoc significat: taxare*, autem ab antiquo *tago* pro, *tango*, *tetigi*, *taxum*, & *tactum*.

CAPUT XXXIX.

ARGUMENTUM.

Annis viginti quinque imperat, Maximianum Augustum facit, Constantium & Armentarium Cæsares creat, Carausionem, Achilleum & Julianum opprimit, imperiales fasces relinquit, & venenum haurit Diocletianus.



DIOCLETIANUS [1] Delmata [2] Anulini senato- 1
ris [3] libertinus, matre pariter atque opido no-
mine Dioclea, quorum vocabulis, donec imperium
sumeret, Diocles appellatus, ubi orbis Romani po-
tentiam cepit, Grajum nomen in Romanum morem
convertit, imperavit [4] annis viginti quinque. Is MA- 2
XIMIANUM Augustum effecit. CONSTANTIUM
& GALERIUM MAXIMIANUM cognomento
ARMENTARIUM, Cæsares creavit, tradens Con-
stantio THEODORAM Herculii Maximiani pri-
vignam abjecta uxore priori. Hoc tempore [5] CA- 3

RAUSIO

ANNA.

1 *Delmata Anulini Senatoris.*] Eutropius. *Delmatia oriundum, virum obscurissime natum: adeo ut a plerisque scribæ filius, a nonnullis Anulini senatoris libertinus fuisse credatur.*

SCHOTTUS.

2 *Anulini senatoris.*) *Amilini* libri aliquot. Mentio *Anulini* cujusdam supra cap. 20. n. 6. cum Laterano Cilone & Basso, ut Imp. Severi amicissimi.


3 *Libertus.*) Est in Veronensi.

ANNA.

4 *Annis viginti quinque.*] Imo *viginti* tantum & supra Victor ait celebrato magnifice imperii vigesimo, imperium deposuisse.

SCHOTTUS.

5 *Carausio.*) *Charausio* cum spiritu,



RAUSIO in Galliis, ACHILLEUS apud Ægyptum, JULIANUS in Italia imperatores effecti, di-
4 verſo exitu periere. E quibus Julianus acto per co-
5 ſtas pugione, in ignem ſe abjecit. Diocletianus vero apud [6] Nicomediam ſponte imperiales faſces relin-
6 quens, [7] in propriis agris conſenuit. Qui dum ab [8] Herculio atque Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tamquam peſtem aliquam deteſtans, in hunc modum reſpondit, Utinam Salonæ poſſetis viſere olera noſtris manibus [9] inſtituta, profecto num-
7 quam iſtud tentandum judicaretis. V[illegible]t annos ſexaginta octo, ex quibus [10] communi [illegible]abitu prope nove n

ritu, ut & in MSS. quibus uſus ſum, omnibus.

VINETUS.

5 Apud alios rectus eſt *Carauſius.*

ANNA.

6 *Nicomediam.*) In Bithynia e regione Propontidis.

7 *In propriis agris.*) *In villa quæ haud procul a Salonis eſt.* Eutropius. *Salonæ* autem vel *Salona* in Delmatia.

8 *Herculio.*) At conſtat *Herculium* eadem qua Diocletianum die, imperium depoſuiſſe, ita ut in Salonas unus, alter in Lucaniam concederet. Sed hæc aliquanto poſt facta ſunt, Maxentio *Herculii* filio Imperatore creato per [illegible]ator[illegible]orum tumultum, quapro[illegible] imperium reſumpſit *Herculius*, Diocletianumque per literas adhortatus eſt ipſe etiam depoſitam reſumeret poteſtatem, quas Diocletianus irritas habuit. Vide Eutrop. initio lib. x. & Zoſim. lib. II.

SCHOTTUS.

9 *Inſtituta.*) Legi etiam poſſit *inſita*, ſi libri MSS. faverent. Cicero Catone dixit *dimenſa atque deſcripta*, de arboribus, quod e Xenophontis Oeconomico κατα μεμετρημένα καὶ διατάξαντα converſum apparet.

10 *Communi habitu.*] Pro privatus, ut ad Victorem monui.

vem egit. Morte consumptus est, ut satis patuit, per 8
formidinem [11] voluntaria. Quippe cum a Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptiarum, per senectam, quo minus interesse valeret, excusavisset, rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio favisse, ac Maximino favere, suspectans necem dedecorosam, venenum dicitur hausisse.

11 *Voluntaria.)* *Voluntariam* Pithoei scriptus liber &' Veronensis.

CAPUT XL.

ARGUMENTUM.

Augusti appellantur Constantius & Armentarius: Cæsares fiunt Severus, Maximinus & Constantinus: Imperatores creantur Maxentius, Licinius, Alexander & Valens.



HIS DIEBUS CONSTANTIUS Constantini I
pater, atque ARMENTARIUS Cæsares, Augusti appellantur, creatis Cæsaribus, SEVERO per Ita-





Italiam, MAXIMINO Galerii [1] sororis filio per orientem: eodemque tempore CONSTANTINUS
2 Cæsar efficitur. MAXENTIUS imperator in villa sex millibus ab urbe discreta, [2] itinere Lavicano: de-





hinc LICINIUS Augustus efficitur: parique modo ALEXANDER apud Carthaginem imperator fit: similique modo VALENS imperator creatur, quorum exitus iste fuit.

3 SEVERUS ab Herculio Maximiano Romæ [3] ad tres tabernas exstinguitur: funusque ejus Gallieni sepulcro infertur: quod [4] ab Urbe abest per Appiam
4 millibus novem. GALERIUS MAXIMIANUS,
5 consumptis genitalibus defecit. MAXIMIANUS HER-

ANNA.

1 *Sororis filio.*) Μαξιμῖνον ἀδελφῆς ὄντα παῖδα τȣ̃ Γαλληρίȣ. *Maximinum Gallerii sororis filium.* Zosimus.

2 *Itinere Lavicano.*) Via *Lavicana* intra Esquilinum & Cœlium ad *Lavicorum* opidum ducebat, & ad Latinam viam terminabatur.

VINETUS.

2 Illam per *b* viam *Labicanam* appellatam reperies.

SCHOTTUS.

3 *Ad tres tabernas.*) Ita reposui ex MSS. & Veronensi optimo. *Roma intra tabernas* Basiliensis uterque, quod aut numeris obscure scriptum reperissent III. vel quod hæsitarent, ad utras, decem ne an *tres tabernas* accidisset. Romæ in sexta regione a P. Victore x. *tabernæ* collocantur. *Tres tabernæ* a Sex. Rufo in regione Exquilina cum collegio Viminali, & x. *tabernæ* in regione Alta semita in libellis, de regionibus urbis Romæ.

ANNA.

3 Et supra Victor ait Ravennæ obiisse. *Tres Tabernæ* locus dicebatur circa Romam in via Appia.

SCHOTTUS.

4 *Ab Urbe.*) Scripti libri *ex Urbe.*

I 2 5 *Tanaa*

HERCULIUS a Constantino apud Massiliam obses-
sus, deinde captus, [5] pœnas mortis genere postremo,
[6] fractis laqueo cervicibus luit. ALEXANDER [7] a 6
Constantini exercitu jugulatur. MAXENTIUS dum 7
adversus Constantinum [8] congreditur, paullo superius
a ponte [9] Milvio, in pontem navigiis compositum
ab latere ingredi festinans, [10] lapsu equi in profun-
dum demersus est: voratumque limo, pondere tho-
racis, corpus vix repertum. [11] MAXIMINUS a- 8
pud Tarsum [12] morte simplici periit. [13] VALENS 9
a Licinio morte multatur. Fuerunt autem morum hu-
jusmodi. AURELIUS MAXIMIANUS cognomen- 10
to HERCULIUS ferus natura, ardens libidine, con-
siliis stolidus, ortu agresti, Pannonioque. Nam etiam
nunc haud longe Sirmio, eminet locus palatio ibidem
constructo, ubi parentes ejus exercebant opera mer-
cenaria. Ætate interiit sexagenarius, [14] annorum vi- 11
ginti imperator. Genuit ex Eutropia Syra muliere 12
Maxentium, & Faustam conjugem Constantini: cu-
jus patri Constantio tradiderat Theodoram privignam.
Sed Maxentium [15] suppositum ferunt arte muliebri, 13
tenere

5 *Pœnas luit.*) Iidem scripti libri *pœnas dedit.*

ANNA.

6 *Fractis laqueo cervicibus.*) Idem Eutropius: at Zosimus ait *morbo apud Tarsum extinctum.*

7 *A Constantini exercitu jugulatur.*) *Suffocatum* dicit Zosimus.

SCHOTTUS.

8 *Congreditur.*) MSS. *egreditur.*

9 *Milvio.*) *Molvius* in nostris MSS. in Sallustii aliisque *Mulvius.*

ANNA.

10 *Lapsu equi.*) *Ruina pontis.* Zosimus. Vide in Cæsaribus.

SCHOTTUS.

11 *Maximinus.*) *Maximianus* quidam libri male impresserunt.

ANNA.

12 *Morte simplici.*) *Fusus fugatusque a Licinio apud Tarsum periit.* supra Victor

13 *Valens.*) Zosimus scribit ita inter Constantinum & Licinium fœdus initum, ut *Valens* e medio tolleretur.

14 *Annorum viginti Imperator.*) Alii ajunt regnasse annis XVIII.

GRUTERUS.

15 *Suppositum ferunt arte muliebri, tenere mariti animum laborantis auspicio pravissimi cœpti a puero.*) Videtur illud *muliebri* mutandum in *mulieris*, uti conjungatur voci *laborantis.* vult enim ideo suppositum partum, uti retineretur animus mariti. Quintilianus Declamatione I. *Alius diceret, maritum & uxorem, nisi liberis initiarentur, non fortissimis corporum vinculis inhærere.* consulatur Euripidis Medea versu 490. Senecæ Hercules Oetæus, versu 407.

16 Tu

tenere mariti animum laborantis auspicio [16] pravissimi
14 cœpti a puero. [17] Is Maximianus carus nulli umquam
15 fuit, ne patri, aut [18] socero quidem Galerio. GA-
LERIUS autem fuit (licet inculta agrestique justitia)
[19] satis laudabilis, pulcer corpore, eximius & felix
bellator, ortus parentibus agrariis, pastor armento-
rum: unde ei cognomen ARMENTARIUS fuit.
16 Ortus [20] Dacia Ripensi, ibique sepultus est: quem
locum [21] Romulianum ex vocabulo Romulæ matris
17 appellarat. Is insolenter affirmare ausus est, matrem
more Olympiadis Alexandri Magni creatricis, com-
18 pressam dracone semet concepisse. GALERIUS MA-
XIMINUS sorore Armentarii progenitus, veroque
nomine ante imperium [22] DAZA dictus, Cæsar qua-
driennio, dehinc per orientem Augustus triennio
fuit: ortu quidem atque instituto pastorali, verum sa-
pientissimi cujusque, ac literatorum cultor, ingenio
19 quieto, vini avidior. Quo ebrius, quædam corrupta
mente aspera jubebat: [23] qui cum pigeret factum, dif-
ferri, quæ præcepisset, in tempus sobrium, ac matu-
tinum

SCHOTTUS.

16 *Pravissimi cœpti.*] *Gratissimi cœpti* Augustanus codex. MSS. omnes *gratissimi partus cœpti a puero*, quomodo & Veronensis.

ANNA.

17 *Is Maximianus.*] Miror hunc errorem hic tamdiu hæsisse. Lege *Maxentius*.

SCHOTTUS.

18 *Socero.*] *Socio* perperam pro *socero*, scripserant.

ANNA.

19 *Satis laudabilis.*] Eutropius. *Galerius vir & probe moratus, & egregius in re militari.*

20 *Dacia Ripensi.*] Sic dicta quia ad Danubii *ripam* sita ad distinctionem Daciæ Mediterraneæ. *Dacia Ripensis* Mœsiam primam & Mœsiam secundam disterminat.

SCHOTTUS.

21 *Romulianum ex vocabulo.*] Vulgati omnes *Romulianum etiam vocabulo.* MSS. & Veronensis. *Romulianum ex vocabulo.*

VINETUS.

21 *Romulianam*, prima declinatione, vetus codex.

22 *Daza dictus.*] Sic *Daza* alia ex nostris exemplaribus, alia *Dara*, alia *Daca*.

SCHOTTUS.

23 *Qui cum pigeret facti, differri quæ præcepit.*] Sic editi libri. *Quod cum pigeret* & mox *cepisset* pro *præcepisset* MSS. duo. Veronensis vero *Quod cum pigeret, factumque differri præcepisset in tempus.* Gemina sunt quæ de Trajano refert Victor ipse. *Vinolentiam*, inquit, *quo vitio, uti Nerva, angebatur, prudentia molliverat, curari vetans jussa post longiores epulas.* Nec dissimilia de Alexandro Magno referunt interfecto

tinum statuit. [24] Alexander fuit Phryx origine, ingenio timidus, inferior adversus laborem vitio [25] senectæ.

terfecto Clito: qui & Jove Ammone natum se putabat.

ANNA.

24 *Alexander fuit Phryx origine.*] Zosimus ad verbum fere. Ἀλεξάνδρῳ Φρυγί τε ὄντι τὸ γένος, καὶ δειλῷ, καὶ ἀτόλμῳ καὶ πρὸς πάντα πόνον ὀκνοῦντι καὶ εἰσέτι γεγηρακότι. Id est, *Alexandro, qui natione Phryx erat, & timidus, & formidolosus, & ad omnem laborem suscipiendum piger, & insuper ætate provectus.*

SCHOTTUS.

25 *Senectæ.*] *Ætatis* amplius est in MSS.

CAPUT XLI.

ARGUMENTUM.

Omnibus absumptis imperii jura retinent Constantinus & Licinius, Cæsares fiunt Crispus, Constantinus & Licinianus, pace rupta fugam petit & jugulatur Licinius, Cæsares fiunt Constantini liberi & Delmatius, morbo consumitur Constantinus, necatur Delmatius, imperii partes sibi sumunt Constantinus, Constantius & Constans, interficiuntur Constantius & Constans, & imperium corripit Vetranio.



HIS omnibus absumptis, imperii jura penes Constantinum & Licinium devenere. 1

CONSTANTINUS [1] Constantii imperatoris & Helenæ filius, imperavit [2] annos triginta. Hic dum juvenculus 2

SCHOTTUS.

1 *Constantii imperatoris.*] In MSS. *Constantis*, non recte.

ANNA.

2 *Annos triginta.*] Vide quæ infra dicta sunt.

VINETUS.

3 *Publica jumenta.*] Equos publicos cursui deputatos: sicut idem, ut

venculus a Galerio in urbe Roma religionis ſpecie obſes teneretur, fugam arripiens, atque ad fruſtrandos inſequentes, [3] publica jumenta, [4] quaqua iter ageret, interficiens, ad patrem in Britanniam pervenit: & forte eiſdem diebus ibidem Conſtantium parentem
3 [5] fata ultima perurgebant. Quo mortuo, cunctis qui aderant annitentibus, ſed præcipue [6] Eroco Alamannorum Rege, auxilii gratia Conſtantium comitato, im-
4 perium capit. Hic ſororem ſuam Conſtantiam Licinio [7] Mediolanum accito conjungit: [8] filiumque ſuum CRISPUM nomine, ex Minervina concubina ſuſceptum, [9] item Conſtantinum, iiſdem diebus natum opido Arelatenſi, [10] Licinianumque Licinii filium,





5 menſium fere viginti, Cæſares effecit. Verum enimvero

ut

ut puto, Conſtantinus loquitur in titulo. De *curſu publico*: qui eſt quinquageſimus primus libri duodecimi codicis Juſtiniani: & quos appellare *diſpoſitos equos* videtur Titus Livius libro triceſimo ſeptimo.

SCHOTTUS.

4 *Quaqua iter ageret.*] Cujacii, Pithœi, & Veronenſis codex *quaqua iter egerat interſecit, & ad patrem in Britanniam ſitum pervenit.* Floriacenſis *quibus iter egerat.* Hæc a Victore deſumpta, ſi qui forte comparare velit.

5 *Fata ultima perurgebant.*] Idem Victor *vitæ ultima agebant* legit.

6 *Erocus.*] *Crocus* Alemannorum Rex in MSS. appellatur.

7 *Mediolanum.*] Perpetuo *Mediolanium* ſex ſyllabis ſcriptum reperi.

ANNA.

8 *Filiumque ſuum Criſpum nomine.*] Zoſimus. Κωνσταντῖνος μὲν καθίστησι Καίσαρα Κρίσπον ἐκ παλλακῆς αὐτῷ γεγονότα, Μινερβίνης ὄνομα, ἤδη νεανίαν ὄντα, καὶ Κωνσταντῖνον, οὐ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν ἐν Ἀρελάτῳ τεχθέντα, ἀναδείκνυται δὲ σὺν αὐτοῖς

τοῖς

ut IMPERIA DIFFICILE CONCORDIAM CUSTODIUNT, [11] diſſidium inter Licinium Conſtantinumque exoritur: primumque [12] apud Cibalas juxta paludem [13] Hiulcam nomine, Conſtantino nocte caſtra Licinii irrumpente, Licinius fugam petiit: [14] Byzantiumque fuga volucri pervenit. Ibi MARTINIANUM 6
[15] officiorum magiſtrum Cæſarem creat. Dehinc Con- 7
ſtantinus acie potior apud Bithyniam adegit Licinium pacta ſalute indumentum regium offerre per uxorem. Inde Theſſalonicam miſſum, paullo poſt eum Martinianumque jugulari jubet. Hic Licinius annum do- 8
minationis fere [16] poſt quintumdecimum, vitæ proxime

τοῖς Καίσαρας καὶ ὁ Λικιννίου παῖς Λικινιανός, εἰς εἰκοστὸν προσελθὼν μῆνα τῆς ἡλικίας. Iſt eſt, *Conſtantinus Cæſarem dicit Criſpum ex concubina Minervina nomine natum, jam adoleſcentem; item Conſtantinum ante non multos dies in Arelatenſi opido natum. Cum iiſdem Cæſar deſignatus Licinii filius Licinianus qui jam vigeſimum tantum ætatis diem attigerat.* Male interpres. *Qui jam ætatis annum vigeſimum ingreſſus erat.*

SCHOTTUS.

9 *Item.*] In MSS. *idem* pro *item.*

10 *Liciniumque.*] Corrupte Gryphius, pro *Licinianumque.*

11 *Diſſidium.*] *Diſcidium* diſertim MSS. de cujus vocis elegantia Gabriel Faërnus ad Terentium. Veronenſis *diſcordia* excuſum habet, ut *concordiæ* altera ex parte reſpondeat. Auguſtanus liber ſupra. *Difficile cum concordia cuſtodiuntur:* non male.

ANNA.

11 Melius in MSS. *diſcidium* quod diſtractionem & divortium aliquando ſignificat, a *diſcindendo*, id eſt *dirimendo*. Ut *excidium* ab *excindendo*. *Diſſidium* vero diſſenſionem a *diſſidendo*, illud corporis, hoc animi. Terent Andr. act. IV. ſc. II.

Valeant qui inter nos diſcidium volunt.

Ubi male quædam editiones habent *diſſidium.*

12 *Apud Cibalas.*] Cibalæ vel Cibalis Urbs in Pannonia, non longe a Sirmio ibi *palus Hiulca.* Vide Zoſimum qui locum deſcribit.

VINETUS.

13 *Hiulcam nomine.*] *Vulcam*, vetus exemplar.

ANNA.

14 *Byzantiumque.*] Hic hiſtoriam conturbat Epitomiſta. Nam poſt pugnam ad Cibalas iterum in Thracia pugna commiſſa poſtquam pax inter Imperatores facta, qua poſt ſeptennium dirempta, ad Urbem Hadrianopolin in Thracia pugnatum, quo prælio victus Licinius *Byzantium* fugit; unde a Conſtantino fugatus Chalcedona petiit, ibique ſibi adjunctum ſocium Martinianum Cæſarem dicit. Inde ad Nicomediam fuga elapſus ibique obſeſſus Conſtantino ſupplex factus eſt, eumque adlata purpura Imperatorem ac dominum vocavit. Conſtantinus ibidem Martinianum ſatellitibus occidendum tradidit. Et Licinium Theſſalonicam ablegavit, eique paullo poſt laqueo vitam ademit.

15 *Officiorum magiſtrum.*] Hoc eſt, Palatinorum ordinum ducem. Jam ſupra.

SCHOTTUS.

16 *Poſt quintumdecimum*] *Quartum decimum* Veronenſis & MSS.

ANNA.

16 Licinius Imperator factus an. U. 1062.

xime ſexageſimum, [17] occiditur. avaritiæ cupidine omnium peſſimus, neque alienus a luxu [18] venerio, aſper admodum, haud mediocriter impatiens: infeſtus literis: quas per inſcitiam immodicam, virus ac peſtem publicam nominabat, præcipue forenſem in-
9 duſtriam. [19] Agraribus plane, ac ruſticantibus, [20] quia ab eo genere ortus altuſque erat, ſatis utilis: ac mi-
10 litiæ cuſtos ad veterum inſtituta ſeveriſſimus. SPADONUM & AULICORUM omnium vehemens domitor, [21] tineas ſoriceſque palatii eos appellans.

11 At Conſtantinus obtento totius [22] Romani imperii, mira bellorum felicitate, regimine, [23] Fauſta conjuge, ut putant, ſuggerente, Criſpum filium necari jubet.
12 Dehinc [24] uxorem Fauſtam in balneas ardentes conjectam interemit, cum eum mater Helena dolore ni-
13 mio nepotis increparet. [25] Fuit vero ultra quam æſtimari poteſt, laudis avidus. Hic Trajanum [26] herbam

U. 1062. poſt C. N. 310. dignitatem amiſit an. U. 1076. poſt C. 324. occiſus vero ſequenti anno.

SCHOTTUS.

17 *Occiditur.*] Veronenſis & MSS. *occidit* pro *occiditur.*

18 *Venerio.*] Per jota, ut *ætherio:* quod antiquarii jam pridem ex MSS. & lapidibus literatis monuerunt. Auguſtanus tamen codex *luxu ventris* præfert.

GRUTERUS.

19 *Agraribus plane ac ruſticantibus.*] Sic quoque MSS. non *agrariis*, uti ſubſtitutum in Frobenio editione, quod offenderentur voce altera.

SCHOTTUS.

19 Horrida vox & agreſtis, qua offenſus Frobenius, *Agrariis* impreſſit.

ANNA.

19 *Agrariis* Editiones: at MSS. *agraribus* quod magis placet, ob vocis ruſticitatem.

SCHOTTUS.

20 *Quia..... ortus altusque erat.*] Veronenſis *quod ab eo genere ortus auctuſque erat*, pro *altuſque*. Pithoei codex *alituſque*.

ANNA.

21 *Tineas, ſoriceſque.*] Quod omnia corrodunt, fœdant.

SCHOTTUS.

22 *Romani imperii.*] Tò *imperii* afuit a Cujacii & Pithoei libris. Floriacenſis *Romaniæ miræ felicitate* ſcripſit.

23 *Fauſta conjuge ſuggerente.*] Apollinaris lib. v. epiſt. 8. *Non ſiguratius Conſtantini domum vitamque videtur vel pupugiſſe verſu gemello Conſul Ablavius vel momordiſſe diſticho tali clam Palatinis foribus appenſo.*
Saturni aurea ſæcla quis requirat?
Sunt hæc gemmea ſed Neroniana.
Quia ſcilicet prædictus Auguſtus iiſdem fere temporibus exſtinxerat conjugem Fauſtam calore balnei; filium Criſpum frigore veneni.

ANNA.

24 *Uxorem ſuam Fauſtam.*] Vide Zoſimum.

SCHOTTUS.

25 *Fuit vero.*] Editio Veronenſis ad matrem refert: *Fuit vero mater ultra laudis avida.*

bam parietariam ob titulos [27] multos ædibus inſcriptos,
appellare, ſolitus erat. Hic pontem in Danubio con-
ſtruxit. Habitum regium gemmis, & caput exornans 14
perpetuo diademate. [28] Commodiſſimus tamen rebus
multis fuit: CALUMNIAS. ſedare legibus ſeveriſſi-
mis: nutrire artes bonas, præcipue [29] STUDIA LITE-
RARUM: legere ipſe, ſcribere, meditari, audire
legationes, & querimonias [30] provinciarum. Cum- 15
que liberis filioque fratris Delmatio, Cæſaribus con-
firmatis, [31] tres & ſexaginta annos vixiſſet, ex quibus
dimidios ita, ut [32] tredecim ſolus imperaret, morbo
conſumptus eſt. Irriſor potius quam blandus. Unde 16
proverbio vulgari, [33] Trachala [34] decem annis præſtan-
tiſſimus, duodecim ſequentibus latro, decem noviſſimis
pupillus, ob profuſiones immodicas nominatus. Cor- 17
pus ſepultum in Byzantio, Conſtantinopoli dicta. Quo 18
mortuo, Delmatius militum vi necatur. Ita ad 19
tres orbis Romani dominatio redacta eſt, [35] Conſtan-
tinum, & Conſtantium, ac Conſtantem filios Con-
ſtantini.

ANNA.

26 *Herbam parietariam.*] Quod ut herba iſta *parietibus* adhæret, ſic Trajani nomen ubique in ædibus inſcriptum viſeretur. Vide Ammianum lib. XXVII.

VINETUS.

26 *Parietariam.*] *Parietinam*, liber Caſſiani.

SCHOTTUS.

27 *Multos ædibus.*] Veronenſis *multis ædibus.*

ANNA.

28 *Commodiſſimus.*] Appellatio fauſta, ut contra *incommodus*, atrox, dirus, ubi de malo principe.

SCHOTTUS.

29 *Studia literarum.*] *Studia* deeſt in Veronenſi.

30 *Provinciarum.*] Veronenſis *pronunciare* pro *provinciarum* legit: non placet.

ANNA.

31 *Tres & ſexaginta annos.*] Sed vixit annos 66.

32 *Tredecim ſolus.*] Imo duodecim tantum.

VINETUS.

33 *Tracala decem.*] In aliquibus exemplaribus aſpirat mediam ſyllabam *Trachala*, ſicut apud Feſtum *Trachali.*

ANNA.

33 Notavit Feſtus *Trachalos* dici Ariminenſes maritimos homines, Conſtantinus igitur decem annis, *Trachalus* ſive *Trachala* præſtantiſſimus dictus quod irriſor eſſet, ſed minime blandus: notum enim maritimos homines irriſores eſſe, &c. nihil aliud video.

VINETUS.

34 *Decem* autem anni, & *duodecim*, & *decem* videntur eſſe triginta duo anni hujus imperii: qui triginta ſolum ſupra numerari ſunt. Sed hic variant & auctores & exemplaria, ſicut monuimus in commentario Eutropii.

SCHOTTUS.

35 *Conſtantinum &c.*] Auferendi caſu





20 ſtantini. Hi ſinguli has partes regendas habuerunt: [36] CONSTANTINUS junior cuncta trans Alpes: CONSTANTIUS a freto Propontidis, Aſiam atque Orientem: CONSTANS Illyricum, Italiamque, & Africam, [37] Delmatiam, Thraciam, Macedoniamque, & Achajam: [38] ANIBALIANUS Delmatii Cæſaris conſanguineus, Armeniam, nationeſque circumſocias.

21 Interim [39] ob Italiæ, Africæque jus diſſentire ſtatim Conſtantinus & Conſtans [40] [cœperunt.] Conſtantinus

caſu MSS. & vulgati aliquot, *ita ad tres redacta dominatio eſt orbis Romani: Conſtantino & Conſtantio ac Conſtante filiis:* quam recte ipſi viderint:

ANNA.

36 *Conſtantinus junior cuncta trans Alpes.*] Mendum turpe: Lege Conſtantinus *ſenior.* Zoſimus. Κωνσταντῖνος μὲν πρεσβύτερος ἅμα τῷ νεωτάτῳ Κώνσταντι τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἅπαντα, καὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἰλλυρίδα πρὸς τούτοις ἔλαχεν ἔχειν. ἔτι δὲ τὰ περὶ τὸν Εὔξεινον Πόντον, καὶ τὴν ὑπὸ Καρχηδόνα λιβύην. Κωνσταντίῳ δὲ τὰ περὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν ἑῴαν, καὶ Αἴγυπτον ἐπετέτραπτο. Id eſt, *Conſtantinus quidem natu maximus cum minimo natu Conſtante, omnia trans Alpes ſita, & Italiam & Illyricum ſortitus eſt. Præterea Ponto Euxino finitima, & Africa omnia ad Carthaginem uſque Conſtantio datum eſt quidquid eſſet in Aſia, & Oriente & Ægypto.* Unde vides Zoſimum ab Epitomiſta tranſcriptum.

SCHOTTUS.

37 *Delmatiam, Thraciam.*] MSS. *Delmatius Trachiam*, ut & Veronenſis.

ANNA.

38 *Anibalianus.*] Αναβαλλιανὸς vocatur Zoſimo.

VINETUS.

38 Scribitur & *Anibalianus* neutra geminata conſonante: habetque A pro I alicubi in ſecunda ſyllaba nomen hoc.

ANNA.

39 *Ob Italiæ Africæque jus.*] Zoſimus. Κωνσταντίνῳ δὲ καὶ Κώνσταντι περὶ τῆς ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύης καὶ Ἰταλίας γενομένης ἀμφισβητήσεως, &c. Id eſt, *Cæterum controverſia mota inter Conſtantinum & Conſtantem de pertinente ad Carthaginem Africa deque Italia.*

SCHOTTUS.

40 *Cæperunt.*] Supereſt ex MSS. & Veronenſi.



ſtantinus latrocinii ſpecie dum incautus, fœdeque temulentus in aliena irruit, obtruncatus eſt, projectuſque in fluvium, cui nomen Alſa eſt, non longe ab Aquileia. Conſtans vero venandi cupidine [41] [ductus] 22 dum per ſilvas ſaltuſque erraret, conſpiravere aliquanti [42] militares in ejus necem, auctoribus [43] Chreſtio [44] & Marcellino, ſimulque Magnentio: qui ubi patrandi negotii dies placuit, Marcellinus [45] natalem filii ſimulans, pleroſque ad cœnam rogat. Itaque in multam noctem convivio celebrato, MAGNENTIUS [46] quaſi ad ventris [47] ſecreta ſecedens, [48] habitum venerabilem

41 *Ductus.*] Supereſt ex MSS. & Veronenſi.

ANNA.

42 *Militares.*] Pro *milites* jam ſæpius.

43 *Chreſtio.*] Hujus *Chreſtii* non meminit Zoſimus. Sed Marcellini, quem ærarii præfectum dicit, & Magnentii.

VINETUS.

44 *Et Marcellino.*] Pro tetraſyllabo triſyllabus eſt *Marcellus* hic in antiquo libro.

ANNA.

45 *Natalem filii ſimulans.*] Zoſimus. Γενέθλιον ἄξειν ἡμέραν οἰκείου παιδὸς ὁ Μαρκελλῖνος εἰπὼν, ἐκάλει εἰς ἑστίασιν ἄλλους τε πολλοὺς ἐξέχοντας τοῦ στρατοπέδου, καὶ Μαγνέντιον σὺν αὐτοῖς, &c. *Marcellinus natalem filii ſe celebraturum dicens cum alios multos in caſtris dignitate præſtantes, tum Magnentium invitabat.*

46 *Quaſi ad ventris.*] Zoſimus. Μαγνέντιος διά τι δῆθεν τῶν ἀναγκαίων διαναστὰς ἐκ τοῦ δείπνου. *Magnentius, quaſi rei neceſſariæ cauſa de menſa ſurgens,* &c. reliqua vide.

SCHOTTUS.

47 *Secreta,*] *Solita* melius iidem. Supra *officia naturalia* vocavit cap. 21. 6.

ANNA.

48 *Habitum venerabilem.*] Βασιλικὴν στολήν. *Regiam ſtolam.* Zoſimus.

49 *Apud*

23 lem capit. Ea re cognita, Constans fugere conatus, [49] apud Helenam opidum Pyrenæo proximum, a Gaisone cum lectissimis misso interficitur anno tertiodecimo Augustæ dominationis (nam Cæsar triennio fue-
24 rat) [50] ævi septimo vicesimoque. Hic fuit debilis pedibus manibusque, articulorum dolore: fortunatus cæli temperie, fructuum proventu, nulla a Barbaris formidine: quæ profecto majora [51] fierent, si provinciarum rectores non pretio, sed judicio provexisset
25 Hujus morte cognita, [52] VETRANIO magister militum imperium in Pannonia apud [53] Mursiam corripuit: quem Constantius non post multos dies regno exuit, [54] grandævæ ætati non vitam modo, sed etiam voluptarium otium concedens. Fuit autem prope ad stultitiam simplicissimus.

49 *Apud Helenam.*] Retinet nomen, nam ab Hispanis *Elna* dicitur.

50 *Ævi septimo vicesimoque.*] Vixit annis fere XXIX.

SCHOTTUS.

51 *Fierent.*] *Fuerint* pro *fierent* editi libri.

ANNA.

52 *Vetranio magister militum.*] Pannoniorum exercituum dux. Zosimus.

53 *Mursiam.*] *Mursam* vocat Zosimus. ad Dravum fluvium sita est supra Sirmium.

SCHOTTUS.

53 *Murtium* alii.

54 *Grandævæ ætati.*] Alii *grandævo ætate.*

CAPUT XLII.

ARGUMENTUM.

Cæsares creantur Gallus & Decentius, Augusti nomen rapit & opprimitur Nepotianus, apud Mursiam vincitur & latus transfodit Magnentius, laqueo vitam finit Decentius, occiditur Gallus, perimitur Silvanus, Cæsar fit, Chonodomarium & Badomarium Reges capit & Augustus pronuntiatur Claudius Julianus & febri interit Constantius.

1 CONSTANTIUS GALLUM fratrem patruelem Cæsarem pronuntiat, sororem Constantinam illi
2 conjungens. MAGNENTIUS quoque DECENTIUM consanguineum suum trans Alpes Cæsarem creavit.



creavit. His diebus Romæ [1] NEPOTIANUS Eu- 3
tropiæ Constantini sororis filius, hortantibus [2] perdi-
tis, Augusti nomen rapit: quem [3] octavo die vice-
simoque Magnentius oppressit. Hoc tempore Con- 4
stantius cum Magnentio apud Mursiam dimicans vicit.
[4] In quo bello [5] pæne numquam amplius Romanæ
consumptæ sunt vires, totiusque imperii fortunæ pes-
sumdatæ. Dehinc cum se Magnentius in Italiam re- 5
cepisset, apud [6] Ticinum plures fudit; incautius, &,
ut in victoria solet, audacius persequentes. Nec mul- 6
to post apud Lugdunum coangustatus, gladio occulte
proviso, ictum [7] pulsu parietis juvans, transfosso la-
tere; ut erat vasti corporis, vulnere, naribusque &
ore cruorem effundens; [8] mense imperii quadragesimo
secundo,

ANNA.

1 *Nepotianus.*] Potentianum vocat Victor.

SCHOTTUS.

2 *Perditis.*] *Proditis* pro *perditis* Jacobi Cujacii scriptus liber.

ANNA.

3 *Octavo die, vicesimoque.*] *Tricesimo die triduo minus.* Supra Victor.

4 *In quo bello.*] Vide Zosimum, qui fuse.

SCHOTTUS.

5 *Pæne nusquam.*] Ita MSS. Veronensis *in quo bello, nusquam amplius, Romanæ consumptæ sunt vires totiusque. imperii fortunis pessumdata.*

6 *Ticinum.*] Tres editi *Thicanum.*

7 *Pulsu parietis.*] Tres editi *pulsi parietis.*

ANNA.

8 *Mense imperii quadragesimo secundo.*] Ἔτη βασιλεύσας τρία, καὶ μῆνας ἔτι πρὸς τοῖς ἕξ. Zosimus. *Quum regnasset annis tribus & mensibus præterea sex.*

SCHOTTUS.

8 Veronensis. *imperii quadragesimo, ætatis prope quinque anno exspiravit.*

secundo, ætatis anno prope quinquagesimo, exspiravit.
7 vit. [9] Ortus parentibus [10] barbaris, qui Galliam inhabitant. legendi studio promptus, sermonis acer, animi tumidi, & immodice timidus: artifex tamen ad
8 occultandam audaciæ specie formidinem. Ejus morte Decentius [11] laqueo fasciæ ad collum posito, vitam fi-
9 nivit. Hoc tempore Gallus Cæsar a Constantio occi-
10 ditur. Imperavit [12] annos tres. SILVANUS imperator effectus, die imperii vicesimo octavo perimitur.
11 Fuit ingenio blandissimus. Quamquam barbaro patre genitus, tamen institutione Romana satis cultus & pa-



12 tiens. CONSTANTIUS CLAUDIUM JULIANUM, fratrem Galli, honore Cæsaris assumit, annos natum

spiravit. Pithœanus codex, Floriacensis & Cujacii, *ætatis prope quinquaginta annos exspiravit*.

ANNA.

9 *Ortus parentibus qui Galliam inhabitant.*] Zosimus. γένος μὲν ἕλκων ἀπὸ βαρβάρων, μετοικήσας δὲ εἰς Λετοὺς ἔθνος Γαλατικὸν, παιδείας τε τῆς Λατίνων μετασχών. ἐν μὲν τοῖς πλεονεκτήμασι τῆς τύχης θρασὺς, δειλὸς δὲ ἐν ταῖς περιστάσεσι. τῇ ἐνούσῃ αὐτῷ φύσει κακοήθειαν κρύψαι δεινὸς, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι τὸν αὐτοῦ τρόπον εὐήθης εἶναι καὶ χρηστὸς νομιζόμενος. Id est, *originem generis a barbaris ducens. Sed qui transmigraverat apud Letos Galliæ populos, Literis Latinis satis eruditus. Audax fortuna prospera, timidus adversa, occultandæ pravitati natura insitæ mirus artifex, iis etiam qui ejus ingenium ignorabant, simplex & bonus apparens.*

SCHOTTUS.

10 Τὸ *barbaris* omissum in libris typo notatis, ab iis fortasse qui *barbaros* se vocari moleste ferrent.

11 *Laqueo.*] Rectius MSS. *laqueo fascia composito*: quomodo & Veronensis.

ANNA.

11 Cum Zosimo consentit vulgata lectio: βρόχῳ περιστρέψας τὸν τράχηλον, &c.

VINETUS.

12 *Annis quatuor.*] *Annos tres*, anti-

natum [13] fere tres atque viginti. Iste in [14] campis 13
Argentoratensibus apud Gallias, cum paucis militibus, infinitas hostium copias delevit. [15] Stabant acervi 14
montium similes: fluebat cruor fluminum modo, captus Rex nobilis [16] Chonodomarius: fusi omnes optimates: [17] redditus limes Romanæ possessionis: ac postmodum cum Alamannis dimicans, potentissimum eorum Regem [18] Badomarium cepit. Hic a militibus 15
Gallicanis Augustus pronuntiatur. Hunc Constantius 16
[19] urgere legationibus, ut in statum [20] nomenque pristinum

antiquus liber. Scribit in Chronicis Hieronymus, Gallum fuisse creatum Cæsarem, anno Christi trecentesimo quinquagesimo septimo, & interfectum trecentesimo quinquagesimo nono.

SCHOTTUS.

12 MSS. & Veronensis *annos* IIII. præferunt, ut editiones fere omnes: quæ lectio præterquam quod MSS. auctoritate nitatur, etiam Ammiano. Marcellino extremo XIV. probatur. Non me fugit Vinetum lectionem mutasse.

ANNA.

13 *Fere tres atque viginti.*] Ex annalibus tamen constat tunc annos XXVI. natum fuisse.

SCHOTTUS.

14 *Campis Argentoratensibus apud Gallias.*] Eos etiam in Gallia collocat Ausonius, Mosella:

Æquavit Latias ubi quondam Gallia Cannas.

Quod sint citra Ellum fluvium, ubi terminatur *Gallia* Sequanica. Marcellinus: *Argentoratus barbaricis cladibus nota.*

ANNA.

14 *Apud Argentoratum Galliæ Urbem ingentes Alemannorum copiæ extinctæ sunt.* Eutropius. *Argentoratum*, hodie *Strasbourg.*

SCHOTTUS.

15 *Stabant acervi.*] Ex Ammiano Marcellino lib. XVI. extremo. *Ceciderunt*, inquit, *in hac pugna Romani quidem* CCXLIII. *Rectoris vero quatuor: ex Alamannis sex millia corporum sunt inventa in campis constrata, & inæstimabiles mortuorum acervi per undas fluminis ferebantur.*

VINETUS.

16 *Chonodomarius.*] *Nodomarius*, Cassiani & Gryphii Lugdunensis typographi exemplaria.

SCHOTTUS.

16 *Nodomarius* nostri quoque MSS. Veronensis & Augustanus codex: Marcellino *Gundomadus* est lib. XIIII.

ANNA.

17 *Redditus limes.*] Eutropius. *Submotique ultra Rhenum Germani, & finibus suis Romanum imperium restitutum.*

VINETUS.

18 *Badomarius.*] *Baldomarus* est in membraneo codice, quatuor tantum syllabis, sed *l* inter *a* & *d* interjecta. Eundem Ammianus Marcellinus libro quartodecimo & vicesimo sexto & alibi pentasyllabum facit: sed *Vadomarium* V pro B scribit.

SCHOTTUS.

19 *Urgere.*] *Urguere* scribunt MSS. ut infra 43. Sic dixit Ausonius ad Pontium Paulinum:

Occidui me ripa Tagi, me Punica lædit
Barcino: me bimaris juga ninguida Pirenæi.

ANNA.

20 *Nomenque pristinum revertatur.*] Cæsaris.

ſtinum revertatur. [21] Julianus mandatis mollioribus refert ſe ſub nomine celſi imperii multo officioſius pa-
17 riturum. [22] Hinc Conſtantius magis magiſque ardens dolore, atque, ut erat talium impatiens, in radicibus Tauri montis [23] apud Mopſocrenen febri acerrima, quam indignatio nimia vigiliis augebat, interiit anno [24] ævi quarto & quadrageſimo, imperii nono atque triceſimo, verum Auguſtus quarto viceſimoque: octo ſolus, cum fratribus atque Magnentio ſedecim, quin-
18 decim Cæſar. [25] Felix bellis civilibus, externis lacrymabilis: mirus artifex in ſagittis: a cibo, vinoque & ſomno [26] multum [in] temperans, patiens laboris, facundiæ cupidus: quam cum aſſequi tarditate ingenii
19 non poſſet, aliis invidebat. Spadonum, aulicorumque amori deditus, & uxorum: quibus contentus,
20 nulla libidine tranſverſa, aut injuſta polluebatur. Sed ex conjugibus, quas plurimas ſortitus eſt, præcipue Euſebiam dilexit, decoram quidem, verum per [27] Amantias, & Gorgonias, & alia [28] importuna [29] miniſteria vexan-

SCHOTTUS.

21 *Julianus.*] Male qui hæc a ſuperioribus, ut alias ſæpe, titulo quodam diviſerunt, cohærent enim cum prioribus.

22 *Hunc.*] Veronenſis MSS. *Hinc* melius.

ANNA.

23 *Apud Mopſocrenem.*] *Mopſocrene*, Μοψοκρήνη Urbs in Cilicia ad radices montis Tauri, Latine *Mopſi fons*, a *Mopſo* Mantus filio. Unde & quibuſdam Μοψεστία, *Mopſueſtia* dicitur, *Mopſi domus*. Ammianus lib. XXI. *Petiit per vias difficiles Mopſueſtiam Ciliciæ ultimam hac pertingentibus ſtationem, ſub Tauri montis radicibus poſitam.* Male opinor Roberti Stephani editio quæ *Myandam*, pro *Mopſueſtiam* repræſentat.

24 *Ævi quarto ac quadrageſimo.*] Natus enim an. U. 1069. poſt C. 317. mortuus vero an. U. 1113. poſt. C. 361. Cæſar dictus anno ætatis quinto.

SCHOTTUS.

24 Amm. Marcellinus, lib. XXI. imperii vitæque anno quadrageſimo & menſibus paucis exſtinctum ſcribit.

ANNA.

25 *Felix bellis civilibus.*] *Et cujus in civilibus magis quam in externis bellis ſit laudanda fortuna.* Eutropius.

SCHOTTUS.

26 *Multum intemperans.*] *Temperans* MSS. & Veronenſis & certe confirmatur ea lectio Ammiani hiſtorica narratione lib. XXI. Similem locum ſupra in Auguſto emendavi §. 21. *multum abſtinens.*

27 *Amantias.*] *Adamantias* MSS. & Veronenſis codex longe optimus.

ANNA.

28 *Importuna.*] *Importunus*, dira & atrox appellatio, qui neque quieſcit, neque alios ſinit quieſcere.

29 *Miniſteria.*] *Miniſteria* pro *miniſtris.*

vexantem famam viri contra, quam FEMINIS MODESTIORIBUS mos eſt: [30] quarum ſæpe præcepta
maritos juvant. Namque ut cæteras omittam, Pom- 21
peja Plotina, incredibile dictu eſt, quanto auxerit gloriam Trajani: cujus [31] procuratores cum provincias calumniis agitarent, adeo ut unus ex iis diceretur [32] locupletum quemque ita convenire: Quæ habes [33] [ad menſam?] alter, Unde habes? tertius, Pone quæ habes: illa conjugem corripuit: atque increpans, [34] quod laudis eſſet incurioſus; talem reddidit, ut poſtea [35] exactiones [36] improbans & deteſtans, [37] FISCUM LIENEM vocaret, [38] quod eo creſcente, artus reliqui tabeſcant.

C A-

SCHOTTUS.

30 *Quarum ſæpe.*] In eandem ſententiam Amm. Marcellinus initio lib. XIV. de Conſtantii credo uxore loquens, ſtimulos admovente: cum virum potius lenitate feminea ad veritatis humanitatiſque viam reducere, utilia ſuadendo deberet.

ANNA.

31 *Procuratores.*] Qui fiſcalium rerum *procurationem* gerebant, *procuratores* fiſci, *procuratores* Cæſaris dicti.

SCHOTTUS.

32 *Locupletum quemque.*] *Locupletiſſimum quemque* Veronenſis.

33 *Ad menſam.*] Non huc pertinent. Relegandæ igitur: abſunt enim in MSS. & Veronenſi, qui *quare habes? alter unde habes: tertius pone quod habes* præferunt.

ANNA.

33 Sed altera lectio ſtare poteſt. Vide J. F. Gronovium lib. IV. obſervat. cap. 24. in *menſis* enim pecuniæ reponebantur unde *menſarii*, & *menſularii* dicti.

GRUTERUS.

34 *Quod laudis eſſet incurioſus.*] Non male MSS. Schotti, & Veronenſis, *laudis ſuæ eſſet.*

SCHOTTUS.

35 *Exactiones.*] Vidi qui *auctiones* excuderant.

36 *Improbans &c.*] *Improbas deteſtans* Veronenſis & ſcripti libri.

GRUTERUS.

36 Longe melius. nec enim quævis exactio cives exhaurit, ſed nimia, ſed *improba.*

ANNA.

37 *Fiſcum lienem vocaret.*] Claudius Minos:

Humani quod ſplen eſt corporis, in populi re
Hoc Cæſar fiſcum dixerit eſſe ſuum:
Fiſco aucto, reliqui tabeſcunt corporis artus,
Fiſco aucto arguitur civica pauperies.

SCHOTTUS.

38 *Quod eo creſcente*] Sic *fiſco* diteſcente exhauritur Reſpublica. Aliam etiam cauſſam reperiſſe videor, quod quemadmodum ſpleneticis *lien* ſeditionem facit in præcordiis, utar enim Plautinis: ita & bella civilia ſeditioneſque ex *fiſci* incremento naſcuntur. Hinc cinctos *lienoſos* incedere utile eſſe dixit Ariſtoteles lib. III. De partibus animalium: quod atræ bilis *lien*, ut hepar ſanguinis ſit conceptaculum: hic in dextro, ille in ſiniſtro latere. Plautus Caſina.

Perii, cor lienoſum opinor habeo, jamdudum ſalit:

De

De labore pectus tundit.......
Et Mercatore:
Perii, seditionem facit lien, occupat præcordia.
Rursus Curcul.
Quasi zona liene cinctus ambulo.
Mox,
Lien necat; renes dolent.
Et,
Lien directus est.
Pa. *ambula, id lieni optimum est.*

Laudata igitur non immerito vox Pertinacis Imperatoris. *Sanctius est,* inquit, *P. C. inopem Remp. obtinere, quam ad divitiarum cumulum per discriminum atque dedecorum vestigia pervenire.* Plinius Junior in aureo illo Panegyrico de *fisco* quædam. Non enim vacat, nec si vacaret, liberet, campum illum ingredi. Vidi, qui excuderant: *quod ea crescente, artus reliqui tabescunt.*

CAPUT XLIII.

ARGUMENTUM.

In Persas proficiscitur, conto percutitur, & sanguine vacuatus deficit philosophus, Græcus, numina superstitiosè colens...... Julianus.

1 IGITUR Julianus redacta ad unum se orbis Romani curatione, gloriæ nimis cupidus, in Persas pro-
2 ficiscitur. Illic a transfuga quodam in insidias deductus, cum eum hinc inde [1] Parthi urgerent, [2] e castris jam positis, arrepto tantum clypeo procurrit.
3 Cumque [3] inconsulto ardore nititur ordines [4]. ad prælium componere, ab uno ex hostibus & quidem fu-
4 giente, [5] conto percutitur. Relatusque in tabernaculum, rursusque ad hortandos suos egressus, paullatim sanguine vacuatus, circa noctis fere medium defecit, præfatus, consulto sese de imperio nihil mandare, ne uti solet, in multitudine discrepantibus studiis [6] amicorum, ex invidia reipublicæ, DISCORDIA

ANNA.

1 *Parthi.*] Pro Persæ.

SCHOTTUS.

2 *E castris jam positis.*] Veronensis *urgerent, armis jam positis.*

3 *Inconsulto.*] In MS. uno *insulto* pro *inconsulto.* Forte *insulso* repererat librarius. nihil tamen demuto.

4 *Ad prælium.*] In Veronensi deficit.

ANNA.

5 *Conto percutitur.*] Sub dextera axilla Ammianus.

SCHOTTUS.

6 *Amicorum,* &c.] MSS. *amico ex invidia reipublicæ discordia.* Veronensis apertius, *discrepantibus studiis amico ex invidia reipublicæ discordiam exercitus periculum pararet.* Editi tres, *ex invidia reipublicæ discordia exercitus periculum pararet.* Factum erat

DIA EXERCITUS periculum pararet. Fuerat in 5
eo literarum ac negotiorum ingens ſcientia. [7] Æqua-
verat philoſophos, & Græcorum ſapientiſſimos. Uſu
promptior corporis, [8] quam validior quidem, [9] ſed
brevis fuit. Hæc minuebat quarundam rerum ne- 6
glectus modus. [10] Cupido laudis immodica: cultus 7
numinum ſuperſtitioſus: audax plus, quam IMPE-
RATOREM DECET: [11] cui ſalus propria, cum ſem-
per ad ſecuritatem omnium, [12] [tum] maxime in bel-
lo conſervanda eſt. Ita illum cupido gloriæ flagran- 8
tior pervicerat, ut neque terræmotu, neque pleriſque
præſagiis, quibus vetabatur petere Perſidem, [13] addu-
ctus ſit finem ponere ardori: [14] ac ne noctu quidem
viſus ingens globus [15] cœlo labi, [16] diem belli cautum
præſtiterit.

C A-

erat forte ex *rei p.* Reipubl. Hinc lectionum varietas, de qua eruditus lector arbitrabitur.

ANNA.

6 Editos ſequor. *Ne diſcrepantibus ſtudiis amicorum diſcordia exercitus ex invidia nata reipublicæ periculum pararet.*

7 *Æquaverat Philoſophos.*] *In quibuſdam Philoſopho propior.* Eutropius.

SCHOTTUS.

7 Veronenſis & MSS. *eo juverat*, ut cum præcedenti cohæreat. Baſilienſis duo *eo juvaverat* ediderunt.

8 *Quam validior.*] Mox pro *quam validior* ſcripti libri & Veronenſis *quo validus*, vulgati omnes *quam validus*.

ANNA.

9 *Sed brevis fuit.*] Neque enim totum triennium imperavit, quamvis alii aliter.

10 *Cupido laudis immodica.*] Gloriæ avidus ac per eam animi plerumque immodici.

SCHOTTUS.

11 *Cui ſalus propria.*] Amm. lib. XIX. *Nec enim abnuimus ſalutem legitimi principis propugnatoris bonorum & defenſoris, unde ſalus quæritur aliis conſociato ſtudio inveniri debere.*

12 *Tum maxime in bello.*] Mallem *in bello maxime conſervanda eſt*, abſque *tum*: ſic enim Veronenſis & MSS.

13 *Adductus.*] Auguſtanus codex *abductus.*

GRUTERUS.

14 *Ac ne noctu quidem viſus ingens globus cœlo labi.*] Rectius legas *igneus globus*, cum Sylburgio, adſtipulante Ammiano.

SCHOTTUS.

15 *Cœlo labi.*] *Cœlo labi ante* Veronenſis & Floriacenſis & ſcripti libri. *cœlo labiente* Cujacianus & Pithœanus. Unde Gryphius *cœlo labente*, Cæterum de expeditione in Perſas Juliani vide Sex. Rufum extremo Breviario, qui in duobus MSS. antiquiſſimis *Feſtus Dictator*, non *Sextus* appellatur: quod obiter monendum putavi.

ANNA.


16 *Diem belli.*] J. E. *per diem belli.* Sed malim *die belli.*

1 In-

CAPUT XLIV.

ARGUMENTUM.

Menses octo imperat, insignis corpore..... repente interit Jovianus.



1 JOVIANUS genitus patre Varroniano, [1] incola agri [2] Singidonensis provinciæ Pannoniæ [3] impe-
2 ravit menses octo. Ejus patri, cum liberos crebros amitteret, præceptum somnio est, eum, qui jam instante uxoris partu edendus foret, [4] diceret Jovianum.
3 Hic fuit insignis corpore, lætus ingenio, literarum
4 studiosus. Hic [dum] a Perside hieme aspera mediaque Constantinopolim accelerans, [5] cruditate stomachi,

SCHOTTUS.

1 *Incola agri.*] *Insula* MSS. Pithœi; Danielis vero *in solo agri*, quo modo fere & Veronensis.

ANNA.

2 *Singidonensis.*] *Singidonum* Urbs Pannoniæ non procul a Sirmio.

SCHOTTUS.

2 *Danielis* MSS. *Sigindonensis.*

ANNA.

3 *Imperavit menses octo.*] *Decessit imperii mense septimo.* Eutropius. factus est Imperator an. U. 1115. post C. 363. mense Junio mortuus anno sequenti mense Februario.

SCHOTTUS.

4 *Diceret.*] Veronensis *dicere* legit.

ANNA.

5 *Cruditate stomachi tectorio novi operis gravatus.*] Legendum putavi. *Cruditate stomachi, vel tectorio novi operis.* Eutropius. *Multi exanimatum opinantur nimia cruditate; inter cœnandum enim epulis indulserat: alii odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis, grave quiescentibus erat: quidam nimietate prunarum quas gravi frigore adoleri multas jusserat.* *Tectorium* dicitur cataplasma quo parietes induuntur.

chi, tectorio novi operis gravatus [esset] repente interiit. [6] annos gerens proxime quadraginta.

6 *Annos gerens proxime quadraginta.*] Eutropius. *Ætatis, ut qui plurimum ac minimum tradunt, tertio & trigesimo anno.*

CAPUT XLV.

ARGUMENTUM.

Annos duodecim minus diebus centum imperat, Valentem in imperio socium adsciscit, Gratianum Augustum creat, & decens vultu..... exspirat Valentinianus senior, regnum invadens exstinguitur Firmus, & Imperator creatur Valentinianus junior.



VALENTINIANUS [1] imperavit annos duodecim, minus diebus centum. 1
Hujus pater Gratianus mediocri stirpe ortus apud [2] Cibalas, Funarius appellatus est, eo quod venalicium funem portanti quinque milites nequirent extorquere. 2
Eo merito adscitus in militiam, usque ad præfecturæ prætorianæ potentiam conscendit: ob cujus apud milites commendationem, Valentiniano imperium resistenti [3] aggeritur. 3
Hic Valentem consanguineum suum sibi so- 4

ciurn

ANNA:

1 *Imperavit,*] Electus est an. U. 1116. post C. 364. mortuus an. U. 1127. post C. 375.

2 *Cibalas.*] In Pannonia. Jam supra.

SCHOTTUS.

3. *Aggeritur.*] Puto legendum *gritur*, quod in omnibus MSS. & Veronensi comparet.

Ac

cium in imperio adſcivit: [4] ac demum Gratianum filium, necdum plene puberem, hortatu ſocrus & uxoris
5 Auguſtum creavit. Hic Valentinianus fuit vultu decens, ſollers ingenio, animo gravis, ſermone cultiſſimus. [5] Quamquam enim ad loquendum parcus, ſeverus, [6] vehemens, [7] infeſtus tamen vitiis, maximeque avaritiæ: cujus [8] punitor ipſe fuit acer: & in iis quæ [9] memoraturus ſum, Hadriano proximus.
6 [10] Genera vetuſtiſſimorum meminiſſe, [11] nova arma meditari: [12] fingere terra ſeu limo ſimulacra: prudenter uti locis, temporibus, [13] ſermonibus: atque, ut breviter concludam, [14] ſi ei infidis hominibus, quibus ſeſe quaſi fidiſſimis prudentiſſimiſque dederat, carere, aut probatis, eruditiſque monitoribus uti licuiſſet, perfectus haud

ANNA.

4 *Ac demum Gratianum filium.*] Quem Auguſtum proclamavit anno quarto imperii.

SCHOTTUS.

5 *Quamquam enim.*] *Quamquam eſſet* Veronenſis MSS. *hæſit* pro *eſſet*.

6 Tò *Vehemens.*] Deſideratur in MSS.

7 *Infectus vitiis.*] Pithœi, Cujacii, MSS. & Veronenſis. non placet.

8 *Cupitor.*] Pro *punitor* non placet.

9 *Memoraturus ſum.*] *Memoratus ſum* ſcripti libri vulgati: lectionem ut caſtiorem præfero.

ANNA.

10 *Genera vetuſtiſſimorum meminiſſe.*] Tamen nil tale de Hadriano me legiſſe memini. Sed hic tantum memoria Hadriano proximum fuiſſe Valentinianum dicit Epitomiſta. Nam ſupra de Hadriano: *Memor ſupra quam cuiquam credibile eſt, locos, negotia, milites abſentes quoque nominibus recenſere.*

SCHOTTUS.

10 *Pingere venuſtiſſime, meminiſſe.*] ex Veronenſi & MSS. Floriacenſis tamen *vetuſtiſſime*. Editi libri *genera vetuſtiſſimorum meminiſſe* excuderunt, forte quod arma ſequerentur, quæ, ut conjicio, ad gentilitia inſignia homines curioſi (qui nihil præter fumoſas imagines alienaſque virtutes admirantur) retulerunt, ut in genealogiis recenſendis excelluiſſe Valentinianum dicat, ſed nihil agunt. Cæterum de Adriani artibus ſupra cap. 14. unde ſententiam de hoc loco meam confirmari poſſe video.

ANNA.

11 *Nova arma meditari.*] Neſcio an idem de Hadriano auctores prodiderint.

12 *Fingere terra ſeu limo.*] MSS. *Cera.* Huc refer quæ ſupra de Hadriano: *Pictor, fictor ex ære, vel marmore proxime Polycletos & Euphranoras.* Et Dionis verba: ἔπλασε καὶ ἔγραψε, *finxit & pinxit.*

SCHOTTUS.

13 *Sermonibus.*] *Sermone* ſingulari numero iidem ſcripti.

14 *Si ei infidis hominibus.*] *Fœdis hominibus quis ſeſe* MSS. & Veronenſis. Antiquitus excuſi, *Atque ut breviter concludam, ſemper criminibus, queis ſeſe* corrupte. Quidam libri. *Si infidis careret.*

ANNA.

14 MSS. *fœdis*, non probo propter τò *fidiſſimis* quod ſequitur.

haud dubie princeps enituisset. [15] Hujus tempore 7
[16] Firmus apud Mauritaniam regnum invadens, exstinguitur. Valentinianus apud [17] Bergentionem le- 8
gationi Quadorum respondens, anno ævi quinto & quinquagesimo, [18] impetu sanguinis, voce amissa, sensu integer, exspiravit. [19] Quod quidem intempe- 9
rantia cibi, ac [20] saturitate, qua artus diffuderat, ac-



cidisse plures retulere. Itaque eo mortuo, VALEN- 10
TINIANUS adhuc quadriennis, auctore [21] Equitio, ac Merobaude propinquo, ubi cum matre fuerat allatus, creatus est imperator.

C A-

15 *Hujus tempore.*] Anno decimo ejus imperii.

16 *Firmus.*] Contra quem missus Theodosius. Vide Ammianum.

17 *Bergentionem.*] *Bregentionem* vocat Ammianus. *Bregatium* aliis dicitur; Urbs in Pannonia superiori.

VINETUS.

17 Hieronymus & Orosius *Brigitionem* appellant.

ANNA.

18 *Impetu sanguinis.*] Hic est *ictu sanguinis.* Vide quæ supra in L. Annio Vero dicta sunt.

19 *Quod quidem.*] Aliter Ammianus qui ait *ex iracundia subito concidisse.*

SCHOTTUS.

20 *Saturitate.*] *Securitate* MSS. uterque & Veronensis codex, non probo.

21 *Equitio,*] *Æquitio & Merobaudo e propinquo creatur Imperator.* Floriacensis & Cujacii MSS. vide quæ notavi cap. 36.

ANNA.

21 Hæc sunt mendosa, expediunt MSS. Ubi: *Ac Merobaude e propinquo, ubi cum matre erat, allatus,* &c. Allatus e propinquo, ubi erat cum matre.

1 *Annos*

CAPUT XLVI.

ARGUMENTUM.

Annos tredecim, menſes quinque regnat, cum Gotthis bello commiſſo ſaucius in caſam deportatur, igniqueſuppoſito concrematur Valens, tyrannidem invadens exſtinguitur Procopius.



1 VALENS una cum VALENTINIANO germano ſuo, de quo diximus, regnavit [1] annos
2 tredecim, menſes quinque. Hic Valens cum Gotthis lacrymabili bello commiſſo, ſagittis ſaucius, in caſam deportatur viliſſimam: ubi ſupervenientibus Gotthis, igniqueſuppoſito, incendio [2] concrematus
3 eſt. In quo probanda hæc fuere. Fuit poſſeſſoribus conſultor bonus. [3] mutare judices rarius. in amicos fidus. iraſci ſine [4] noxa ac periculo cujuſque. ſane valde

SCHOTTUS.

1 *Annos tredecim.*] *Decem* dumtaxat vulgati omnes.

ANNA.

1 Lege *duodecim*. ex notis mendum natum XIII. pro XII.
2 *Concrematus eſt.*] Anno tertio poſt mortem Valentiniani. Regnavit an. 14. menſ. 4.

SCHOTTUS.

3 *Mutare judices rarius.*] *Mutare judicia, verus.*

ANNA.

3 Quædam edit. *Mutare judicia rarius.* Quod magis placet. Et ſic cum ſuperioribus continuanda exiſtimo. *Fuit poſſeſſoribus conſultor bonus, mutare judicia rarius.* Ut ſenſus ſit ita poſſeſſoribus faviſſe Valentem ut *rarius* quod ſemel *judicatum fuerat, demutaret.*
4 *Noxa.*] Id eſt, damno.
5 *Hujus temporibus.*] Et Diocletiani potius cujus imperii anno primo imperium ſumpſit Procopius. Sed ideo potius hunc Valentis temporibus

de timidus. [5] Hujus temporibus PROCOPIUS [6] tyrannidem invadens, exstinguitur. 4

poribus assignat Epitomista, quia per eum debellatus Procopius. Vide Ammianum.

SCHOTTUS.

6 *Tyrannidem invadens.*] Vulgati *tyrannus cadens exstinguitur.* Veronensis vero amplius *periculo cujusquam insuetus. Sane valde timidus.*

CAPUT XLVII.

ARGUMENTUM.

Cum patre, patruo, fratre, Theodosio & Arcadio imperat, Alamannos superat, Theodosio imperium committit, literis haud mediocriter institutus...... exercitum negligit, ejusque odia contra se concitat, & a Maximo fugatur & exstinguitur Gratianus.



GRATIANUS genitus Sirmii, imperavit [1] cum patre Valentiniano annos octo, dies octoginta quinque: cum patruo & fratre [2] tres: cum eodem fratre ac Theodosio quatuor: & [3] [cum] his omnibus [4] accedente Arcadio, menses sex. 1

Hic [5] apud Argentarium opidum Galliæ triginta Alamannorum millia 2

ANNA.

1 *Cum patruo & fratre.*] Valente patruo, fratre Valentiniano.

2 *Tres.*] Desunt circiter menses tres.

3 *Cum his omnibus.*] Valentiniano scilicet ac Theodosio.

4 *Accedente Arcadio.*] Theodosii filio. An. U. 1135. post C. 383. sexto mense post Gratianus occisus.

VINETUS.

5 *Apud Argentarium.*] *Argentariam* prima declinatione legimus in

3 lia in bello exstinxit. Hic cum animadvertisset, [6] Thra-
ciam Daciamque tamquam genitales terras possidenti-
bus [7] Gotthis, [8] Taifalis, atque omni pernicie atro-
cioribus [9] Hunnis, & Alanis, extremum periculum
instare nomini Romano; accito [10] ab Hispania THEO-
DOSIO, cunctis faventibus, [11] agenti annum a trice-
4 simo tertium, imperium committit. Fuit autem Gra-
tianus literis haud mediocriter institutus: carmen fa-
cere, ornate loqui, explicare [12] controversias, Rhe-
torum more. nihil aliud die noctuque agere quam spi-
culis meditari: summæque voluptatis, divinæque artis
credere

in antiquo libro, & apud Paullum monachum, & Ammianum Marcellinum libro tricesimo primo.

SCHOTTUS.

5 Opidum forte illud quod hodieque nomen retinet in agro Lemovicum, *Argenton*. *Argenteum* amnem Galliæ Narbonensis fluvium celebrat Plinius & M. Tullius lib. x. Epistolarum.

ANNA.

5 *Argentaria* Urbs mihi æque ignota. Et dubito, an sit opidum illud in agro Lemovicum quod vulgo vocamus *Argenton*. quod Schottus suspicatur esse, præsertim cum ex Ammiano certum sit Gratianum non longe a Rheno has Alamannorum copias extinxisse. Putabam *Argentoratum*. Nodum solvent eruditi: neque enim quidquam audeo.

SCHOTTUS.

6 *Thraciam.*] Libri veteres *Trachiam* scribunt, partim *Traciam* non geminatis consonantibus.

7 *Gotthis.*] Libri veteres *Gothos* scribunt non geminata consonante.

ANNA.

8 *Taifalis.*] *Taifali*, vel ut alii, *Tafali*, Dacica gens circa Hierasum fluvium ex Mamertini panegyrico notissima, & ex Ammiano lib. XXXI.

SCHOTTUS.

8 MSS. Frobenii *Thaiphalis*: Andreæ Cratandri *Triballisque*.

ANNA.

9 *Hunnis.*] *Hunni*, & *Alani* populi in Sarmatia Europæa supra paludem Mœotidem.

SCHOTTUS.

9 Libri veteres *Hunosque* scribunt non geminata consonante.

ANNA.

10 *Ab Hispania.*] Quo tanquam in exilium voluntarium concesserat metu Valentis.

SCHOTTUS.

11 *Degenti.*] MSS. scribunt, pro quo hactenus excusi *agenti*.

12 *Controversias Rhetorum.*] *Controversa Rhetorum* Veronensis, Cujacii MS. & Pithœi: cujus etiam opera Quinctiliani Declamationes seu *Controversiæ* propediem in integrum restitutæ, Deo favente, apparebunt, una cum Salviano Massiliensi Episcopo altera parte ampliore: sic enim hortante me vir humanissimus juxta ac doctissimus factum recepit. Quam etiam spem nobis fecit Cl. Puteanus fore, ut cum MSS. plurimis comparatos Panegyricos brevi in vulgus exire patiatur. Nam quæ Senecæ nomine circumferuntur *Controversiæ* seu Declamationes, ut germanæ Senecæ Neroniani sint vereor; patris potius illius esse credo. hoc volui nescius ne esses.

13 *Pe-*

credere ferire [13] [perite ſibi] deſtinata. [14] Parcus cibi ſomnique : & vini ac libidinis victor, cunctiſque fuiſſet plenus bonis, ſi ad cognoſcendam Reipublicæ [15] gerendæ ſcientiam animum intendiſſet, [16] a qua prope alienus, non modo voluntate, ſed etiam exercitio fuit. 5

6 Nam dum exercitum [17] negligeret, & paucos ex ALANIS, quos ingenti auro ad ſe tranſtulerat, anteferret veteri ac Romano militi, adeoque Barbarorum comitatu & prope amicitia [18] capitur, ut nonnunquam [19] eodem habitu iter faceret, odia contra ſe



militum excitavit. Hoc tempore cum [20] MAXIMUS apud 7

13 *Perite ſibi.*] Locum hunc, ut opinio mea fert, gloſſema hoc fœdavit, in inſulam igitur deportetur. Afuit certe a Veronenſi, nedum a MSS. omnibus.

14 *Parcus cibi ſomnique & vini.*] Totus hic locus in quibus legitur, *ferire deſtinata, cibique vini ac libidinis victor: cunctiſque* (Veronenſis *cunctis*) *eſſet plenus, ſi ad cognoſcendam* ut abſint, *parcus ſomnique* & *bonis.*

15 *Gerendæ.*] *Regendæ* eſt in MSS.

ANNA.

16 *A qua.*] Scientia.

SCHOTTUS.

17 *Negligeret.*] MSS. *neglegeret* quatuor e diſertim pingunt.

ANNA.

18 *Capitur.*] Scribere debebat, *caperetur* ut ſupra *negligeret.* Verum ſic ſolet hic auctor.

SCHOTTUS.

19 *Eodem habitu.*] *Habitus* cultuſque inſolentia atque immodeſtia ſemper odioſa; odioſa & Cæcinæ apud Corn. Tacitum lib. 11. hiſtoriæ Auguſtæ. *Ornatum*, inquit, *ipſius, municipia & coloniæ in ſuperbiam trahebant, quod verſicolore ſagulo braccas, tegmen barbarum indutus togatos alloqueretur.*

GRUTERUS.

19 Valde vero ſibi eos demeretur Princeps, quorum utitur veſtitu; ut pluribus oſtendimus ad Taciti illa libro 1. Annal. cap. 41. *militari vocabulo Caligulam appellabant;*

apud Britanniam tyrannidem arripuisset, & in Galliam transmisisset, ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Gratianum fugavit: nec mora [21] exstinxit. Qui vixit [22] annis XXXVIII.

bant; quia plerumque ad concilianda vulgi studia, eo tegmine pedum induebatur; ut & ad illa ejusdem lib. II. Annal. cap. 59. de Germanico: *multaque in vulgus grata usurpavit; sine milite incedere, pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu.*

ANNA.

20 *Maximus apud Britanniam.*] Anno ultimo imperii Gratiani.

SCHOTTUS.

20 De *Maximo* vide Sidonium Apollinarem lib. II. Epist. tertia decima.

ANNA.

21 *Extinxit.*] Prope Lugdunum.

SCHOTTUS.

22 *Annis triginta octo.*] Veronensis XXVIII. nisi operarum incuria X. signum decussatim positum omissum. MSS. duo XXXVIIII. id est, *triginta novem.* Cujacii vero exemplum antiquissimum denario minus XXVIIII.

VINETUS.

22 Omnes hi numeri sunt falsi, si sua tempora satis noverunt Hieronymus & Prosper: qui Gratianum esse natum anno Christi trecentesimo sexagesimo tertio, & occisum anno Christi trecentesimo octogesimo septimo, scripserunt. Sic enim non plus viginti quatuor annos vixerit Gratianus.

CAPUT XLVIII.

ARGUMENTUM.

Annos decem & septem imperat, Hunnos & Gothos præliis diversis vincit, cum Persis pacem pangit, Maximum ejusque filium Victorem necat, Eugenium & Argobastem superat, Trajani virtutes æmulatur, vitia detestatur, majorum gesta cognoscit, sed superba & crudelia exsecratur, excedit, & Arcadio & Honorio Rempublicam quietam relinquit Theodosius.



THEO-

THEODOSIUS genitus [1] patre HONORIO, ma- 1
tre THERMANTIA, genere Hispanus, ori-
ginem [2] a Trajano principe trahens: a Gratiano Au-
gusto apud Sirmium imperator effectus, regnavit an-
nos [3] decem & septem. Huic ferunt nomen somnio 2
parentes monitos sacravisse, ut Latine [4] intelligamus,
[5] A Deo datum. [6] De hoc etiam oraculo in Asia 3
divulgatum est, eum Valenti successurum, cujus no-
men [e] Θ & Ε & Ο atque [7] Δ Græcis literis initia-
retur. [8] Qua cognatione principii deceptus THEO-
DORUS, cum sibi imperium [9] præsumeret, scelestæ 4
cupidinis supplicia persolvit. Fuit autem Theodosius 5
propagator Reipublicæ, atque defensor eximius. Nam
Hunnos & Gotthos, qui eam sub Valente defatigas-
sent, diversis præliis vicit. Cum Persis quoque [10] peti- 6
tus pacem pepigit. [11] Maximum autem tyrannum,
qui Gratianum interfecerat, & sibi Gallias vindica-
bat, apud Aquileiam exstinxit: Victoremque ejus
filium

ANNA.

1 *Patre Honorio.*] Alii patrem etiam Theodosium vocant.

2 *A Trajano.*] Qui & ipse Hispanus erat.

SCHOTTUS.

3 *Decem & septem.*] Rursum numeri variant. factum id propter notarum compendia. Vulgati omnes quos vidi, dempto Veronensi XXVII.

VINETUS.

3 Scribendum *decem* pro *viginti*, quomodo habet Cassiani nostri codex. Vide Prosperi, & Orosii, & Cassiodori rationes.

ANNA.

3 Imperavit tantum annos XVI. Nam Imperator factus an. U. 1131. post C. N. 379. die 16. Januarii. mortuus an. U. 1147. post C. N. 395. die 17. ejusdem mensis.

SCHOTTUS.

4. *Intelligamus.*] In MSS. est *intellegamus*.

ANNA.

5 *A Deo datum.*] Nam Θεόδωρος, id est, *Deo datus*.

VINETUS.

6 *De hoc etiam.*] Ammianus Marcellinus libro vicesimo nono.

SCHOTTUS.

7 Pro Δ *Græcis.*] vulgati omnes quos vidi, *a Græcis.* non placet.

ANNA.

8 *Qua cognatione principii.*] Quod nomen suum ab iisdem literis initiaretur.

SCHOTTUS.

8 Vulgati omnes *cognitione principii:* non placet.

9 *Præsumeret.*] Amplius MSS. *Deberi præsumeret, scelestæ cupidinis supplicia persolverat.* Eleganter vero probum illud Veronense exemplar; quo solo fere scipione vulgatam editionem prope collapsam stabilire atque constituere me potuisse; ut reliqua defecissent subsidia librorum, confidebam. sic igitur præfert, *Cum sibi imperium deberi præsumeret, scelus cœptæ cupiditatis persolverat.*

10 *Petitus.*] Veronensis *appetitus* pro *petitus*. Venuste pro *sollicitatus*.

11 Ma-

filium, intra infantiæ annos a Maximo patre Augustum
7 factum, necavit. [12] Eugenium quoque tyrannum,
atque Arbogastem [13] superavit, deletis eorum decem
millibus pugnatorum. Hic etenim Eugenius confisus viribus Arbogastis, [14] postquam apud Viennam
Valentinianum exstinxerat, regnum invasit: sed mox
8 simul [15] cum vita imperium perdidit. [16] Fuit autem
Theodosius moribus & corpore Trajano similis,
[17] quantum scripta veterum, & picturæ docent. Sic
eminens status, membra eadem, par cæsaries, [18] os,
absque eo, quod illi aliquantum [19] vellendo steriles
genæ, neque tam ingentes oculi erant, [20] nescio an
& tanta gratia, tantusque flos in facie, seu tanta di-
9 gnitas in incessu. Mens vero prorsus similis, adeo
ut nihil dici queat, quod non ex libris in istum videatur transferri. Clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se cæteris putans: in omnes homines honorificus, verum effusius in bonos: simplicia ingenia æque diligere, erudita mirari, sed innoxia:

ANNA.

11 *Maximum.*] Vide Ammianum.

12 *Eugenium.*] Qui Grammaticam olim docuerat ab Arbogaste Franco Imperator creatus.

13 *Superavit.*] Anno imperii sui ultimo.

14 *Postquam apud Viennam Valentinianum extinxerat.*] Arbogastes scilicet. Is enim apud *Viennam* Valentinianum laqueo curavit interfici anno XVI. Imperii Theodosii.

15 *Cum vita imperium.*] A Theodosii satellite occisus. Arbogastes vero biduo post sibi manus infert.

16 *Fuit autem Theodosius.*] Quæ sequuntur omnia fere ad verbum apud Paullum Diaconum legas.

VINETUS.

17 *Quantum scripta veterum & picturæ docent.*] Quæ picta, & quæ scripta exstabant ab veteribus de Trajano, & non de Theodosio. Scripta namque antiquorum hominum & picturas non adduceret de Theodosio, qui Theodosium coævus vidisset, ejusque mores perspexisset. Nisi forte hæc postrema de Theodosio (quæ iisdem verbis in eo leguntur, quod Eutropii breviario subjecit Paullus Diaconus) ad Victoris historiam ab iis esse adjecta velis, quibus veterum scripta contaminare nulla fuit religio.

18 *Os, absque eo.*] Paullus Diaconus addit, *simile*: *os simile, absque eo*, in quibusdam exemplaribus.

ANNA.

19 *Vellendo.*] Passive.

20 *Nescio an & tanta gratia, tantusque flos.*] Ea enim ex picturis colligi non possunt. His innuit Epitomista se Theodosium vidisse qui sic ejus oris *florem* & *gratiam*, & *incessus dignitatem* prædicet. Unde liquet Paullum Diaconum qui eadem habet, ab isto transcripsisse, contra quod viro doctissimo Vineto visum fuit, qui putavit hæc ab aliquo qui Paullum Diaconum legisset,

noxia: largiri magno animo magna: amare cives vel
privato contubernio cognitos, eosque honoribus, pe-
cunia, beneficiis cæteris munerari, præsertim quorum
[21] erga se aspero casu officia probaverat. Illa tamen, 10
quibus Trajanus aspersus est, [22] vinolentiam [23] & cu-
pidinem triumphandi, usque eo detestatus [est,] ut
bella non moverit, sed invenerit: prohibueritque le-
ge, [24] ministeria lasciva, [25] psaltriasque commissatio-
nibus adhiberi: tantum pudori tribuens & continen-
tiæ, ut consobrinarum nuptias vetuerit, [26] tamquam
sororum. Literis, [27] si multum perfectos contemple- 11
mur, mediocriter doctus: sagax plane, multumque
diligens [28] ad [cog] noscenda [29] majorum gesta. E 12
quibus non desinebat [30] exsecrari, quorum facta su-
perba, crudelia, [31] libertati infesta legerat, ut [32] Cin-
nam, Marium, Sullamque, atque universos domi-
nantium,

set, huic Epitomæ fuisse adjecta.

SCHOTTUS.

21 *Erga se.*] MSS. & Veronensis auctiores *erga se vel patrem aspero casu.*

GRUTERUS.

21 Inde Stephani editio: *erga se velut patrem*, minus recte; quamvis eam non improbandam censeat Sylburgius.

ANNA.

22 *Vinolentiam.*] Nam cibo vinoque deditus fuit. Supra suo loco.

SCHOTTUS.

22 *Usum Trajanus post secundam mensam potandi usque ad quinque pocula instituerat:* eum Alexander Severus *inter amicos militares reservavit.* Ælius Lampridius, & supra cap. 13. n. 4.

23 *Et cupidinem triumphandi.*] MSS. & Veronensis *scilicet & cupidinem.*

ANNA.

23 De *triumphandi* cupidine qua Trajanus tenebatur. Vide in Cæsaribus. *Vires Romanas trans Istrum propagavit. Et ad ortum Solis cuncta gentes quæ inter Indum & Euphratem amnes inclytos sunt concussæ bello.*

24 *Ministeria lasciva.*] *Ministeria* pro ministris, ut alibi.

25 *Psaltriasque.*] Uti eas veteribus adhiberi mos fuit. Hæc nota sunt.

SCHOTTUS.

26 *Tanquam sororum.*] Tres editi *reorum*. Hujusmodi autem nuptiæ Claudii Imperatoris cum Agrippina; supra cap. 4. n. 10. vide Tacitum extremo quarto Annali. Tulit & Coccejus Nerva, *ne fratris filiam uxorem ducere* liceret. Xiphilinus e Dione.

27 *Si multum profectos.*] *Si nimium profectos*, MSS. & Veronensis optimus.

ANNA.

28 *Ad cognoscenda.*] Libri veteres ad *Noscenda*. Et sic apud Paullum Diaconum.

SCHOTTUS.

29 *Majorum gesta.*] *Morum gesta* vulgati aliquot: nihil demuto.

30 *Exsecrari, quorum facta.*] Vulgati *exsecrari veterum facta superba, crudelia.*

31 *Libertati infesta legerat.*] Vulgati *libertati infesta quæ legerat*: MSS. *libertatique infesta legerat.*

ANNA.

32 *Cinnam, Marium, Sullamque.*]

De

13 nantium, præcipue tamen perfidos & ingratos. Irasci sane rebus indignis, sed flecti cito: unde modica dilatione emolliebantur aliquando [33] severa præcepta. Ha-
14 buitque [34] a naturæ munere, quod Augustus a philosophiæ

De quorum crudelitate ac superbia vide Florum.

SCHOTTUS.

33 *Severa præcepta.*] Melius Cujacii MSS. *severe præcepta.*

34 *A naturæ munere.*] *A natura* MSS. & Veronensis, ex quibus τὸ *didicerat* superare didici: furcis igitur ejiciatur. Mihi sane hic dignus vindice nodus videtur, qui manum ad finem properanti injicit; & cujus solius caussa non male in castiganda hac Epitoma tempus posuisse, nec operam in edendo lusisse videar. Conjecturam proponam, post eam argumentis, qua potero, confirmabo. Floriacensis codex, *quod Augustus a philosophiæ doctore......* Hinc forte spatium vacuum relictum ab hæsitante librario, quem in vacua mitteret (obliteratis vel vetustate, perfidia, errore, vel dubitationis caussa nominibus, ut supra in Augusto de Ovidii scriptis cap. 1. n. 24. admonui) Athenodorum ne an Livium: Græcum illum; hunc Romanum. Nam Augustana editio, Andreæ Cratandri & Sebastiani Gryphii aliter paullo hæc notant: *Unde modica dilatione emolliebatur. Aliquando severa præcepta habuit de Livio, vel quod Augustus a philosophiæ doctore didicerat: qui cum*, &c. Quæ lectio non frustra est in tribus editis. Sed qui Patavinus Livius Theodosii æqualis? Non magis quam Livius Andronicus, poëta: nam ille Tiberii principatu obiit. Eusebius Chronicis. Transposita igitur verba aliquando sic collocare tentabam: *severa præcepta habuit, ut de Livio Augustus philosophiæ doctore: qui cum.* Sed magis est ut absque ulla transpositione intelligamus. de T. Livii philosophicis scriptis præcepta hausisse Theodosium. Philosophica enim Livium præter historica in literas misisse, posterisque tradidisse, Seneca philosophus & ipse docet, Epist. 100. & cum M. Tullii & Asinii Pollionis philosophicis committit; adeoque Fabiani Papyrii anteponit. Locum quia corruptus est, ut legendum censeo, apponam. *Scripsit*, inquit, *& Dialogos, quos non magis philosophiæ annumerare possis quam historiæ. & ex professo Philosophiam continentes libros.* Nam quomodo doctissimus Pincianus tentat, coactior lectio, nec a MSS. est. Sed aurem vellit historiæ veritas, jubetque meminisse ab Athenodoro Stoico consilium hoc datum Augusto, auctoribus Plutarcho, Suida, Juliano, Zosimo, Glyca, Manasse, cæteris; quos exscribere longum esset ei qui terram videns vela contrahit. Contentus igitur qui in manibus est paucorum, Julianum imperatorem de Imperatoribus loquentem ἐν τῷ περὶ Καισάρων λόγῳ citasse. Heic enim ita inducitur Augustus: Παρέχων ἐμαυτὸν τῇ φιλοσοφίᾳ χειροήθη, ὥστε καὶ τὸν Ἀθηνοδώρου παῤῥησίας ἠνεσχόμην οὐκ ἀγανακτῶν, ἀλλ' εὐφραινόμενος ἐπ' αὐτῇ καὶ τὸν ἄνδρα καθάπερ παιδαγωγὸν ἢ πατέρα μᾶλλον αἰδούμενος. Ἄρειον δὲ φίλον καὶ συμβιωτὴν ἐπιγέγραμμαι. Plutarchus certe in vita Poplicolæ, Athenodori quædam advocat, Octaviæ Cæsaris sorori inscripta. Tranquillus etiam literis Augusti Athenodorum Claudio Tiberio appositum docet, quicum quotidie versaretur, usuque sapientior efficeretur. Claudio cap. 4. Idem tamen cap. 41. Livium quoque familiarem fuisse, adeoque scribendæ historiæ auctorem Claudio exstitisse. Quid si igitur loco *didicerat*, quod in MSS. afuisse jam diximus, vel *Livio*, vel *Athenodoro* (uterque enim Augusto juxta famili-

liaris)

phiæ * doctore [didicerat.] Qui cum vidisset eum fa- 15
cile commoveri, ne asperum aliquid statueret, mo-
nuit, [35] [ut] ubi irasci cœpisset, quatuor atque vi-
ginti Græcas literas memoria recenseret: ut illa con-
citatio, quæ momenti est, mente alio traducta, parvi
temporis interjectu languesceret. Melior haud dubie, 16
quod est [36] raræ virtutis, post auctam annis potentiam
regalem, multoque maxime [37] post civilem victoriam.
Nam & annonæ curam [38] sollicitius attendere, & auri 17
argentique [39] grande pondus sublati, atque expensi [40] a
tyranno, multis e suo restituere, cum [41] benigni prin-
cipum, & quidem vix [42] fundos solerent nudos, ac
deformata prædia, concedere. Jam illa minutiora, 18
&, ut dicitur, INTRA AULAM: quæ quidem quia
occulta sunt, magis naturæ hominum curiosæ oculos
aureſque ad se trahunt: patruum colere tamquam ge-
nitorem: fratris mortui sororisque liberos habere pro
suis: cognatos affinesque parentis animo complecti:
elegans lætumque convivium dare, non tamen sum-
ptuosum:

liaris) scriptum fuerit? Sed hæc conjectura tantum nostra, non τεκμήριον. Vulgatam igitur lectionem Frobenii & Vineti retinere placet, quasi philosophi nomen auctoris memoriam fugerit; dum veritas Democriti puteo mersa in apricum proferatur, Temporis enim filia est.

ANNA.

34 *Didicerat* apud Paullum Diaconum non comparet, apud eum tamen legitur *a naturæ munere*. Quare non temere damnandum. In Floriacensi codice. *Quod Augustus a Philosophiæ doctore.......* Unde suspicabatur Schottus deesse nomen Athenodori qui hoc Augusto consilium dedit. Sed illud utique non prætermisisset Paullus Diaconus, si temporibus suis ita scriptum invenisset.

35 *Ut.*] Non comparet in MSS. agnoscit tamen Paullus Diaconus.

36 *Raræ.*] Vulgati *Claræ*, inepte.

37 *Civilem victoriam.*] De Maximo.

SCHOTTUS.

38 *Sollicitius.*] Cujacii & Pithoei libri *sollicititius* scriptum habent.

39 *Grande pondus.*] Vulgati *grave pondus*.

ANNA.

40 *A Tyranno.*] Maximo. Paullus Diaconus, *A Tyrannis.* Ut Maximus pater & Victor filius intelligantur.

41 *Benigni principum.*] Vulgati *Benigni principes. Benigni* dicuntur liberales, ut contra *maligni, parci, sordidi*.

42 *Fundos solerent.*] Ait Theodosium multum pondus auri quod a Maximo expensum fuerat, multis de suo reddidisse, cum principes, iique benigni vix quidem *fundos*

ptuoſum: [43] miſcere colloquia pro [44] perſonis, [45] ſtudio, dignitatibus, [46] ſermone cum gravitate jucundo:
19 blandus pater, concors maritus. Exercebatur neque [47] ad illecebras, neque ad laſſitudinem. [48] ambulationibus magis, cum eſſet otium, reficiebat animum: [49] ac veſcendi continentia valetudinem regebat: ſicque in pace, [50] rebus humanis, annum agens quinquageſimum, apud Mediolanum [51] exceſſit: [52] utramque





Rempublicam [53] utrique [54] id eſt, ARCADIO ET HO-

dos nudos & deformata prædia iis ſoleant reddere quibus per vim fuerant adempta.

43 *Miſcere colloquia.*] Quod de Auguſto Sueton. 74. *Cœnam trinis ferculis, aut, cum abundantiſſime, ſenis, præbebat, ut non nimio ſumptu, ita ſumma comitate; nam & ad communionem ſermonis tacentes, vel ſubmiſſim fabulantes provocabat.* Idem de Trajano Plinius. *Non provocas, reddiſque ſermones?*

SCHOTTUS.

44 *Pro.*] Afuit in MSS. Veronenſi & Auguſtano.

45 *Studio, dignitatibus.*] Malo quod eſt in MSS. Veronenſi & Auguſtano *ſtudia dignitatibus.*

ANNA.

45 Ego lectionem alteram ſequor, & Theodoſium intelligo *colloquia miſcuiſſe pro perſonis, earumque ſtudio & dignitate.* Et ita plane Paullus Diaconus.

SCHOTTUS.

46 *Sermone cum gravitate jucundo.*] Sic Corn. Nepos in eleganti illa T. Attici vita: *Comitas*, inquit, *ejus non ſine ſeveritate erat: neque gravitas ſine facilitate: ut difficile eſſet intellectu utrum eum amici magis vererentur, an amarent.* Plura exempla ad eum locum attulimus in Fragmentis Nepotianis: quare hic inculcare putidum eſſet. Superſedendum igitur.

47 *Ad illecebras.*] Libri veteres *illecebram* vel *inlecebram* ſcribunt.

48 *Ambulationibus magis.*] Editi omnes *ambulat: magnis.*

49 *Ac veſcendi continentia.*] Editi omnes: *ad veſcendi continentiam.*

ANNA.

50 *Rebus humanis.*] Junge cum *exceſſit rebus humanis.*

HONORIO, quietam relinquens. Corpus ejus [55] eodem anno Constantinopolim translatum atque sepultum est.

VINETUS.

51 *Excessit.*] Annum a Christo nato trecentesimum nonagesimum septimum fuisse putat Prosper, at annum ab urbe Roma condita millesimum centesimum quadragesimum septimum Haloander, quo tempore *excessit* Theodosius Augustus.

ANNA.

51 Vide supra.

52 *Utramque rempublicam,*] Romanam & Constantinopolitanam.

SCHOTTUS.

53 *Utrique.*] MSS. cum Veronensi *utrisque filiis.*

ANNA.

53 Et ita Paullus Diaconus.

54 *Id est.*] Non agnoscit Paullus Diaconus.

55 *Eodem anno.*] Post mortem mense octavo.





SAMUELIS PITISCI

INDICES

IN

SEXTUM AURELIUM VICTOREM,

QUORUM

primus editiones, *secundus* auctores laudatos, notatos, obiter explicatos, & emendatos, *tertius* res & antiquitates exhibet. *In secundo* N. *notatorum*, Ex. *explicatorum*, Em. *emendatorum auctorum nota est.*

INDEX I. EDITIONUM.

SEXTUS AURELIUS VICTOR

DE

VITA ET MORIBUS

IMPERATORUM ROMANORUM

PRODIIT

Argentorati apud Matthiam Schurerum 1505.

Venetiis Suetonio subjectus apud Aldum 1516. 8.

Venetiis in corpore historico a Johanne Baptista Egnatio recognito apud Aldum 1519. *in fol.*

Basileæ apud Frobenium 1530. *in* 8.

Basileæ in corpore historico a Johanne Baptista Egnatio recognito apud Frobenium 1533. *in fol.*

Lugduni apud Gryphium 1542.

Lutetiæ Parisiorum apud Robertum Stephanum 1543. *in* 8.

Parisiis Justino subjectus 1558. *in* 16.

Pictavii ex recensione Æliæ Vineti 1564. *in* 4.

Lutetiæ Parisiorum tomo secundo Historiæ Romanæ scripto-

rum apud Henricum Stephanum 1568. *in* 8.

Antverpiæ cum commentario Andreæ Schotti ex officina Christophori Plantini 1579. *&* 1582. *in* 8.

Lugduni cum Vineti castigationibus 1585. *in* 16.

Francofurti ad Mœnum cum Friderici Sylburgii diversis locorum scripturis tomo primo Historiæ Romanæ scriptorum 1588. *in fol.*

Heidelbergæ apud Commelinum 1596. *in* 24.

Hanoviæ cum Jani Gruteri notis tomo secundo Historiæ Augustæ scriptorum 1610. *in fol.*

Lugduni Batavorum & Amstelodami cum commentariis Andreæ Schotti, Æliæ Vineti, & Jani Gruteri apud Danielem, Abrahamum, & Adrianum a Gaasbeek 1670. *in* 8.

Parisiis cum interpretatione & notis Annæ Tanaquili Fabri filiæ in usum Delphini 1681. *in* 4.

INDEX II. AUCTORUM

laudatorum a Commentatoribus.

Cuja-

INDEX AUCTORUM.

INDEX II. AUCTORUM,

obiter notatorum, explicatorum & emendatorum a Commentatoribus.

Em.

INDEX III
RERUM ET ANTIQUITATUM.

A.

C.

Clau-

D.

E.

Exer-

Gal-

G.

H.

K.

L.

M.

Octa-

Sumptu

FINIS.



TRAJECTI AD RHENUM,
Ex Officina Typographica
GERARDI MUNTENDAM.
M. D. C. XCVI.

